




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.84



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.84




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

FRANCISCI
CAESARIS AVGVSTI
MVNIFICENTIA.

1C.7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

1·7·84

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.84



PERILLVSTRI AC REVERENDISS. DOMINO ALEXANDRO CARISS.^MO CASTRI EPISCOPO



Marius Bettinus fœlicitatem.



QVAS ob causas, Perillustris ac Reuerendiss. Præsul, tibi meum hoc Lyceum dicatũ velim, vnica illa prodit vniuersas *Similitudo*; quę tacito quodam amoris illicio paria paribus committit. Tibi morale Lyceum addico, qui concinnà virtutum tuarum structurà viuum, ac rationale spiras Lyceũ. Cuius in Atrio externa Fortunę munera, in

Rationale ac morale Lyceum ꝛ Reuerendissimo.

Eius Lycei partes. Adyto politica munia, in Viridario priuatarum virtutum ver amœnissimum visere licet inuisenti.

In Atrio nobilitas Reuerendiss. Tuo ergo in Atrio tuas & diuitias, & nobilitatem colloco, non secus ac olim Romanorum nobilissimi cereas proauorum imagines antiquę nobilitatis indices in priori ędium parte proponebant. *Valerius Maximus.*

Et genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi
Vix ea nostra voco.

Reuerendiss. propria etiam à proprijs virtutibus nobilitas. recte dictum. Ac stultum est Corniculam alienis se iactare coloribus. Tu nobilitatem non tam tuis, quàm tibi ipse in primis debes, qui acceptam à maioribus lucem virtutum tuarum splendoribus amplificasti.

Cerearum imaginum allegoria. Vere cerea nobilitatis ea imago est, quæ solido propriæ virtutis fulcro destituta, in lucem hominum rectè sentientium exposita, illico liquescit, ac diffluit. *Itē & aurearum Cicadarum.* Aureæ Cicadæ symbola nobilitatis fuere olim Atheniensibus. Nimirum splendida vanitas est tantum inania maiorum nomina crepitare, & ab eorum virtutibus vità, & moribus discrepare. Ex antiquissimà, & nobilissimà Carissimorum familià te prodijsse fortunæ fuit: ab auità nobilitate vitæ meritis non

dege-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

degenerasse tuæ id opus virtutis est.

Equidem non abnuerim virtuti ipsi ab externo nobilitatis lumine nescio quid adblandientis decoris accedere. Quàm enim tibi honorificum est quod in tuà familià nō minus pacatæ doctrinæ laurus, quàm bellicæ fortitudinis palmæ ita fronduerunt, vt perpetuum famę virorem in omnem posteritatem protulerint? Habent Fama, & Gloria domi tuæ vbi nidum collocent. Doctas illis frondes sufficient quatuor, præter alios, laureati, Petrus Maria patruus tuus, Vincentius Canonicus Iuris Pōtificij peritissimus, Baptista Iuris etiam Cæsarei cōsultissimus, Cæsar liberalium artium, medicæ in primis disciplinę scientissimus. Palmas addent bellicis sudoribus in campo Martio irrigatas Octauius, Franciscus, Ludouicus, ac præ cęteris Vincentius pater tuus, qui sub Alexādro Farnesio in obsidione Manaricij Oppidi primus in expugnata mœnia victor insilijt. Habent incorrupta fides, & rara prudentia proprium apud tuos domi tuę domicilium, quod illi perpetuum appararunt, & Vincentius Canonicus à secretis, atque affinis Iohanni Arcimboldo Cardinali, &

Carissimæ familiæ Laureati, & Palmati.

Carissimorum honorifica, & grauissima à Principibus munia.

Bapti-

Baptiſta parentis tui germañus, qui Octauij Ducis Farneſij cubiculis, Lucas, & Antonius qui Regijs Mediolanenſium ducum ęrarijs, Marcus denique qui Pontificię quęſturæ fuere præfecti.

Fides, & prudentia Cariſſimorum.

Quãtà illos integritate fidei munitos arbitremur, quorum tutelę vel externi, ac Maximi Principum ſuos Theſauros committere non dubitarint? Aurum Lydij lapidis attactu, auro intacto fides, & cõſtantia probantur. Aurea veterum & memora, & vellera ſeruarũt inſomnes Dracones ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι ab acutè tuendo appellati. Quippè veri ſummà prouidentià præditi eſt Regiam arcam, quaſi nauim aureo vellere onuſtam ita dirigere, vt malignos inuidentię, atque odij ſcopulos effugias incolumis. Rarum, & præclarum exẽplum familiæ tuæ, quæ fœta viris fide integerrimis in adminiſtratione rerũ Summis Principibus cariſſimarum Cariſſimę honorificentiſſimum nomen adepta eſt.

Allegoriæ Draconum auri cuſtodũ, & aurei velleris in Argonaui.

Vnde cariſſimi appellati.

Politica munia & virtutes in Reuerendiſſimo.

Sed ab ijs quæ extra ad ea quæ intra te ſunt, à veſtibulo in adyta nos penetremus, & aliquas è multis politicarum in te virtutum leuiter ſaltem indicemus. Publicæ rei conſilio, voce, opere profuiſti. Audijt tua te Pa-

tria

tria ter in annuâ Musarum instauratione publico in musæo perorãtem, bis in nobilissimà Innominatorum Academià prelegentem, sæpius doctrinæ lauream nobilissimis adolescentibus conferentem, ac præ cæteris Cæsarinis Illustrissimis fratribus Alexãdro, & Virginio, quorum secundo, ingeniorum Phœnici, nuper præmaturà morte abrepto publicæ Romanæ vrbis lacrymæ parentarunt. Sed summam laudem, ac tui admirationem excitasti tum maxime cum & Magni Hetruriæ Ducis Italicà, & Sereniss. Ranutij Farnesij latinà oratione regias laudes celebrasti, ac parem dictioni actionem frequentissimo in Theatro pretulisti. Gratulor eloquentiæ tuæ, quod digna se nacta est argumenta. Regiæ in te dicendi copie meritò Regij heroes, debebantur.

Egregius orator Reuerendissimus.

Audijt eadem te Parmensis hæc Ciuitas multos annos Põtificia Iura publico in Gymnasio grauiter, & doctè interpretantem, atque ijs proludẽtem munijs, & honoribus, quibus tua te merita decorarũt, Vicariatui, & Episcopatui. Que summà cum laude docueras laureatus, exercuisti paullo post infulatus. Nec decorum, nec tutum est rei ecclesiastice

Insignis laureatus, & Iuris Pontificij publicus interpres.

siastice

ſiaſticę quemquam ſtatim à prophanis literis, aut negotijs in ſacras pręfecturas impingi. Nam qui fiat vt quiſquam alijs ea iura rite, ac pro dignitate pręſcribat, quorum ipſe ſit ignarus? Ad quos dignitates, pręſertim eccleſiaſticę, nō ſaltibus, ſed gradibus acceſſerunt, ij & ſtabili, & inuidię non obnoxia felicitate perfruuntur. Tibi Canonicatus perpetuà ſerię per quinos familię tuę proceres Vincentium, Petrum Mariā, Iohannem Marcum, Octauianum, Angelū, ad te tranſmiſſus, tibi Vicariatus, & Placentinus, & Cremonenſis, & Parmenſis non violentam irruptionem, ſed facilem aditum ad epiſcopatum gradatim aperuere. Epiſcopos vicarià operà dum recreares, tuas ipſe vires prudens expendebas, & apparabas, vt deſtinatæ tibi epiſcopali dignitati cum dignitate eſſes ferendę.

Epiſcopalis cura Reuerendiſsimi. In qua tandem collocatus non tam accepti honoris quàm tui memor officij ſtatim verum animorum Paſtorem, & fiſtulà, & virgà pręſtitiſti. *In Dei verbo.* Commiſſum enim tibi populum ſolidę doctrinę pabulo paſcis, & ſacrę eloquentię cęleſti quadam harmonia per amœna, ſed ardua virtutū ad veręfeli-

citatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

citatis fontes facilem ducis, ac volentem. Segnius aliquos aliquando ſequentes grauiori adhortatione, ac legibus ſummà cum æquitate, ac prudentià promulgatis, quaſi virgà tactos, ad virtutem impellis. Hebræus olim Pontifex duodecim tribuum nomina duodenis lapillis inſcripta, & pectori alligata præferebat. Tuas ipſe oues, non circa pectus, ſed imo geris in pectore ſpacijs amoris amplificato. Tu tuos in corde, tui te ferunt in oculis. Amas, amaris, &, quod rarum eſt, ſine odio timeris.

In legum promulgatione.

Clericis vero & curionibus tuis exemplo nō minus, quàm dignitate princeps ad perfectam eccleſiaſticæ diſciplinæ formam ipſe præis. Ipſe ſacris in precibus præcentor, ipſe ſacris in ritibus præmonſtrator, in templo, in odeo rerum impigrè ſatagis diuinarū. Sane cùm rebus alijs, tum hoc præcipuè à politicà ſęcularium oportet eccleſiaſtica diſtet reſpublica, vt ſacri Antiſtites non tam legum ſeueritate, quàm morum integritate, nec tam verbo quàm exemplo populos in officio contineant. Nam Chriſti Domini (cuius illi præfecti ſunt, & ſequaces) mite iugum, & ſceptrum eſt.

In diſciplina eccleſiaſticorum.

Exemplo potius quā vi regit Reuerendiſs. populos.

Illa te cura præ cæteris habet ſollicitum
Sacrorum rituum & eccleſiaſticarum precum decoratio &c. vt precum in templis publicarum concentus non modo ſit canorus, ſed & decorus, qui & canentum, & audientum animos ad rerum diuinarum amorem ſuſtollat, non demittat ad contemptum; qui diuinam rebus humanis exoret clementiam, non prouocet indignationem. Perſpexiſti qui ſint in
Cant. locus explicatus. Dei eccleſia CHORI CASTRORVM hoc enim ſacrarum vocum cõcentu, & prorum animorum conſenſu, his choris Christi ciues tutius, quàm caſtris, aut propugnaculis muniuntur. Macte animi, qui Caſtri Epiſcopus ſacra eccleſiæ tuæ caſtra tam ſapienter, & religioſe diſponis, ac dirigis. Macte, qui pacati es exercitus mitratus Imperator. Hoc nimirum eſt in epiſcopatu non opes, ſed oues curare: hoc eſt ἐπισκοπεῖν, vigili curà inſpectare, atque omni ope adeſſe, vbicumque in re ſacrà ſit opus. Tu paſtorale pedum, & (Iuxta ſacri vatis præuidentiam)
Ier. 1. *virgam vigilantem* quaſi oculum in ſceptro geris. Multi dignitates adepti tum demum ijs indigni apparuerunt. Tu epiſcopatum ſic gerens palam probas fuiſſe te multo ante tam amplà dignitate

dignis-

dignissimum, &, meritis si quando fortunà faueat, fore te in posterum longè amplioribus honoribus illustrandum. Fausto cum hoc omine tuarum adyta politicarum virtutum egredior, & moralis in te Lycei amęnissimum Viridarium ingredior, pauxillos tuorum ibi morum suauissimorum flosculos libaturus, quibus priuatam virtutem ita excolis, & exornas, vt nobiles atque ingenuos animos in tui amorem, & commẽdationem abripias.

Priuatæ virtutes in Reuerendiss.

In diuite istà virtutũ copià, & quasi vernà morum tuorum temperie, missis alijs, cæruleam modestiæ violam, & purpuream humanitatis rosam nunc lego. Vtriusque floris & colores in veste, & symbola geris in animo. Tibi episcopalem in thronum euecto nihil superbi fastus accessit, nihil de priuatà animi moderatione detractum. Tam faciles etiam nunc ad te aditus, tam familiaria tecum amicorũ colloquia, quàm olim ad priuatum, & cum priuato. Imprudentis, & fortunà suà inferioris est animi superbè tumescere felicitatis externæ accessione, nec meminisse ceratas fortunæ alas. Tuam tu fers, fortunam, non tua te fert extra te

Modestia.

fortuna. Indiuisa secundæ sortis comes est inuidia. Tu expressis modestiæ vestigijs insolentiam calcasti, & inuidiam vicisti. Honorificum est sacris te dignum honoribus fuisse, honorificentius est in adeptis honoribus animum à superbià temperasse. Maiestatem ipse tuam, & splendorem non in externo (quod facile possis tam diues) famulorum apparatu collocas, sed in animo fucatæ omnis ostentationis contemptore, & sæcularis pompæ in ecclesiasticà dignitate temperatore.

Humanitas Quid tuam humanitatem hìc memorē, quà non minus, quàm familià omnibus, qui eam in te amant virtutem, es verè Carissimus? quanta tuo in congressu affabilitas, in verbis comitas, in ipsomet ore, atque aspectu benignitas? Humanitate homo à feris distat: at tu eàdem in te tam singulari hominibus pene ipsis antistas. *Amor in rosà.* In rosà latitantem Amorem quidam olim finxerunt, atque in folijs alas, in colore facem, telum in spinis compērere. Inde arcanam esse in eo flore vim amoris conciliatricem. *Rosæ amoris conciliatrices.* Rosas ipse, vt in prouerbio est, ore loqueris, more spiras; Quid ergo mirum si omnium, quibus

vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

vel ſemel tui alloquendi copiam feceris, tibi amores, & corda ſuauiſſime concilias? Vtinam, vt cætera conueniunt, tibi etiam è roſis aliquando purpura non deſit in Vaticano! Sed iam humanitati, ac cęteris tuis virtutibus, ne plura de ijs prædicem tua ſe ſe opponit modeſtia. Parcamus illi, & epiſtolæ breuitati, nec vlterius in ſuaueolenti priuatarum virtutum tuarum viridario pedem proferamus.

Inſtar omnium virtutum eſto benigniſſimam animi tui in diuitijs, dignitatibus, atque honoribus moderationem vel paucis commemoraſſe. Nam & ipſamet virtus vniuerſa nihil aliud eſt, quam quædam inter extrema moderatio. Sola moderationis expers tua eſt munificentia. Quam ego in huiuſce mei Lycei qualicumque cōpactione abūde iam expertus, cui potius illud, quā tibi, quaſi tuę partum beneficentiæ dedicarem? Acceſſit teſtata ſæpe non leuibus officijs, ac beneficijs tua in noſtram religioſam familiam beneuolentia. Cui pro meritis, ac debito Generalis noſter Antiſtes vt quā poſſet grati animi ſignificationem rependeret, te in partem religioſi noſtri Theſauri è

Vniuerſa virtus moderatio eſt.

Beneficētia Reuerendiſſimi.

virtu-

virtutum meritis, & Pontificijs Indulgentijs cumulati nuper adoptauit. Denique te, vnum & priuatis, & politicis virtutibus tam insignem meum hoc opus, in quo de ijsdem virtutibus aliqua proponuntur, appellat, vt lectores habeant in hac epistolà, immo in te, viuum, ac spirans mei Lycei argumentum.

Vale Parmę in nostro Collegio Parmensi Kal. Ianuarij anno *1626*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Ego Alexander Neuola Societatis Iesu in Prouinciâ Venetâ Præpositus Prouincialis potestate ad id mihi factâ à Reuerendo Admodum Patre nostro Generali Mutio Vitellesco facultatem concedo, ut opus, quod inscribitur Lyceum è moralibus, politicis, ac poeticis *à P. Mario Bettino Bononiensi è Societate nostrà in Academià Parmensi olim Moralium professore conscriptum, & trium Doctorum virorum nostræ Societatis iudicio approbatum typis mandetur.*

In quorum fidem has literas proprià manu subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus Mutinæ 15. Septembris 1625.

Alexander Neuola.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Die decima Decembris 1625.

CONceditur facultas Adm. Reuerendo Patri Mario Bettino Bononiensi è Societate Iesu, In Parmensi Academià olim Moralium, nunc mathematicæ publico Lectori, quatenus librum per ipsum compilatum cuius titulus est, *Lyceum è Moralibus Politicis, ac Poeticis*, Venetijs typis demandare valeat, seruatis tamen seruandis Iuxtà Regulas Indicis Clementis Octaui felic. Record., & Iuxtà Decretum S.D.N.D. Vrbani Papæ Octaui nouiter emanatum sub die 18. Decembris anni 1625.
In quorum fidem, &c.

Datum Parmæ In Cancellarià S. Offic. supradictis die, mense, & anno quibus supra.

Fr. Benedictus de Biß. Inquisitor Parmensis.
Alexander Sperellus Vicarius Generalis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

COPIA

GLi Eccellentiss. Signori Capi dell'Eccelso Conseglio di X. infrascritti. Hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoa per relatione ad essi fatta dalli due à ciò deputati, cioè dal Reuerendo P. Inquisitor, & dal Circ. Secretario del Senato Aluise Querini, che nel Libro intitolato Lyceum è Moralibus, politicis, ac poeticis, Authore Mario Bettino, non vi è cosa contraria alla Santa Fede Cattolica, Prencipi, & buoni costumi, & che si può dar licenza di stamparlo; concedono licenza, che sia stampato in questa Città, & in ogn'altro luogo del Sereniss. Dominio con licenza de Illustriss. publici Rappresentanti, & con tutti gl'oblighi, & ordini in materia di stampe.

Datum die 29. Ianuarij 1625.

D. Aluise Foscarini.
D. Marco Paruta.
D. Piero Sagredo.
Capi dell'Eccelso Cons. di X.

Marc'Antonio Garzoni
Nod. Ducal.

Adi 11. Febraro 1625.

Fù Registrato nel Libro delle Stampe sotto il giorno di hoggi.

Francesco Emo Nodaro
contra la Biast.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.84

LYCEI

Pars Prima,

SEV

VESTIBVLVM,

in quo

Ad priuatam Virtutem

PRÆLOGIA,

FRAGMENTA, ac PROMPTVARIA

Moralia proponuntur.

SVPERIORVM PERMISSV, AC PRIVILEGIIS.



VENETIIS, MDCXXVI.

Apud Euangelistam Deuchinum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

AMICO LECTORI.

MAgno Turcarum Tyranno, si quando animi leuandi gratià, suburbani agri aperto aere frui lubeat, aiunt ingentem operarum numerum præmitti, quæ pauculis horis rusticè regium, ac tumultuarium opere lignario Prætorium extruant, instruantq; vt sit quò se in agrorum amænitate, aut æstuante sole, aut humente cælo, recepet. Non aliter, amice Lector, amicis iam pridem poscentibus (quod fictum videbitur apud eos, qui alienum animum è suo metiuntur) & inuisere peroptantibus nescio quod nostrarum Musarum Viridarium, visum est & nobis ex Ethicis, ac Politicis quasi ruderibus, quæ apud nos plura erant, paucula quædam nunc electa præstruere, vt cum iucundo Museolo vtile, ac quasi extemporarium extaret Lyceolum.

Quæ hìc ethica, & politica, Viridario præstruuntur ad grauitatē, & vtilitatem.

Non ergo nobis animus fuit absolutum nunc opus morale (quod fortasse olim fiet) condere; sed breuia, & pauca, quasi quædam salutaria prælibamenta è moralibus ante mellita Musarum pocula tibi, mi Lector, propinare, vnde siue publica te munia exerceant, siue honestè aliquando cessare lubeat, hìc habeas quò cum vtilitate, ac voluptate diuertas.

Finis authoris in hoc opere.

A Lycèo, non ab Academià nomen est, quia in eo non modo probabilia Platonico de more sectamur, sed peripateticè certà è scientià definire, partiri, aduersa repulsare, nostra firmare conamur. In Vestibulo quidem vt plurimum oratoriè quasi proluditur, at in Adyto

to

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

to interiore serio magis res agitur. *Excipit denique à labore fessos Apollineum* Viridarium, *& grata Musarum quies fouet, ac recreat. Ac quemadmodum Aristoteles doctißimum, & grauißimum opus Politicorum prolixà claudit de musicis modulis disputatione; haud aliter & nos Ethicas, Politicasq; seueritudines Musarum amœnitate post lenimus.*

Aristotelis exemplum imitatur Author.

Argumenta, vt hìc vides, huius æui palato concinnè congruunt, Ethica, Politica, Poetica.

Politica tamen nostra cum dico, regias hìc, non artes, sed virtutes intellige. De cætero nostrum hoc opus tibi, Lector, commendari non est opus. Si enim (quod non remur) commendatione dignum est, commendatione non eget; si eget, non est dignum. Illud sane toto animi studio consectati sumus, vt (quæ via fidißima est) cum iucunditate prodessemus. Quod vt à te facilius, mi Lector, impetremus, serio te monitum volumus, vt ea præsertim, quæ in Promptuarijs *moralibus reposuimus, non leuiter, & cursim aspicias; sed seriò, & quasi per otium sedens singulas ita peruideas sententias, vt vnà consentias. Vale.*

Hoc age.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

PRÆLOGIA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

SYNOPSIS IN PRÆLOGIA.

Prior numerus prælogium, posterior numerum marginalem, seu paragraphum indicat.



I. ALLEGORIÆ, ac SYMBOLA MORALIA.

II. DESCRIPTIONES.

III. SIMILITVDINES.

Agri

IV. EXEMPLA INSIGNIORA.

V. SENTENTIÆ.

VI. APOPHTEGMATA.

VII. PRÆCEPTA

passim patent legentibus.

VIII. FABVLÆ MORALES.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

IX. LOCA EXIMIORA, & AVTHORES explicata.

X. MORALES PHILOSOPHIA, & PHYLOSOPHVS.

XI. FELICITAS, & FINIS HOMINIS

Felicitas non est in externis bonis, prælog.2.num.4.
Felicitas, et fortuna diuersæ sunt, ibidem.
Felicitatis veræ, seu finis hominis ignoratio causa est omnium in vitâ malorum, prælog.2.num.6.

XII. MALVM.

Malorum in humanâ vitâ prolixa, et moralis recensio, prælog.2.à num.11.ad finem.
Mali bona, prælog.3.toto.

XIII. HOMO.

Mala, et morbi hominis in animo, prælog.4.numero 1.2.3.4.
Hominum varia studia in terræ puncto, prælog.5.num.5.

XIV. PASSIONES.

Mala à passionibus, prælog.4.num.6.7.
Quam misera seruitus passionibus parère, ibidem numero 9.
Vita passionibus obnoxia inuita est, ibid.num.10.

XV. BONA EXTERNA.

Bonorum externorum singillatim præcipua cur nõ sint optanda, prælog.2.num.4.
Bona externa non bona, ibid.num.5.
Quæ bona sint à Deo petenda ex lumine naturæ, ibidem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

XVI. NOBILITAS.

De nobilitate multa, prælog. 2. à num. 7. ad 9.
Quid sit nobilitas vera. Quod sit nobilium officium, argumenta veræ nobilitatis &c. ibid.

XVII. VINDICTA INIVRIA, &c.

De ijs plura, prælog. 2. à num. 9 ad 11.
Iniuriam perferre magnanimi esse, & dicti rationes, ibidem num. 10.

XVIII. MATHEMATICA PHILOSOPHIA.

Fructus egregius, ac moralis è scientijs mathematicis, prælog. 5. num. 24.
Mathematica scientia prodit in homine hominis vestigia, ibidem num. 27.

XIX. PVNCTVM.

Puncti miracula in terris, in aquis, aere, igne, cælis &c. prælog. 5. toto.
Quomodo punctum partes non habeat, ibid. num. 19.
Punctum radix est trimensæ quantitatis, ibid. nu. 21.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

PARADISVS

Prælogium morale I.



MORALEM Philosophiam N.N. tandem hoc primum anno in Parmensi hac Academia publice sumus explicaturi; hoc est terrenam Paradisum, è D. Ambrosij, ac Philonis sententià, reseraturi. Paradisum vbi elementorum, aquarum, terræ, ac aeris lectissimus flos enitescit. Vbi argentei vndarum nitores, gemmantes terrarum colores, clementes aurarum tepores iucundissime adblandiuntur. Vbi vndas si viseris,

Moralis Philosophiæ similis terrestri Paradiso.

Paradisi terrestris descriptio.

Flumineo manans argentea copia cornu
Aurea perspicuis per vada serpit aquis;

Si terras adspexeris,

Gramina ceruleis rident sapphirina ripis,
& *Pluricolore tellus*
Crinita flore comitur.

Si aerem hauseris, auramq; captaueris,

Nectare tranquilli species patefacta diei
Stillat, & ambrosio spirat odore Nemus.
Auraq; per frondes, & odora per agmina florum.

Blande spirat, ac ipsæ vel vmbræ nitescunt. Vbi mutuo in amplexu pomifer florescit Autumnus, floriferum ver pomascit. Vbi arguto auicularum garritu,

pictu-

picturato colorum aspectu, aures hilarantur, oculi amęnantur; humanus denique animus extra se totus in Dei laudes, & amorem abripitur.

2 Quæ omnia vt allegoricè paucis inuoluam, singula pluribus mox euoluturus, modo sic habetote; In ethico Lyceo argumētationū acumina, quę vibrant, sententiarum lumina, quæ fulgurant, virtutum specimina, quæ prolectant omnia in vnam hominis fęlicitatem conspirare. Ab hac igitur die A.A. aureum vobis innocentiæ sæculū reuocamus, tot sæculis exulantem. Astræam suas in sedes reponimus, ac vestris aspectibus admouemus. Quam vt propius ac iucundius intueamur agite nunc mecū moralis philosophię

Terrestris paradisi allegoriæ.

—— Locos lætos, & amæna vireta

Fortunatorum nemorum sedesq; beatas

Virgil. 6. Aen.

ingredimini, & paucula quæpiam præcipua è plurimis perscrutemini.

3 In mysticæ huiusce Paradisi meditulio nitidissimus fons quasi ocellus aperitur, vnde flumina

Quatuor obiunctis dissociantur aquis.

Boetius.

Quatuor ex virtutes sunt, quibus quasi cardinibus tota moralis philosophiæ moles incumbit, ac vertitur; *Prudentia* in adiectis, *Iustitia* in officijs, *Fortitudo* in oppositis, *Temperantia* in iucundis. Singula suos ad fluuios oblectamenta pariter hauriunt, & incrementa. *Prudentia* quæ ventura sunt vitreà speculatur in vndà, *Iustitia* gladium sanguine sontium purpurantem aquis abstergit, *Fortitudo* versicoloribus lapillis è vado lectis picturatam sibi columnam ædificat, *Temperantia* denique generoso mero fu-

Fons in medio paradisi. Quatuor inde flumina quatuor sūt virtutes cardinales.

mantia pocula gelidis lymphis miſcet, ac temperat.

Hiſce rigata fluentis *ſcientiæ boni ac mali arbos* 4
patulis ramis comaſcit. Cuius incertos, ac latentes fructus paucis poſt diebus Ariſtoteles nobis prægustandos apparabit: Ij nobis non, vt primæuis olim parentibus ſeuerè interdicuntur, ſed caute ſic edicuntur: *boni malique ſapientiam ita libato, vt diuertas, à malo ac facias bonum.* Ab hoc ſalutari epulo quod plerique mortalium abhorrent, miſerandum in modum plerique aberrant.

Ethica eſt arbor ſcientiæ boni, ac mali.

Illum videas noctu, diuque cartis impallentem, 5
immortalitatem apud mortales venantem, notum alijs, ignotum ſibi, ne poſt vitam moriatur in vitã premorientem. Hunc

Ambitio.

Auaritia.

Auri qui pondera tecti,
Gemmasque latère volentes
Pretioſa pericula fodit.

Boet. Cõſol.

Qui diuitijs vitijs alimenta, ſibique malorum parat irritamenta. Alium nouarum rerum ſpectaculis inhiantem, patrio ſolo aberrantem, ignotas terras oberrantem, peregrina maria ratibus inarantem, plus viæ, quàm vitę habentem. Quid quem fugaces honores vſque ad inſolentiam extulerunt? qui neſcit, vt vetus cecinit Poeta, ſe putei ad inſtar eſſe, qui

Curioſitas.

Superbia.

Quanto altus magis eſt hoc mage deſpicitur.

In fragm. vet. poet.

Quid cui fallax pauliſper blanditur fortuna? nec eam 6
vitream meminit, quę cum ſplendet frangitur, nec aduertit, vel in ipſo nomine Felicitatis primà ſyllabà Fel propinari. In huius vitę quaſi quodã fortunę ſalo, quod rapidis cupiditatum vẽtis miſcetur, & irrequie-

Inſolentia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

to curarum fluctuat ęstu, cęcà tempestate iactantur
Marinæ tēpestatis ethica allegoria. mortales, & nunc gaudij summo in fluctu ita pendent, vt

Ouid. 1. Trist. *Iam iam tacturos sydera summa petes;*

Nunc mæstitudinis

——Ollis vnda dehiscens

Id. ibid. *Infernas aperit sedes,* &

Iam iam tacturos tartara nigra putes.

7 Hosnè Democriteio risu, an Heracliteis lacrymis
Sic Seneca cēset lib. de tranquillit. animi. prosequamur? ad humanitatem proniores miseris commisereamur, & cum philosophis vatibus exclamemus

Lucretius. *O miseras hominum mentes? ò pectora cæca?*
Qualibus in tenebris vitæ, quantisq; periclis
Degitur hoc æui, quodcumque est!

Boetius. *Eheu quæ miseros tramite deuio*
Abducit ignorantia!
Heu! quonam lateat quod cupiunt bonum
Nescire cæci sustinent!
Et quod stelliferum transabijt polum
Tellure demersi petunt.

Lucretius. *Has igitur tenebras animi, erroresve necessum est,*
Non radij solis, neque lucida tela diei
Discutiant, sed naturæ species, ratioq;

8 Nunquam se mortales è labyrintheis hisce ambagibus expedient, nisi rationis fido filo philosophia errabunda regat vestigia. Nunquam fœda hæc soluetur tempestas, nisi sapiens Neptunus aliquis.
Neptuni mare tranquillantis ethica allegoria.

——Summà placidum caput efferat vndà, Virgil. 1. Aen.
——Tumida æquora placans
Collectasq; fugans nubes, solemq; reducens,
unde iucundum ueritatis lumẽ tenebratis affulgeat, ac tutus tranquillitatis portus naufragantibus pateat. Quænam unquam finis nobis malè uigilantibus, uanè somniantibus, umbrasq; captantibus ponẽda est, nisi philosophia quasi ex altà quadã speculà grauiter torporem nostrum increpitans Persianum illud inclamet:

O curuæ ad terras animæ, & cælestium inanes.
Filij hominum usque quo graui cordes?
Vt quid diligitis uanitatem, & quæritis mẽdacium?

ò mortales immortalitati prognati, quid rebus mortalibus inhiatis? Quid (ah frustra) quid extra uos quæritis intus quod latitat bonum? *Regnum Dei intra uos est*. Ne te, ò quisquis es ueræ felicitatis affectator, (Serio animũ aduerte qui legis.)

Ne te quæsiueris extra. (Persius Satyr. 1.)

Inexpleta hæc igitur fames, inexausta hæc sitis bonorum màlis ex arbore philosophiæ *scientiæ boni ac mali* decerptis unicè sedabuntur. Quod ni fiat, mihi credite. A. A. nostra hæc uita nõ modo mors, sed infernarum pœnarum miserandum quoddam specimen futura est. 9

Quid enim aliud nobis adsonare putemus fictos à Poetis apud Inferas Ixionas, Sisyphos, Danaidas, Tãtalos, Tityos, quàm ambitiosos, regnipetas, auaros, epulatores, libidinatores? 10

Interpretare, o Lucreti:

Pœnarum apud inferos ab ethnicis fictarū moralis allegoria.

Tantalus.

——Quæcunque Acheronte profundo
Prodita sunt esse, in uitâ sunt omnia nobis.
Nec miser impendens magnum timet aere saxum
Tantalus, vt fama est, cassâ formidine torpens
Sed magis in vitâ vanus metus vrget inanes
Mortales, casumq́; timent quemcunq́; ferat fors.
Nec Tityon volucres ineunt Acheronte iacentem,

Tityus.

Sed Tityos nobis hic est in amore dolentem,
Quem volucres lacerant, atque exest anxius angor,
Aut aliâ quauis scindunt cuppidine curæ.

Sisyphus.

Sisyphus in vitâ quoque nobis ante oculos est,
Qui petere a populo fasces, sæuasq́; secures
Imbibit: & semper victus, tristisq́; recedit.
Nā petere imperiū, quod inane est, nec datur vnquā
Atque in eo semper durum sufferre laborem,
Hoc est aduerso nixantem trudere monte
Saxum, quod tamen à summo iam vertice rursum
Voluitur, & plani raptim petit æquora campi.
Deinde animi ingratam naturam parcere semper,
Atque explere bonis rebus, satiareq; nunquam,
Hoc, vt opinor, id est æuo florente puellas

Danaides.

Quod memorāt laticem pertusum congerere in vas;
Quod tamen expleri nullâ ratione potestur.

Cerberus, Furiæ. Tartarus, & alia tormenta.

Cerberus, & Furiæ, iam verò & lucis egenus
Tartarus, horriferos eructans faucibus æstus
Hic metus in vitâ pœnarum pro malefactis
Est insignibus insignis. scelerisq; luela
Carcer, & horribilis de saxo iactu' deorsum,
Verbera, Carnifices, robur, pix, lamina, tedæ:
Quæ tamen & si absunt, ac mens sibi conscia facti

Præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Præmetuens adhibet stimulos, torretq; flagellis
Hinc Acherusia stultorum fit denique vita. *Malorum vita acherusia.*

Tam dira mala è verorum bonorum, ac vanorum malorum, hoc est è moralis philosophiæ ignoratione proferuntur, ac perferuntur.

II Ex hoc Tartaro Paradisum quandam efficiet moralis sapientiæ arbos, sed non sola. Nam huic, & cæteris, quæ in ethicis hortis uernascunt arboribus *arbos vitæ* hoc est virtutis, & felicitatis tantum vsu ac specie supereminet,

Quantum læta solent inter virgulta cupeßi.

In Paradiso morali arbor vitæ felicitas est.

Mira arbos, quæ vt acute ac vere doctissimus Philo disseruit, non reliquarum more plantarum, rugoso trunco, frondosis brachijs, odoris floribus, vescis fructibus distinguitur, ac variatur, sed ab infimis ac intimis radicum fibris ad suprema usque flagella frondiũ quanta quanta est frugifera, immo tota fructus est. Virtutum germina penitus tota in animi utilitatem; in uitæ fructum abeunt. Ecquis uitalis huiusce frondis utilitates, ac fructus enumeret innumeros? Pauxillos libemus. Inde animi tranquillitas, securitas, libertas: inde homini uera opulentia, ac solidum paratur imperium. Talis est sapientis animus qualis mundi status supra lunam;

Virtutis, ac felicitatis arbor tota fructus est.

Fructus aliquot è vita arbore.

Tranquillitas animi.

Perpetuum nulla temeratum nube serenum.
——nubes excedit olympus:

Infra se tonantem fortunam despicit. Iniurijs si forte impetatur, non memini me læsum, Cato, idest Philosophus, respondet. In phalaridis taurum si conijciatur, quàm suaue hoc est! uel ipse proclamat Epicurus; *Securitas.*

rus; Flagello si lanietur, *tunde* reclamat Anaxarchus, *Tunde, o Tyranne, Anaxarchi follem, Anaxarchum non potes*. Licet ipsum corpus plenum bonà scientià, & conscientià stillet, placebit illi ignis, per quem bona fides collucebit.

Latius est, quoties magno sibi constat honestum.

Moralis allegoria Achillis à matre ī stygiam paludem mersati.

Vulcanio clypeo telis imperuio sibi dicatum pectus obarmat philosophia. Quem suis undis illa mersauerit, inuulnerabilem magis præstat, quàm olim in stygio lacu fabulosâ parens Achillem.

12 *Libertas.*

Vt uero uera tibi libertas contingat, philosophiæ seruias oportet. Quid est libertas? potestas uiuendi ut uelis. Quis semper uiuit ut uult, nisi qui sapienter, qui recte semper uult? recta semper ut uelis, nulla uis, modo nolis, tibi unquam eripiet. Scite Augustinus. *Bonus* (hoc est uere ac re philosophus Christianus) *etiam si seruiat, liber est; malus etiam si regnet, seruus est; nec vnius hominis, sed quod grauius est, tot dominorum, quot vitiorum.* Accinat sapientissimus Boetius

Quos vides sedere celso
Solij culmine Reges,
Purpurà claros nitente,
Septos tristibus armis,
Ore toruo comminantes,
Rabie cordis anhelos,
Detrahat si quis superbis
Vani tegmina cultus,
Iam videbit intus arctas
Dominos ferre catenas.

Hinc

Hinc enim libido verſat *Mala conſcientiæ ſatellites.*
Auidis corda venenis.
Hinc flagellat ira mentem
Fluctus turbida tollens.
Mæror aut captos fatigat,
Aut ſpes lubrica torquet.
Ergo cum caput tot vnum
Cernas ferre Tyrannos.
Non facit quod optat ipſe
Dominis preſſus iniquis.

Vt ſeruis Domini, ſic dominantibus dominandi deſideria dominantur.

Quantum porro ex inexhauſtis ſapientiæ theſauris opulentabere, cum illa te nil extra te concupiſcere docuerit? cum aureis te illis præceptis imbuerit: 13 *Sufficiẽtia.*

—— Natura beatis
Omnibus eſſe dedit ſi quis cognouerit vti.
Ex animo res conſtat non animus ex re. *Auſonius.*

Maximæ diuitiæ non deſiderare diuitias. Plurimum habet, qui minimum cupit. Succinit vetus Vates.

Si quid ſatis eſt homini, id ſatis eſſe potiſſet, *Lepidè, ac vtiliter dictum.*
Hoc ſat erat: nunc cũ hoc non eſt, qui credimu' porro
Diuitias vllas animum mi explere potiſſet.

Regem pręterea te ſtatuet Regina morum cum illam audieris, ac penitus illud hauſeris: *Regnum animi.*

Qui ſe volet eſſe potentem
Animos domet ille feroces,
Nec victa libidine colla
Fœdis ſubmittat habenis.

&c Rex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Sen. Trag. & *Rex est qui posuit metus*
Et diri mala pectoris.
Mens Regnum bona possidet.
Hoc regnum sibi quisque dat.

Hoc regnum tibi ego possidenti gratulabundus edicam:

Stat. Sylu. *Viue, Midæ gazis, & Lydo ditior auro,*
Troica, & Euphratæ super diademata felix.
—— Qui pectore magno
Spemq; metumq; domas, vitio sublimior omni.

14 Sic viuitur. A. è vitæ arbore in morali Elysio. Efferant se nunc quantum lubet cæteræ liberales artes, ac scientiæ. Nulla profecto Ethicà sapientià liberalior est, quæ suis asseclis in res omnes mortales, ac in primis in seipsos nobilissimum largitur dominatum, quæ sui studiosos vere liberos facit, ac liberales. Vt sapienter sensisse mihi Philo videatur, dum ex veteri philosophię partitione in *rationalem, naturalem, moralem*, etiam ex Zenonis ac Possidonij Stoicorum decretis philosophiæ agrũ, seu potius hortum ita partitus est, vt Logica sepibus, arboribus Physica, Ethica fructibus pariarit. Ita est profecto. A. reliquæ naturales disciplinæ folia suis auditoribus, moralis uero fructus; illæ uiridaria, hæc pomaria; illæ uerba, hæc res ad rem; illæ animo acutè, ac belle uisere, at hæc benè, ac beatè uiuere pollicetur, ac profitetur. Et tamen (ò curas hominum, ò quantum est in rebus inane!) quantum operæ, ac sudoris cæca gens cæca mens mortalium expendit, ut doctior fiat, & tantummodo exornetur, quàm exiguum, ac nihilum, ut melior

Vetus philosophiæ partitio.

Inter scientias humanas ethicæ soluis fructus sunt.

Mortalium stultitia, q̃ vana, omissis vtilibus, sectatur.

uiuat, ac reformetur! Apud ægros hominum animos si non sententià, saltem consuetudine præstant (quis credat?) literæ uana sonantes doctrinis mala sanantibus. Soli Theologiæ ita sese submittit ut tamen intelligat illi scientiarum Reginæ maximas ab se opes, puta, de felicitate, de ultimo fine hominis, de uirtutibus, quibus ad Deum itur, ac plura alia subministrari.

Ea quæ de moribus est, disciplina super humanis, 15
seu theologicis famulatur, humanis ut in officio rectè uersentur, moderatur. Disciplinas tantum dixi? immò uerò nulla ętas est, nullus ordo, nulla hominum fortuna, nulla studia sunt, quibus humanarum actionum magistra suas leges non sanciat.

Omnibus sua à morali philosophià pręcepta sunt.

Rex es? in primis te rege: ἄρχε πρότον μαθὸν ἄρχεσθε Solonis ore illa pręcipiet. Magistratus, ac Iudex? Iustitiæ lances iniquo munerum pōdere alternis ne obliques, aut degraues. Pater familias?

Malis vereri quàm timeri te à tuis.

Filij parētibus etiam viuis iusta persoluant, ollis dum viuunt parento, cum vixerunt parentato. Senex terram, quam mox subiturus deuexo spectans ore animum ad cælum erigat. Miles iuris armigerum se præstet. Mercator, in huius vitæ mercato, vt cito ditescas nimium ne capescas. Aulice, aulęum fortunæ te memento: picta tibi felicitas est, modo exposita, modo deposita. Rustice, cum terrà cælum cole. Seruus es, ò quicunq; ? vt liber sis lubenter seruito. Disciplinarum ne doctor? optimum ad ueritatem compendium esto, rectè dictis recta facta adiungito.

Compendia perutilia pro officijs in omni vitæ genere. Rex, Magistratus, pater familias. Filius. Senex. Miles. Mercator. Aulicus. Aulica felicitas picta est. Aulicus aulæum fortunæ. Rusticus. Seruus. Doctor.

Discipulus. Doctrinarũ ne discipulus: non inconditis clamoribus, sed Pythagorico silentio, ac Philosophicà modestià conditis moribus sapientiam captato. Duodena hęc quasi è duodecim tabulis vobis Aud. ad cætera breuissimo sint argumento.

16 Quæcunque igitur in humanà vità siue priuatim, siue publicè aut aguntur, aut docentur, aut cogitantur moralis philosophiæ decretis indigere, ac subiacere se fateantur, eamque vt legiferam Præsidem vereãtur vniuersa. Hęc vna homines cęlestem in terris vitam docet agitare, hæc una ueræ uoluptatis, ac immortalium deliciarum (quod audistis) aperit paradisum. Hæc uobis è quadrifluo uirtutum fonte propinatura est ambrosiam, ex arbore scientiæ boni, ac mali porrectura sapientiam, è uitæ plantà productura felicitatem. Hinc libabitis, hinc uos ipsi (ut uerbo dicam) beabitis. O me etiam vere beatum! si dum eam hoc anno publicè hic explicabo, ac deprædicabo, quidpiam obueniret nõ obsimile facto, quod de adolescente Polemone sacræ, ac prophanæ promunt historiæ. *Polemonis exemplum insigne.* Hic Athenis in ipso ætatis flore comas cirratus, genas & ingenium fucatus, Zonam & vitam solutus, veste muliebriter stolatus, odoribus non bene olens, cantibus male audiens, unà cum sui similium grege in Xenocratis eà tempestate nobilis philosophi gymnasium petulanter cum irruisset, ac nihil interea philosophus de suà constantià, & oratione, quam tunc de temperantiæ laudibus agitabat, remisisset, remisit paulatim uirtutis pulchritudine delinita impudentis adolescentis effręnatio; repente uitæ, uiæque,

quam

quam insistebat, fallacis errore damnato, muliebrem cultum in uirilem neglectum, prauos mores in uirtutum exempla refudit, factus ex fœmella philosophus. Hic mihi ad rem nunquam satis uulgata in Theodosium Ambrosij sententia silentium imponat. Si quis es, quod nolim, è meis Aud. futurus, qui Polemonem *sequeris errantem, sequere, & pœnitentem*.




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

ANTIPODÆ.

Prælogium II.




Acedonum regem Antigonum. N. N. moralis philoſophiæ ſtudioſiſſimum, & moralium philoſophorum raro inter reges exẽplo amantiſſimum, aiunt, accepto nũtio de morte Zenonis ſtoicorum principis, quem ille ante omnes admirabatur, proclamaſſe: 1 *Egregium Antigoni dictum de Zenone morali philoſopho.*

Quale theatrum perdidi!

Egregiè, ac regiè dictum. Cenſuit nimirum ille à morali philoſophià in eius, quem inſediſſet, animo ampliſſimum ac ſpecioſiſſimum Theatrum aperiri, vbi mentis verorum bonorum amantis oculus à ſceleram fęce purgatus, & virtutum ſplendore illuſtratus pulcherrimà ſpectaculorum admirandorum ſerie perfrueretur. Illic enim Cinicorum, (ludicris ſeria, & inferioribus altiora ſi licet cõponere) abiectis opum impedimentis, nudatæ, atque expeditæ acies contra vitiorum peruicaces cateruas obluctantur. Illic Socraticorum ad omnem patientiam coniurata manus dura per omnia ſuum robur exercet, exacuit, & turpes contra voluptates pugilatur. Parte alià Stoicum quempiam videas in heroicæ virtutis celſitudine funambuli more per anguſtum virtutis *Allegoriæ morales gymnicorũ ſpectaculorum in morali theatro.*

iter

iter quasi per extentum funem, illinc sustinēdo, hinc abstinendo prouide, ac pedetentim indugrediūtem. Salios illic mirare, quos aduersi casus dum in caput præcipites deuoluere videntur, tantummodo cernuant, atque illi repente in pedes arte constantiæ se statuunt. Quid alios memorem, qui aptatis ad terram manibus, & sublatis in altum pedibus, brachijs incedunt, cruribus sursum gestiunt! Hos ego cum D. Bernardo affirmarī verè moralis philosophi symbolum sapienter contemplantibus exhibere.

Antipodæ morales.

2 Agite igitur A. quādoquidem in philosophicum, ac morale theatrum nescio quà forte inuecti sumus, paululum considamus, & omissis interim cęteris, quos paullo ante indigitaui, serijs ludionibus, inuersos, sed sapientes hosce ambulones attentis oculis, & intentis animis intueamur, vt homini ad id exempli ambulandum esse tueamur. Sine solido animi fructu non abibimus: ludum hunc ludit philosophia. eius præceptis si te rectum hominem, ut debes, velis præstare, inuertendus es totus, ne peruertare. Animi cultura, hoc est moralis sapientia tota laborat in homine ad recte rationis habitum statuendo, & excolendo, vt qui cęlestis planta in terris à Philone appellatur, cęlo plantas obuertat. Illuc vidit Apostolici Senatus Princeps ac rector Petrus, cum cruci suffixus, cęlum mox aditurus, capite ad terram statuto.

Allegoria moralis D. Petri corpore inuerso crucifixi.

——— *Pedibusque ad sydera versis.*

edicere videbatur:

——— *Sic itur ad astra.*

Simile quid spectabat Cynicus dū in meridie accensà

cēs à lucernà hominem pleno in foro quæritabat. ecquem, A? nisi quem rectum in inuerso nostra fingit philosophia? Quot homines ante quærentis oculos versabantur? At illos non homines, non rectos, eo quod recti more communi graderentur, arbitrabatur.

Diogenes quem quæreret exclamando hominem quæro.

3 At tu, quisquis es, qui vere regiam, sed à paucis calcatam moralis disciplinæ viam illæso meditaris inire pede, tecum statuas oportet, tibi, (ut sic appellem) Antipodas, homines ludicros esse imitandos, qui plano in solo aduersa alijs surrigunt vestigia. Antipodas inquam vobis. Aud. nostrum hoc dabit morale proscœnium. Ac triplici, præ alijs, hominum generi aduersis sententijs, obuersis exemplis, quasi diuersà facie, morales obgradiuntur philosophi, *Vulgaribus*, *Nobilibus*, *Militaribus*. Vulgus opes, nobilitas genus, miles vltionem, vt summũ bonum *nauibus, atque quadrigis* adpetunt. Obsistunt philosophi, accensent contra vulgus, nec appellanda quidem bona quibus male vt plurimum vtũtur plurimi; contra nobiles, dementis esse Corniculæ instar alienos iactare colores; contra studiosos armorum, præstare alijs iniurià vilissimum esse, atque iniquissimum. Sed acies vtrinque consistant.

Vulgi, Nobilium, militum errores refutandi.

Et primo illinc vulgus, cuius vulgatissima ea est sententia, quæ εὐδαιμονίαν, καὶ εὐτηχύαν, felicẽ, & fortunatũ *componit eodem*. At hinc Socrates *fortunã, & felicitatem non modo inter se non conuenire, sed etiam contraire* sapientissime respondit interrogatus. Nam fortuna res incerta est, ac labilis: fortunam tibi etiã

Fortuna, & felicitas res sunt contrariæ.

no-

nolenti vel impedire, vel eripere aliena potest iniuria; à veri boni possessione, cum in ratione sit posita, inuitus haud potes deturbari. Illinc Deum poscunt parentes filijs ingentes diuitias, summos honores, opulenta coniugia, Nestoris annos, *robur pueris formamque puellis*. Hinc porro suadet Seneca: si sapias, Deum exorato, vt eorum nihil tibi contingat, felix vt esse queas. non opes, nam acute senior Ausonius: *diues, ac felix est non qui multa, quæque optat, habet, sed qui nō optat, quæ non habet*. Nō dignitates etenim

Iuuenal. Sat. 10.

Generose dictum à Senecà.

Cur optāda non sint opes

nec dignitates

Nec coniugia

Fulminibus vastisque patent præcelsa ruinis.

Nō coniugia, quæ plerumque sęua fiūt coniurgia, & suscepti liberi dum illiberaliter agūt, dum vitiorum serui fiunt, dum nihil habent liberi, nisi nomen, liberos ac securos non sinunt esse parentes; vt sapienter Euripides: *liberis carens infortunio est felix*. Non vitam; Seneca: *non est bonum viuere, sed bene viuere*. Ac sane nisi tibi, idest animo viuas, nil refert.

Nec vita.

Iuuenal. ibidem.

Seu tibi læua tuos, seu dextera computet annos.

Scite quidam aulicus, cum sero tandem sapiēs ab aulæ tempestatibus ad priuatæ ac tranquillæ vitæ portum se recepisset, septimo post anno, moriturus sepulchro inscribi voluit. *Hic iacet septuagenarius, qui septem vixit annos*. Non denique bona corporis; ac præcipue forma peroptanda est, quippe *rara est concordia formæ, atque pudicitiæ*. Impedimenta igitur istæc sunt nō partes felicitatis, *irritamenta malorum, pretiosa pericula, aureæ compedes, splendidæ infelicitates* adamantinæ catenæ certum ad interritum detrahentes.

Simile aulici lepide inscriptum sepulchrum.

Nec bona corporis

Iuuen. ib.

Bona externa quid verè sint.

Ne-

——*Nocitura togà, nocitura petuntur* Iuuenal. ibi.
militià. Creberrimis, quæ quotidie ſpectamus, exemplis fidem adhibeto.

——*Torrens dicendi copia multis,* Idem.
Et ſua mortifera eſt facundia. viribus ille
Confiſus perijt, admirandisq; lacertis.
Sed plures nimià congeſta pecunia curà
Stragulat, & cuncta exuberãs patrimonia cenſus.

Bona externa multis malorũ occaſiones pbuerunt.

Tu n' illa bona exiſtimaris, quæ bonos non efficiũt 5
poſſeſſores? quæ ad peſſimum quemque pleniſſimo imbre depluunt? quæ fomenta vitiorum ſunt, & alimenta? Opes ſcilicet auaritiæ, ſeuitiæ, dominatus, honoris, inſolentię, forma impudicitiæ.

Bona externa cur non bona.

Tun' bona vocaris, quæ puncto mobilis horæ Iuuenal.
Permutant Dominos, alienaq; iura ſequuntur?

Tun' homo rationis compos tibi de inſtrumento, atque apparatu blandiris externo, quo te vel vile iumẽtum ſuperat quoties ——*Oſtroq; inſignis & auro,*
Stat ſonipes, & fræna ferox ſpumantia mandit? Virgil. 4. Aen.
Ergo ſuperuacua, aut pernicioſa petuntur. Iuuen. ibid.

Quæ non quia bona ſunt magni æſtimãtur, ſed quia magni æſtimantur bona exiſtimantur.

Externa nõ quia bona æſtimantur; ſed quia exiſtimantur.

Nil ergo optabunt homines: ſi conſilium vis, Iuuen. ibid.
Fortem poſce animum, & mortis terrore carentem,
Qui ſpatium vitæ extremum inter munera ponat
Naturæ, qui ferre queat quoſcunque labores;
Neſciat iraſci, cupiat nihil: & potiores
Herculis ærumnas credat, ſæuosq; labores
Et venere, & cęnis, & plumis Sardanapali.

Quæ à Deo petenda.

Bonum, inquiens, *adpetunt omnia* 1. Eth. c. 1. Ariſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Adpetant ſane & homines, ſed benè, bonum. Quærite, hortatur Auguſtinus, quærite quod quæritis, ſed vbi quæritis non inuenietis.

Finis vltimi ignoratio cauſa eſt omnium in vità malorũ.

Primus hic, & maximus in hominum vità error eſt, verorum bonorum, atque vltimi finis ignoratio. Inde per infinita diuortia fallaci tramite miſeri mortales in varios, vanosque labores diſtrahuntur. Sine certo ſydere, ſęuà tempeſtate iactata nauis quò, niſi ad ſcopulos, & naufragiũ abripitur? Sine ſcopo quid petet ſagittamus? qui manu telum diriget, ac moderabitur? Quam ſimilitudinem reddet pictor, niſi ei conſtet quid velit pingere?

Iuuen. ibid.

Pauci vera norũt bona.

Omnibus in terris, quæ ſunt à Gadibus vſque
Auroram & Gangem pauci dignoſcere poſſunt
Vera bona, atque illis multum diuerſa, remotà
——Erroris nebulà.

Quemadmodum ſine Theleſcopio nuper inuento ſolares maculas, lunares ſcrupoſitates, Saturnios ſatellites, innumerosq; nouorum aſtrorum choros haud pote quiſquam deſpicere; ita ſine eà, quæ de moribus eſt, ſapientià fruſtrà tibi, ò quicunque, veram bonorum, aut malorum agnitionem polliceris. Sola Ethica ſcientia verum theleſcopium, ſeu finiſpicium eſt, hoc eſt de vltimo fine hominis præclàram, claramq; præbet proſpicientiam. Altero ab hinc menſe dum animum ruris, & mitiorum muſarum delicijs amœnarem, in nupero ſcriptore, qui ex agri ſenenſis ruſtico nobilis repente poeta prodijt, memini me legentem equiti ad diſſoluendas magicas pręſtigias properanti (poeticum ſcilicet inuentum ad delectationem

Moralis philoſophia inſtar eſt theleſcopij ad vitæ ſcopũ proſpiciendum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

è magicà damnata vanitate) datum à sibyllà perspicillum, quo ad oculos posito, fucatæ illę nunc incendiorum, nunc tenebrarum, nunc opulentiarum, nunc deliciarum species, quasi nix a solis aspectu, quasi nubes aquilonis afflatu vanescebant, ac suis se se res coloribus uisendas obijciebant. Idem accidit in huius uitę quasi umbrosę syluę cæcis anfractibus latentem, ac fugientem felicitatem venanti, persequentique. Fallent te specie recti dolosę vitiorum imagines, vera mala falsis bonis personata deludent, nisi à morali scientià quasi à sibyllà lumen, artemque accipias, quà *quid distent æra lupinis peruideas*. Heu quam multis mortalium vano felicitatis idolo fallax imponit cupido? Græcorum plane simillimis, qui, vt vetus finxit poeta, fictum Helenæ simulacrũ pro verà in græciam à se reportatum serò agnorunt illusi. Ideo erratur, quia bonum humanum in ferinà vità, rationale in sensibili, quod internum est in externis perquiritur. At tu, ò moralis sapientiæ auditor, caue, *Moralis allegoria Helenæ simulacri.*

—— Si quid turbida turba
Adprobet, accedas, examenue improbum in illà *Persius Sat. 1.*
Castiges trutinà

sed vulgo aduersis rationum momentis res ipsas põderato.

Caue præterea, post uulgus, ne ad agmen nobilium te te adgreges, si quod est nec rectum incedens, nec rectis assentiri ad quiescens, ac sentiens nihil deprædicandum, nihil esse admirandum, præter unam generis nobilitatem. Hi sunt, qui si quempiam ab infimà fortunà per gradus uirtutum ad celsum ali- 7

cuius dignitatis fastigium euasisse conspicentur: superciliofo quodam fastu stomachabũdi Clodianum illud in Ciceronem identidem ingerunt:

Iuu. Sat. 8.

Hic nouus Arpinas ignobilis, & modo Romæ
Municipalis eques galeatum ponit vbique
Præsidium attonitis, & in omni gente laborat.

Non generi, sed virtuti debetur præmium.

Quasi uero non uirtuti, sed generi uirtutum præmia debeantur. Tun' ergo (antipodam appello) quia

Idem ibid.

Suppositam nigræ lunam subtexis alutæ
Cuncta putas crepidis inferiora tuis!

Sannaz. in epig.

Quid sit nobilitas.

Nobiles virtutem sequi præ alijs debent.

Nobilitas, definitore Boetio, *quidam splendor est, & quædam laus de meritis parentum proueniens;* Quæ tibi si nescis arctissimam imponit necessitatem, ut nõ solum sis nobilis, sed & generosus, hoc est ne à maiorum uirtute tuis moribus degeneres. Tu igitur si proauorum dissimilis es, te non tam splendidum aliena claritudo, quàm obscurum tua te facit turpitudo. De parentum uirtute nihil habes præter imagines. Nauis es extrinsecus picta, sed cariosa, inanis, exposita naufragio.

In nobiles sine virtute.

Hor. car. l. 1. od. 4.

Quamuis pontica pinus
Syluæ filia nobilis
Iactes & genus, & nomen inutile.

Apta similitudo.

Vt qui suis diffisi uiribus ad diuorum aras confugiunt; sic qui sine uirtutibus ad generis nobilitatem. Sed frustra, nam nec tutum, ac

Iuuenal. ib.

—— *Miserum est alienæ incumbere famæ*: Ac
Stemmata quid faciunt, quid prodest, Pontice, longo
Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus
Maiorum, & stantes in curribus Æmilianos,

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Si coram Lepidis male viuitur? effigies quò
Tot bellatorum, si luditur alea per nox
Ante Numantinos? si dormire incipis ortu
Luciferi, quo signa duces, & castra mouebant?

Tibi malo non modo bona nobilitas nõ est, non modo non prodest, sed etiam tuo splendori, ac famæ plurimum obest.

Incipit ipsorum contrà te stare parentum
Nobilitas, claramq; facem præferre pudendis.
Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

Idem. Nobilitas est cõtra nobiles si mali sint.

Vin' veram nobilitatem? *nobilitas sola est, atque vnica virtus* Nobilis animus est, quem infortunia, & clades non deijciant, qualis nostrà tempestate fuit plane regius in Philippo II. Hyspaniarum, atque Indiarum Monarchà, cuius contrà Britannos classem ab Historiarum memorià maximam cum Oceani rabies ita vorasset, vt vix nuntius ad regias aures elaberetur, eo Rex audito, pacate infit: *Classem ego contra homines, non contra ventos, & elementa conflaram.* Nobilis animus est qui exilio non moueatur, qualem uiri Romani uerè nobilis Agrippini legisse me memini, cui ad mensam accedenti cum repentinus satelles à Nerone Cæsare missus sine morà exilium ad Vrbem Ariciam denunciasset, *Ergo*, inquit, *Ariciæ cœnabimus.* Nobilis animus qui mortis intentatæ minas uili faciat, quali præditus Theodorus philosophus qui Tyranno mortem interminanti reposuit: *magnam vero rem potes: etiam cantharides, & vilißima animalcula mortem homini poßunt inferre.* Nobilis animus, qui mortem,

8 *Vera nobilitatis argumenta. Animi fortitudo vera nobilitas est Regij plane animi Exemplum primum.*

Secundum.

Tertium.

Quartum. mortem, quasi per ludum accipiat: prorsus is Iulij Cani fuit: eum Caligula rapi ad mortem iusserat: interim dum Centurio morulæ aliquid facit Canus latrunculis cum amico ludere: vocatus numerat calculos, & sodali *vide inquit, ne post mortẽ meam mentiare te vicisse*. Tum annuens centurioni *testis, inquit, eris vno me antecedere*. lusisse hunc putatis A. an potius Tyranno illusisse?

Virg. *Degeneres animos timor arguit*: degeneri non est

Boet. *Quisquis composito serenus æuo,*
Fortunamque tuens vtramque rectus
Inuictum potuit tenere vultum. quique

Claud. *Altior humanà mortalia despicit arce*.

A lunulatis calceis antiquorũ nobilium documentum morale. Qui se nobilem optat Romanos patritios imitetur, qui lunulatos calceos gerebant, nempe sublunaria omnia semper mutantia, nutantia, incerta, exilia, vilia serenà quadam animi celsitudine det pessum. Sit tibi *luna sub pedibus*. *Nobilitatem habe in talis*, quod iocosè in fratrem sophista ingessit Herodes. Nobilitas à virtute seiuncta *Re tibi pro vili sub pedibus iaceat*.

Lepide dictũm. Philostratus. Ouid.

9 Abacto iam vulgo, & excussà fallaci nobilitatis vmbrà, ecce tibi miles audacià magis, quam ratione armatus in arenam nostri theatri

Virg. —— *Se turbidus infert*,
Qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris:
Incubuit cãpis, Et aerẽ puluere, stridore syluas, fragore complet littora. Ac primo castrensi de more sic minitatur: Iratus te feriam, concidam, mactabo. At contra Socrates nequam seruulo: *quam egregie te cederem, nisi essem iratus?* & merito: *sine barbari ferrum*

In irà non est aptus vindictæ locus.

ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

veneno liniant: fortitudini bile nihil opus est rationem pro tincturà habenti, generosè dictum a græco Poeta. Sume pęnas, o Rex Philippe (stimulabant amici Macedones) sume pœnas de in tolerandà græcorum ingratitudine, qui tantis abs te beneficijs ornati, de te tamen per summum nefas obloquuntur. Tum Rex philosopho animo, & obuersà sententià sic profatus. *Haud ex vsu suadetis, ò amici. qui bene accepti mala rependunt, quanto peiora malo prouocati reponent?* O quam verè à Platone pronunciatum, A. *tum demum beatas fore respublicas cum aut morales philosophi regnarent, aut reges philosopharentur?*

Plut. de in

Exemplum, & ratio ad mansuetudinem.

10

Sed meis adhuc auribus gloriosus Thraso sic obstrepit: pusilli atque obiecti est animi non referre iniuriã. Immo perferre magnanimi est, excipit philosophus. Nã queãdmodũ stomachi arguit imbecillitatem cibos non continere, ita, inquit Plutarchus, infirmo, atque infimo se prodit animo, quisquis nec uerbis quidem ne leuiter mordicantibus non est ferendis. Vter tibi excelsior videtur? an quem iræ, ac uindictæ libido statim occupat, & deijcit? an ad quẽ iniuriæ nec pertingunt illatæ, ac licet iniectæ, non inferuntur, immissæ non admittuntur? Te irrident, ò Diogenes: at ille: *ego vero non irrideor. impetunt, sed non petunt*: Ecquem ad finem arbitramini, A. à priscis Romanorum olim institutum, vt in triumphorũ celebritate, ac pompà, quibus exterarum gentium domitores immortalitatem quandam assequi videbantur, inter faustas adclamationes, ac laudes, inter gloriosissima de Imperatore præconia, in eundem tamẽ

Magnanimi est iniuriã perferre, & Similitudo ad id probandum apta, & Rationes, & exempla. Laert. in eius vità.

Ratio, & moralis interpretatio fescenninorum in triũphis. Sen. chor. 2. med.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

etiam *festa dicax* miles *conuicia* decantaret? nisi vt sapienter docerent eum, qui alios vicerat, animum etiam suum vincere, iracundiam cohibere, florem esse triumphi de se ipso triumphare, supra omnẽ triũphi maiestatem esse animi de irà triumphantis mititatẽ? Vidistis igitur, A. morales philosophos vulgaribus votis, ineruditæ (si qua est) nobilitati, gladiatorię temeritati aduersantes & quasi hoĩes inuersos peruersis omnibus, vt Apuleius diceret, antipodantes.

11 At excidit imprudenti: inuersos dixi philosophos? immo vero inuersi omnes, præter morales philosophos. Quid magis inuorsum, rationi aduersum, sibique repugnans, quàm eundem hominem sus deq; reuolui? Tu (alloquor Antipodam) tu, qui morali philosophiæ non obaudis, qui philosophos decipere autumas, qui quos admirari, atque imitari debueras, irrides, tu plane, tanquam insolens quoddam monstrum, es derideudus. Pars animi, quæ animalis, atque inferior est, iniquà vice, rationali, quam superiorem opportuit, imposita dominatur, & quasi capìte subacto, & cruribus elatis, cœlo calcibus minitaris. Nou quod licet lubet, sed quod lubet licere sibi vult animus: ancillæ obsequitur hera, captiuæ subditur libera, libidini ratio: claudicanti lapsurus adnititur, cęcæ temerarius se credit, animæ animus. Cui potiores in homine, ac dextræ dandæ sunt partes, mobilitàte leuis lęua mens facta est. denique

Peruersi omnes inuersi.

Virg.

Mors, & amor arma mutarunt: amat sẽnex, moritur iuuenis.

Sua cuique Deus fit dira cupido. Alicubi

Mutarunt arma inter se mors atque cupido:
Hic falcem gestat, gestat at illa facem,

Dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Dum pereunt iuuenes, depereuntque senes.

Seminex senex amat, nugatur, adolescentiatur. Videas illum

Et sibi blanditias tremulà componere voce,
Et manibus canas fingere velle comas.

Cui vicina mors tumulum parabat, thalamū Amor apparat. Immo versis vicibus *Senis amātis mores ad irrisionem.*

Mors thalamum sternit, sternit Amor tumulum.

Quasi sola senectus ad mortem satis non esset, senio addit amorem. Ad nouas nuptias, & ineptias antiquus puer se comit. Hinc scitissimi decoris puella deducitur: illinc sibyllę tritauus bellatulus ille sponsus prodit, depilatus, edentulus, rugosus, gibbosus, & sui quasi tumuli gerulus, oculis non minus, quàm amore captus.

Pallida cui facies, cum voce trementia labra,
Halitus ore grauis, madidiq; infantia nasi est.
Spectatum admissi risum teneatis, amici. *Hor. ī poet.*

Accedit deinde, ac labante genu inclinatus, nutanti capite quasi abnuens quam petit, scabram, & anulatam manum exhibet: fidem accipit: Thitono nubit Aurora, & gelidus Aquilo miseram rapit Orithiam. Sed priuata hæc ridenda. Publicæ verò heu nimium deplorandæ peruersitates!

Ascende nunc mecum in altissimam philosophiæ arcem, & magnanimæ mentis

Præpetibus pennis aude te credere Cœlo, vnde
Mare veliuolum, terrasq; iacentes *Virgil. 6. Æneid. id. 1. Æn.*

vno intuitu circumspicias. Videbis profecto sub sole plus malorum quam atomorum, plus stultorum, *Omnia plena malis in terris.*

quàm foliorum, plus demẽtiarum, quàm arenarum. Videas quæ ne videas te vel ad Timonis misanthropian, vel ad Democriti misophtalmian adigant. Maria classibus, regiones infestis exercitibus deuastãtur: publica latrocinia, iusta arma vocitantur: quę priuatim scelera sunt, publicè virtutes appellantur. Quanta in senibus insania, in fœminis impudicitia, in iuuentute impudentia, in potentioribus suimet impotentia? quanta sacrorum impietas, commerciorum dolositas, scientiarum vanitas? leges condũtur exleges, & in pace per lites, & iurgia pro tribunalibus togata geruntur prælia. Vbi ius defenditur, fit iniuria. Accusator criminis est reus, quod defert: prostat auctioni iudicis sententia, & iudex fit nocẽs, dum innocentem cõdemnat: remedia vitiorum verterunt in vitia.

Iniuria in publico iure.

13 Ingredere sicubi est.

Virg. Geor.

—— *Foribus domus alta superbis*

Et varij radiant pulchrà testudine postes

ibi sunt cuncta *fucis illita*: arrident vt sæuiant, blandiuntur vt fallant, extollunt vt deprimant. ibi

Aulica mala.

Pollicitis diues quilibet esse potest.

Martial.

Detrahitur miserorum inopiæ quod mimis, quod equis, quod canibus, quod parietibus, quod denique detur luxurię. Ibi uirtutum præmia si promereare iustam arbitrantur causam ne consequare. Quãtam vero indignationem prouocat videre dignitates ad indignos deferri, vt nequitia quæ priuata torpebat, in excelso collocata plures prouocet ad imitationem? per inhonesta itur ad honores. Quibus plerumque sordi-

ſordibus emerè plerique vt fulgeant.

In foris vero, in theatris, in ſcœnis obſcœnis audiuntur, & ſpectantur quæ vel meminiſſe ſit ſcelus. Inceſtis exemplis aures, oculi, animus inceſtantur. Ingenioſus ad morum corruptelam Poeta furtiuos fingit amores, vnde *cereus in vitium iuuenis* veris ignibus colliqueſcat. Spectaculis tam nefarijs interſunt, adplaudunt, perfruuntur, *nugisque canoris ſuum pectus inaniter vrgent*. ij, quorū erat cauere ne quiſquam intereſſet. Quid Muſea? non ne tibi gladiatorum foueas referunt (de Antipodarum Academijs loquor) dum inſanis clamoribus pro ſanis auditoribus gymnaſia complentur, & armatæ iuuentutis circumcurſantes cateruæ ſpectantur? 14

Mala theatrorum

Hor. poet.

Idem.

Gymnaſiorum publicorū mala.

Arma togæ, Martem muſis imbellibus addunt.

In ſcientijs grammaticari, ſubtiliter ineptire, veritatem oppugnare, peruicaciter impudere didicerunt.

Sed à ſcientiarum, quas vocant, vniuerſitatibus ad omnium hominum vniuerſitatem referamur, ac, reliquis omnibus nunc diſſimulatis, illud vnum breuiſſime commemoremus, quod omnem indignitatem ſuperat, omnem excedit iniquitatem, omnium malorum eſt peſſimum; 15

—— Videas paſsim florere nocentes;
Vexarique pios.

Claud. in Rufin.

Quot tibi vbique gentium occurrent homines ob ſcelera fortunati? Vbique

Bonorū infortunia, & malorū felicitates.

—— Premit inſontes
Debita ſceleri noxia pœna:
At peruerſi reſident celſo

Boet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Mores solio, sanctaque calcant
Iniusta vice colla nocentes.
Latet obscuris condita virtus
Clara tenèbris, iustusque tulit
Crimen iniqui.

Virg. 4. Aeneid. *Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras*
conde facem ne tam dira spectentur.

Pene desperata remedia malorũ humani generis.

16 Quæ nam tantis fluctuãtis sęculi turbinibus malatia? quis Neptunus tantos *componere fluctus* eualeat? vnde tam late sęuientibus malis remedia? à viris bonis? nequeunt. A potentioribus? nolunt. A legibus? iacent. A pęnis? unde timendæ? A præmijs? unde speranda? sola, secundùm Deum, Dei munere, hominum generi è cęlo dimissa moralis Philosophia, sine quà humana omnia inuersim ire uidistis, omnia potest ad rectum reuoluta constituere. Quod & præstituram se recipit, A. si modo à uobis hoc anno frequẽter, atque auide auribus, atq; animis imbibatur. Hactenus ad risum, & fletum bene, maleque morati Antipodæ spectati satis in morali Theatro. Ilicet.



CER-

CERNVLATI. SIVE DE BONO MALI

Prælogium III.





HIlosophicum, ac morale superioris anni theatrum, A. hoc etiam anno reuisenti, ac ludicros in eo cernulatores summà cum animi mei voluptate contuenti præclarus Senecæ philosophi locus in animum mihi recursauit: *aut saltem rectis,* (ait) *aut temet frueris. Qui hoc faciunt non euertit fortuna, sed cernulat, & allidit.* Illustris sane, sed lucis egens sententia. Cuius in tenebris proh quàm aduersæ doctorum, ne dicam cęcorum, digladiationes! Ego me in hac pugnà pacis sequestrem, aut in hac lite arbitrum non arbitrabor. Sua cuique stet, modo constet, sententia. Mea hæc esto. In huius vitæ nutante salo tu, ò quicunque nauigas, persuasum id penitus habeto, nempe futurum vt quandoque rectis fruare, hoc est rebus rectè ad sententiam constitutis vtare, secundis fortunæ auris ad felicitatis portum prouehare. Quod si te aduersa tempestas rebus omnibus aliquando nudatũ

Epist. 8. Locus insignis, ac per difficilis Senecæ.

Interpretatio ex authoris sentẽtia.

Tur-

Virgil. 1. Aen. *Turbine corripiat, scopuloque infigat acuto.*

Tum tibi te ipso, hoc est animo philosophicis opibus, in quas rapaci fortunæ nullum ius datur, instructo scito esse perfruendum. Hæc qui apud se statuat non illum vlla fortunę subuertere, vel proterere potest iniuria. Illum *cernulat fortuna*, hoc est cernuum in caput, immo reuolutum in pedes propellit, & quasi pilam ad solum allidit, vt altius resultet. Qui enim ab externis in se cadit, non euertitur, sed euehitur.

2 In eo igitur theatrali ludo, in scenico eo saltu pingebat mihi animus specimen hominis, quem fortuna, siue altissima diuinæ mentis prouidentia quasi oscellis ludens alterna iactatione dum hinc demitteret, illinc attolleret; qui sibi ex virtute fidens quasi cubicus quamcunque versaretur in partem, eadem semper facie consisteret, qui tribulatus, nempe (sic nunc liceat interpretari) tribulorum instar effectus (quos prisca bellantum solertia equorum pedibus suffigēdis machinabatur) quocunque proijceretur vna sēper erecta cuspide surrigeretur; qui non cęco casu retroactus resupinaretur, sed adactus pronus in faciem, promptus in palmas, rectus in pedes sub specie cadentis reuolueretur, ac proueheretur, qui denique bona de malis exprimeret, & fortunatus prodiret ab infortunijs.

Diuinæ prouidentiæ ludus.

Homo moraliter cubicus.

Tribuli bellici moralis allegoria.

Salius moralis.

3 O mirum spectaculum, ac verè παράδοξον!

Pers. Sat. 1. —— *Min' tu istud ais?*

Ergon' —— *imbelles*

Horat. *Progenerant Aquilam columbæ?*

E bono malum? Quæ (malum) prodigia prodigis?

Non

Non ego, mi auditor, sed moralis philosophia, quæ humanis omnibus scientijs præstat, hæc re ipsà præstat. Inopinata vobis hodie polliceor, sed, ò Deus bone, vtilia. Illuc humanum animum ope moralis philosophiæ subnixum euadere, vbi hauriat solatiũ è fletu, è laboribus requietem?

Quam alte hominẽ attollat moralis philosophia.

Quem mala non lędunt quid horreat? quid doleat? id ergo ab arcanis moralis philosophiæ prodamus, ac firmemus, nempe: *volenti bene esse potest etiã in malis*; &: *rebus infestis nemo lȧditur nolens*. Hæc animis generosis non supra votum, attentis non erunt supra fidem. Plurima bona, si sollicitè perscrutere insunt malis. Quorum è plurimis illa nunc ego memorabo: *Docent, Ornant, Attollũt, Tutantur, Admirandum, ac Deo supparem hominem efficiunt*. Ordiamur.

Fragmentũ est hoc prælogij; ideo aliqua hìc proposita capita non explicãtur.

Docent, ac ornãt, nam optima vitæ magistra malorum perpessio est. Quod dolet docet. Docta malo regina illa: 4

Non ignara mali miseris succurrere discit. 1. Aen.

Breuissimum est ad veram philosophiam per aduersa compendium. Quod pungit vngit, & quasi collyrium lippienti, ac cęcutienti animo medetur. Milites Christum Dominum in horto comprehensuri retro sublapsi conciderunt. Discipuli gloriam Christi montano in vertice contemplaturi corruerunt in faciem. Quid isthuc discriminis? Praui hominum semper in peiora relabuntur, ac densioribus tenebris inuoluuntur. Boni à falsis fortunę bonis dum excidunt, in faciem, in oculos depronantur, & lumen animo à rerum

Quid ante, quid retro cadere moraliter.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

rerum turbulẽtarum tenebris hauriunt. An Græcum vobis excidit dicterium? ἐξ ὧν ἔπαθες ἔμαθες. Quemadmodum piſcis exenterati fel Tobiæ grandæui, iamiamque occaſantis oculis illitum amiſſam diem repoſuit; ita *vexatio* amara licet *dat intellectum*. Vt fons ſolis, ac ſalis alicubi perhibetur, cuius argenteo in æquore nitidior, ac radiantior, quàm alibi Phœbi facies euibratur; ſic in mordicante fortunà clarius intelligentiæ lumen eniteſcit.

Morale prouerbium.

Moralis allegoria fellis è piſce à Tobia extracti.

Iſaiæ 28.

Fons ſolis quid moraliter notet.

5 *In manibus* eternum numen *abſcondit lumen: manus* eiuſdem *plenæ hyacinthis*, vt diuina produnt oracula: diuinæ manus tum extima gẽmaſcunt hyacinthis, tum intima niteſcunt radijs. Siue igitur munera collaturus apertam in nos Deus dexterã obuertat, ſiue collata ſubducturus compreſſam auertat, ſuo ſemper nos lumine afflat, ac numine, ſuæ bonitatis amica fulgura, etiam dum premit, expromit. *In manibus abſcondit lucem, & manus eius plenæ hyacinthis.* An non in tam illuſtribus ſacrorum Authorum verbis conſpicamini, A. poetica quædam emicare lumina? Quaſi ergo dicant: In alternis æternisq; cęlorum rotationibus, quibus dies in noctem, non eunt in diem, dum ſolis lumine plura in ſydera diuiſo, nocturna cęlorum theatra ſtellis intermicantibus variata pandũtur, quid ea ſunt, niſi quædam quaſi dorſa diuinæ manùs cæleſtibus, vt ita dicam, ſtellatæ hyacintis? quæ manùs tacità deinde quaſi volę ad nos inuerſione ſenſim adaperta, illico aurorà è diuinæ dextræ volà euolante, Phœbeos vndique radios per orbem eiaculatur. Quos rurſum retrahit ac recondit dum quaſi digitis

In Iob.

In Cantic.

Diuinæ manus ornamẽta in noſtra emolumenta.

+

Cęli nocturni poetica è ſacris deſcriptio.

Item Auroræ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

in pugnum compressis diem, ac lucem claudit extrema. Tum princeps diuini pollicis gemma Hesperus noctem ocellat. Sed à poeticis rursum ad moralia.

Manus eius plenæ hyacintis. lubet ne vt de floribus pronuntiatum accipiamus? dum ergo diuinæ prouidentiæ manus externis malis quasi nos percussura reseratur, cœlestium gratiarum floribus quos percutit inspergit. Serto nos roseo (procul hinc Venus in Elysijs consimili serto Amorem crucias) diuina clementia flagellat, an potius mulcet! *Virga tua, & baculus tuus me consolata sunt*. O manum, etiam dum premere videtur, suauem, ac toto animi affectu suauiandam! nec enim *continet* etiam *in irà misericordias suas*. non onerat sed ornat. Non ne quosdam quasi stigmaticos, sed honorarios, & crucigeros equites in cœlestis aulæ familiam adscribit nos Deus, dum cruces nobis, & cruciatus imprimit, vt pretiosissima Deigenæ stigmata, quasi eius insignibus insigniti, gestemus? quantæ dignitatis, quantiq; ornamenti est ijsdem coloribus, ijsdem vestibus, quas altissimum numen attactu suo, ac perpessione in terris consecrauit, honestari? 6

Diuinæ manus etiam percutientis beneficia.

Psal.

Geminorũ locorũ è sacris nõ vulgata interpretatio.

Psal. 76.

Honorarij equites Dei, &c.

Pulchræ sunt genæ tuæ sicut Turturis, siue vt alij extulere *in catenulis*. Quemadmodum enim Palestinæ mulieres aureos turturillos, aureasq; catenulas è capillis dependulas gestitabant, vt solis concepto, ac reuibrato splendore genarum nitor geminaretur; haud secus & tibi, ò virtutis amore captiue, duræ cõpedes in regales cothurnos, collo funes iniecti gem- 7

Cantic.

Turturilli aurei Palæstinarum.

matos in torques, ferreæ manicæ in aureas vertuntur murenulas. Pulchrior est virtus in catenis pulchrior in ueste quasi polymità, quàm illi mirà arte diuina prouidentia ex rerum aduersantium, & adsecundantium uarietate quasi è stamine uersicolore contexit. Vt uitæ mortalis tela operosiore opere, ac speciosiore cultu nos ornet, ac delectet,

Diuinę prouidentiæ tela è bonis, & malis quasi vario è stamine.

——*Subtexta malis bona sunt*,

canit Manilius. Splendidam secundæ fortunæ rotam, rerum obscurarum plerumque obiecta nubes coronat, ceu lunare astrum Halones, & ceu

Halonis, atque Iridis moralis interpretatio.

——*Colorato pictæ Thaumantidos arcu*

comptore Claudiano,

Incipiens redimitur hyems.

Hæc à malis documenta sunto, atque ornamenta. Accipite nunc exaltamenta, quibus homines plerunque

——*Tolluntur in altum,*
Quò lapsu grauiore ruant.

Claudianus

8 Humanissima est, siquando male æstimanti rigidior appareat, diuinorum in nos fatorum seueritudo. crescere nos volunt, ac exutà tandem puerili mollitudine in viros, quibus à virtute nomen, extollier. Amici numinis maternas artes agnoscite. Papillis amara illinit abscynthia, vt à lacte pulsos solidiore soletur nos ferculo. Abiectum te putas? O te hoc uno infelicẽ! qui nescias quàm altè tua te efferat deiectio. Scala est, per laborem tortilis illa quidem in morem cocleæ, quales fuere, quibus Salomonici templi summa petebantur; sed te per aduersos eos flexus ad cel-

Moralis à lacte depulsio.

Cur Templi Salomonici Scalæ in formā cocleæ?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

ſa templi virtutis faſtigia ſenſim manupellit ſapientia: Onus fortunæ uocitas? At uerbum id hebraice *maſſa* ideſt onus, græce ἄρμα, ideſt *aſſumptio*, ſeu *currus* appellitatur; nempe quo te deprimi putas malo, ala ideſt, flammeus (qualis Thesbitæ uatis) currus eſt, quo, ſi ſapias, generoſà quadam rerum humanarum contemptione in cœlum uſque abripieris.

Locus ex hebræo reconditus.

Flammeus Eliæ currus quid ad mores?

——— *Quæ nocuere iuuant.*

9 Mercaturæ addictus eras, ò Zeno; at ſecundè aduersà tempeſtate iactatus, ac fractus, è naufragio in philoſophiæ portum illapſus es. Adulteratæ monetæ damnatus, atque in exilium abactus, es, o Cynice Diogenes; at è rerũ omnium egeſtate repente philoſophum nullius egentem protuliſti, ac præſtitiſti. Perieratis ambo, dicam cum Themiſtocle, niſi perijſſetis. Sed noſtratia uiſamus exempla. Iuratum Chriſti hoſtem, ac minas, cędeſque ſpirantem Saulum diuina vis ſubito fulgure inuolutum eluciſicauit, ac voce ab alto detonante attonitum, & ex equo deuolutum ſolo afflixit. At mox ex hoſte ſtetit Apoſtolus, è cęcitate illà luciditiſſimam cęleſtis doctrinæ facem toto orbe diffudit. Lupus decidit, agnus extitit. Quid inuictæ patientiæ probatiſſimum heroa Iobũ commemorem? Poſt innumeros armentorum greges direptos, poſt ampliſſimas domos ſęuis ventorum turbinibus deſolatas, poſt bis ſeptena marium, fęminarumque clariſſima pignora ſubità ruinà collapſæ domus exanimata ſimul, & conſepulta, poſt ſegetũ in agris, vinearum in collibus, ſyluarum in montibus luxuriantium, rerumque omnium, quas olli frugifero

Admirare in his exẽplis diuinã etiã in malis prouidẽtiam.

Iob ſingulare fortitudinis exemplũ hìc amplificatum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

gifero ſinu tellus exculta profuderat, communẽ conflagrationem; denique poſt adeo fędam exulceratorum artuum lacerationem, vt à toto corpore corpus abeſſe videretur; quid adamantinus ille vir, quid tandem agit? Audite *ſurrexit, ſcidit veſtimenta. caput totondit.*

10 Surrexit: tum demum rebus omnibus expoliatus, liberior ad Deum euolaturus. *Scidit veſtimenta*, omnia velut abijciens impedimenta. *Caput totondit* vt nè pilo quidem eius libertas detineretur. *Surrexit*, rebus duris obluctaturus: *ſcidit veſtimenta*, ne in lucta tartareo ab andagoniſte vllà ex parte ad terram detraheretur: *caput totondit*, vt ſic leuatus, ac depilatus faciliore lapſu ex anguſtijs eluctaretur. *Surrexit*, & ſæuiſſimà illà tempeſtate nil territus

Virg. 1. Aen. —— *Summà placidum caput extulit vndà.*

Scidit veſtimenta, vt facilius enataret. *caput totondit*, de more naufragorum, incolumi nempe animo ſeruatus. Cumque in placidiſſimà tranquillæ mentis ſtatione cõſideret, malis Genijs auctor ſic improbrabat: *externa tantum, quæque extra me ſunt abripuiſtis; at ego vobis etiam veſtimenta, quæ circa me, etiã capillamenta vltro remitto. Videte quantum non iſtæc in meis cenſeam, quæ mihi vos expreſſiſſe arbitramini: etiam quæ mihi adhærent lubens abijcio: diripere mea, non me, immo nec mea poteſtis, quæ enim vere mea ſunt ſemper mecum porto. Vos ea, quæ vel nolenti elapſura erant, & mortalia protriuiſtis, ego vero morti etiam ipſi, funerandorum in morem, pilorum obraſione memet adparo, proludoque.* Hæc ille qui tot caſibus non

cecidit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

cecidit, sed altior exurrexit.

Contra quem (si fas est dicere) sacrum Herculem audire mihi uideor aduersam fractis uiribus, uictamque fortunam nouercales illas Iunonis querelas expectorantem. 11

——Quidquid horridum telus creat
Inimica, quidquid pontus, aut aer tulit
Terribile, dirum, pestilens, atrox, ferum
Fractũ, atque domitũ est: superat, & crescit malis,
Iraque nostra fruitur. In laudes suas
Mea vertit odia.

Sen. Herc. fur.

Miracula heroicæ virtutis.

Bonus malis fruitur.

Sic est *malis fruitur*, & crescit uir bonus. Sic Paulus de seipse (græca melius colludũt) ἀπορούμενοι ἀλλ᾽ οὐκ ἐξαπορούμενοι. premitur deniq; non deprimitur uirtus.

Nec tutum corpus, nec tutæ plerumque fortunę bonorũ sunt; at securus semper illis est animus. uestẽ illis sua uirtus tanquam ex amianto contexit, qua in urente fortunà illęsi, per ardentes prunas, quasi per algentes rosas, per furentes flammarum globos, quasi per blandos aurarum susurros, renouato Babylonicæ fornacis miraculo ingrediuntur. Vnde illis tam ualidum pectus? Deus nimirum fidissima uirtutis tutela, Deus ipse est, qui eos ab omni malorum incursione suæ protectionis clepit vmbraculo. Vt stamnum cæteris admixtum metallis illæsa præstat ab ignibus, sic bonos Deus à malis, dumcum ipsis in tribulatione uersatur. In utramque aurem quocunque in periculo dormit quem Deus, & pura sceleris tutatur, uallatque conscientia. Specimen uultis? En. 12

Tela ex amiantho flammis nõ cedet; nec malis bonus.

Pueri illæsi in fornace Babylonica symbolum sunt boni viri in aduersis, &c.

Christus Dominus cum Apostolis Galilæo nauigabant

gabant in freto,

Marinæ tẽpestatis descriptio. *Varr. fragmen.*

Repente ab axe frigido se se efferunt
Phrenetici septentrionis filij,
Diripiuntque fretum, & lacerant caua nubila vẽti.

Stat.

Ipse uero dormiebat.

Virtus in tempestate secura. *Ouidius.*

Fluctibus erigitur, cœlumque æquare videtur
Pontus, & inductas aspergere tangere nubes,

Lucan.

Se freta non capiunt, omnisque in fluctibus vnda est.

Ipse uero dormiebat.

Ouidius.

Ecce cadunt largi resolutis nubibus imbres,
Inque fretum credas totum descendere cœlum,
Inque plagas Cœli tumefactum ascendere pontum.

Ipse uero dormiebat.

Seneca.

Non vna nox est, densa tenebras obruit
Caligo, & omni luce sublatà fretum,
Cœlumque miscet.
Nec hoc leuamen denique ærumnis datum
Videre saltem, & nosce quo pereant malo.

Nota hæc, & animũ informa.

At ille inter hæc soporatus, ac tacitus proclamare uidebatur. *Quid timeat qui Deum timet? fortem animum nulla tempestas quatit, nullæ vndarum moles ad summa semper enatantem obruunt.* A fortunà, hoc est à Dei prouidentià, uir bonus in naui, & undoso in mari quasi tenellus pusio à matre in cunis, agitatur, ut suauius in Dei placito soporetur, &c.


Reliqua aliàs.

A N-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

ANTIDOTVM.

Prælogium IV.



ΠΟλύ γ' ἐσὶ πάτων ζῶον ἀθλιώτατον
Ἄνθρωπος εἴ τις ἐξετάζοι κατὰ τρόπον 1 *Homo animâtium omnium miserrimus.*
Multo omnium sane miserrimum animal est homo
Si quis rem probe perpenderit.

Simonides cecinit, qui forte ab Homero hauserit, quem citat Plutarchus ex Iliade P libello: *animine an corporis affectiones sint peiores?* exclamat igitur Homerus de homine

Nil homine in terrà spirat miserum magis alma
Nil repit?

Ex eodem Plutarchi libello fabellam tibi denarro, 2 *Fabella de vulpe, & Panthera.*
mi lector, & in meam rem adduco. *Apud Æsopum Vulpes cum Pantherà de varietate disceptans, cum hæc superficiem corporis variegatam, maculisque nitentibus compunctam ostentasset, ipsa autem rufum colorẽ squallidum gereret, & ingratum aspectu, quin tu, inquit, ò Judex, mea, quæ intus sunt aspiciens magis me quàm est Panthera variam cernes. ingenij ostendens volubilitatem varie prout vsus inciderit versatilis.*

Ego pariter de homine pronunciare non verear 3
si cum alijs animantibus comparetur. longe omniũ esse infelicissimum. esto enim (quod nec facile cesserim) æqua sint brutorum, & hominum externa

mala;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

mala; quid interna ab animi opinionibus, atque appetitionibus accita? Quanto illa, & plura, & maiora in homine dominantur? nam recte Menander de brutorum quolibet,

Nil mali ei suà culpà nascitur,
Sed quæ natura ipsi dedit, ea habet,
Nos vero præter necessaria mala,
Ipsi per nos alia nobis insuper adijcimus,
Dolemus si quis sternuerit: si maledixerit,
Irascimur: si quis viderit insomnium, valde
Terremur: si noctua vlulauerit, metuimus.
Ærumnæ, opiniones, ambitiones, leges,
Ista omnia præter naturam, & ascititia mala sunt.

His pene paria & Philemon cecinit atque addidit:

Nos homines vitam agimus haud vitalem.

Venustius græca colludunt: αβίοτον βίον ζῶν, seruiq; sumus opinionum. Immo & passionum ab opinionibus, & malorum ingentiũ à passionibus profluentiũ.

4 Nos nobis intestini hostes nostris nos armis confodimus. Iniquæ sunt illæ apud Euphronem querimoniæ.

Nostro vitio miseri sumus.

O iupiter, cur tã breue tẽpus cũ nobis viuẽdi dederis,
Id nos absque molestià transigere non sinis?

Immeritò ac frustra de fortunà, idest Dei prouidentià, de Geniorum, de aliorum hominum in nos iniquitate, de externarum quarumcunque rerum coniuratis contra nos viribus conquerimur:

5 Quidquid extra nos est animo rectà ratione munito nocere non potest: nos intus ipsi eorum, quæ vera mala sunt, fontes gestamus. Haud belle admodum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

dum, vt Plutarchus lib. de trãquillitate notauit, Homerus Illiad. Ω, finxit dolia bonorum, ac malorum in Iouis limine: quin potius in animo ea nostro reposita esse prauarum, atque inter se pugnantium affectionum diutinæ clades aperte produnt. quidquid nobis nocetur à nobis est. Arbores olim, cum earum plurimæ quotidie vbique gentium ferro excisę prosternerentur, Senatum conuocarunt in montem Libanũ: ibi actum est de Syluosæ reipublicæ incolumitate, ac quæsitum est ecquid remedij ne tantum ea detrimẽti pateretur. Sententijs variatum est: tandem annosa Cedrus sic pronunciauit: securibus, quæ nos cędunt, manubria è nostris ramis ne permittamus, sic nec hominum manibus, nec ferro aderit vnde facile nos excidant. Idem & nobis, mi lector, accidet: homo cum rebus externis perturbari nequeat, nisi animi affectu eas vel appetat, vel auersetur, ne rebus ipse affectum commodet, sic fiet vt res ipsæ homini non incommodent.

Dolia bonorum ac malorum in Iouis limine.

Fabella de concilio arborum.

Sin agat secus, quæ dissidia, quæ turbæ, quæ seditio humano in animo? Tyrius Platonicus ser. 17. 6

Mala è malis appetitionibus.

Improbitatem animi incõditæ plebis assimilabimus imperio: quod quidem fit quotiescunque in ciuitate probitas victa multitudinis penitus licentiæ, atque audaciæ seruiat. Necesse est enim eiusmodi ciuitatem dissonantem, ac multarum partium esse, eandemque innumeris affectionibus, ac varijs cupiditatibus refertam, in voluptatibus quidem intemperantissimam, in iracundia præcipitem, in tribuendis honoribus immodicã, in fęlicitatibus elatam, in calamitatibus abie-

ctissimam esse. trahit præcipitem in omnia mala sua quemque cupido,

2. Aeneid. *Non secus aggeribus ruptis cum spumeus amnis*
Exijt, oppositasque euincit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo, camposque per omnes
Cum stabulis armenta trahit.

7 Quid plura? Idololatras efficit homines effrænis affectio, seq; pro numine cogit adorari. Audisti apud veteres templa timori, audaciæ, amori, atque his paribus ex ædificata. Denique vtinam vere non ille cecinisset.

9. Aeneid. ——— *Sua cuique Deus fit dira cupido*.

quod supra omne malum esse quis non videat? nam præ eo quæ magna visa sunt M. Tullio 1. de finibus, pene piget referre: *cupiditates* (ait orator ille philosophus) *sunt insatiabiles, quæ non modo singulos homines, sed vniuersas familias euertunt: totam etiam labefactãt rempublicam: ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ, seditiones, bella nascuntur*. & quæ item Plutarchus de tranquillitate *nimiæ animi ad res incitationes, & vehementiores iusto appetitiones, aut contra auersationes, & vituperationes et æ suspiciones, & morositatem aduersus homines nobis ingenerant, quorum culpà vel non adeptos quod cupiebamus, vel in ea quæ nollemus incidisse nos putamus*. Cupiditates alios nobis, nos alijs inuisos efficiũt, nobis valetudinem corporis, sanitatem animi, vitam ipsam, ad cuius tutelam, atque augmentum nobis à Deo ingenitæ fuerunt, eripiunt. quis non audijt aliquos timore furiatos, amore dementatos, tristitia, immò & gaudio exanimatos?

Tam

Tam ſequis malorum vnde, niſi (intellige hoc, & ad finem ſequẽtia iuxta debile lumen naturæ) à morali Philoſophià, Dei munere ſolandis ægris mortalibus adinuentà, medelæ parabuntur? M. Tull. 1. & 2. Tuſc. Philoſophia moralis *medetur animis, inanes ſollicitudines detrahit: cupiditatibus liberat: pellit timores. Sic habeto, niſi ſanatus animus ſit, quod ſine Philoſophia fieri non poteſt, finem miſeriarum nullum fore. Quamobrem tradamus nos ei curandos. ſanabimur ſi volemus.* Nè medicos repulſemus, hoc eſt morales Philoſophos. miratur ac meritò Plutar. (lib. de comparatione morborum animi & corporis) homines, *quod corpore male affecto medicos vocant: animo vitiato fugiunt Philoſophos.* & tamen vt Tull. 2. & 3. Tuſcul. alloquitur, *eſt animi medicina Philoſophia: cuius vis tum valet multum, cum eſt idoneam complexa naturam.* Idoneam vero naturam intellige (ne quiſquam animo deſpondeat, ſeque à moralis Philoſophiæ neceſſarijs, ac ſalutaribus Pharmacis abſtrahat) etiam eam, quæ imperitis minime ad cultum videtur idonea, ideſt eam quæ pluribus, ac vehemẽtioribus ardet cupidinibus, nam eæ à Philoſophia non euulſæ, ſed temperatæ, ac mutatis materijs meliores effectæ in heroicas virtutes plerunque cedunt: Plutarchus in moralibus præceptis: *vt multa agreſtia ſubnaſcentia in agro, mala quidem ipſa ſunt, ſed tamen ſigna felicis, & vberis ſoli, ſi quis excolat: ſic animi affectus per ſe mali, arguunt ingenium non malum, ſi accedat recta inſtitutio.* 8

Morbis animi à morali Philoſophia faciles, ac tutæ medelæ.

Philoſophus moralis medicus eſt animorum.

Similitudo

Adſpiremus ad veram animi libertatem abruptis 9

Misera seruitus parere cupiditatibus.

prauarum cupiditatum vinculis. *Turpe est libertatem eam, quæ humanis legibus accepta refertur, maximi facere, eam autem, quæ verè, & naturà ipsa libertas est, non omni studio petere, sed inhonestis, atque impuris, ac tyrannicis dominis seruire, lucris videlicet, ac minutissimis quibusque pecuniarijs rationibus, & cupiditatibus, tum principatùs, tum gloriæ, tum honoris.* ait Galenus lib. de curandis animi morbis cap. 10. miserrimam plane seruit seruitute qui suis paret appetitionibus. Demonax cuidam seruum suum virgis cędenti, desine, inquit, te seruo tuo similem ostendere, seruus enim est, qui suis affectibus, & cupiditatibus imperare non potest. Seruus est non modo qui pluribus, ac validioribus, sed qui vel vnicà, eàque minimà impeditur cuppedine. Sic auiculam vel vnicum filum extremæ pedis parti adnodatum totam eripit libertati. *Quemadmodum passerculus* (ait pius author) *volare incipiens in terrā funiculo detrahitur: sic quoque mens nondum affectibus liberata, & ad rerum cœlestium cognitionem volare contendens, ab affectibus deducitur, & ad terram detrahitur.* Ocyus igitur ab intestinis hisce impedimētis Philosophiæ moralis ope animum expediamus.

Similitudo vtilis.

10 *Vita inuita est quæ passionibus obnoxia.*

Ni faxis, ò quicunque, serò, ac frustra cum Simonide sapies. Is interrogatus quātum tempus vixisset? *tempus quidem exiguum respondit, annos uero multos.* viuere enim est non tam annis, quam animo libero perfrui: non viuimus (dicam cum Petrar. præfact. in lib. 1. de remedijs utr. fort.) dum *superuacuis, nec inutilibus modo, sed damnosis, atque pestiferis curis obnoxij,*

noxij, & præsenti torquemur, & præterito, & futuro angimur: vt nihil magis metuere videamur quàm ne quando fortè parum miseri simus. Tanto studio miseriarum causas, & dolorum alimenta conquirimus, quibus vitam, quæ si recte ageretur felicißima prorsus, ac iucundißima rerum erat, miserandum ac triste negotium efficimus: cuius initium cæcitas, & obliuio posidet, progressum labor, dolor exitum, error omnia. Magnum ergo bonum nobis moralis Philosophia pollicetur, vacuitatem à passionum molestijs, & indolentiam, quæ etiam si perpetua non esset, magni tamen esset facienda.

ἡμέρας μιᾶς ἀλυπία μέγα ἐστὶ κέρδος

Vnius certe diei indolentia magnum lucrum est. Sotades canebat. Quid ergo totius vitæ? nec verba putes; potest moralis Philosophia totius vitæ sanitatē elargiri, sedatis cupiditatibus, quia eius *auxilium non vt in corporis morbis petendum est foris,* recte ait Tullius 3. Tuscul. In nobis est, (cum Dei auxilio) vt sanemur à Philosophià: velimus modo, sanabimur sed velimus, idest deliberato animo nos totos eius præceptis instituendos tradamus, ac pareamus, &c.

Intus in nobis vt sanemur.



Typis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Typis expressum erat sequens *Prælogium* 5. nec se facile solum tueri poterat. Commodatus est *Prælogio* inter *Prælogia* locus, & inter moralia nunc tantisper admissum est, cum ipsum moralia non pauca in se admiserit. Lege, ac fruere, Lector æque.

VIRGÆ MATHEMATICÆ APEX.

Siue



DE PVNCTO

Prælogium V.

Ad Euclidis elementorum definitionem primam libri primi.

PVNCTVM EST, CVIVS NVLLA PARS EST.

Amphora cœpit
Institui, currente rotà cur vrceus exit? 1 **Horatius.**

Moralem agebas Philosophum, cur nunc emicas mathematicus? quia, ò mi quicunque hoc miraris, in manu omnipotentis figuli sumus, qui nos homines vasa rationalia, orbe recens condito, è limo terræ olim formauit, & nūc in dies modo in hanc, modo in illam formam fingit, ac pro libito refingit. Cuius velle est efficere: cui parère est omnia posse. *Omnia possumus ī Deī iussu.*

Quemadmodum cum olim Archimedes nauim trinis instructam velis fabricasset, quam omnes vna Syracusij protrahere nequibant, & Hieron Archimedis præceptoris iussu solus eam facillime subduxisset, fertur Hieron inopinato stupefactus euentu pronū- 2 *Hoc exēplo parendum.*

Mox

medes, illi credendum eſt; ita & ego pronuntio, *quidquid iuſſerint qui apud me Dei vices obtinent, parendum eſt*.

3 De iuſtitiâ ſuperioribus annis diſputabam, nunc iuſtitiæ lances ad mechanicæ ſcientiæ quæſtiones, & examen, ad grauitatis centra, & momenta expendere iubeor? expendantur. de prudentiæ officijs præcipiebam. nunc prudentiæ ſpeculum mihi offerunt, vt in eo mathematicæ perſpectiuæ prodam miracula? prodantur. videbor mihi poſthac Iuſtitiam per Prudentiæ ὄργανον contemplari, dum interdum in aſtronomicis Aſtrǽam tuboſpicillo ſuſpiciam.

Etiam in moralibus non deeſt locus mathematico.

4 A morali ad mathematicam Philoſophiam per breuis, immo nulla eſt immutatio. Moralis Philoſophus, cuius præceptis, ac legibus terrarum orbis regitur vniuerſus, legalis iuſtitiæ (quę virtus vniuerſa eſt) virgam dexterâ, leuâ terrę globum pro ſuo iure fac gerat: en ipſiſſimam mathematici ſpeciem effinxeris. At meritò ſoli mathematicę virga, quaſi ſceptrum, humanarum ſcientiarum reginę conceditur, cui reliquæ omnes euidentiæ firmitate concedunt.

Mathematico philoſopho moralis nō admodum eſt abſimilis.

Cur virga ſoli mathematicæ concedatur.

Eius virgę Mathematicę vſus vigeſimum ante annum mihi olim à moderatoribus meis deſtinatus, & nunc alijs intento repente delatus, Moſaicæ virgæ miracula in animum reuocat, dum ipſam hanc, atq; alias olim ſtudiorum meorum metamorphoſes mecum ipſe recenſeo. Moſes enim ab ouium tutelà præſenti numinis euocatus imperio, ac iuſſus quam gerebat paſtoralem virgam in terram abijcere, repēte flexuoſum in anguem ceſſiſſe vidit, ac perhorruit.

Moſaicæ virgæ metamorphoſes apriſſima ſtudiorum meorū dant ſymbola.

Mox

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Mox trepidà Pastoris manu serpens è terrà sublatus rursus in virgã est reformatus, quà Moses ex omniũ elementorum quasi coniuratione horrenda euocauit prodigia, & attonito pauore vniuersam concussit Ægyptum. Ego pariter syluestre pedum, quo latinos olim inter pastores ludebam, & quid in moralis Philosophiæ, seu prudentiæ orbem, quasi sinuosum in anguem inflexeram, video nunc iterum in virgam refingi, quà iucundissima mathematici Theatri spectacula, & mira cęlo, terrisque portenta indicentur. Horum illud primum Euclides nunc proponit, quod est in mathematicæ virgæ fastigio, nempe punctum, *cuius* etsi *nulla pars est* vniuersi tamen naturæ orbis nulla est pars in quà punctum mirissima ostenta non exerceat, & maxima interdum hominum generi beneficia non proferat.

Virga mathematicæ apex pũctũ, de quo hic nunc.

Telluris, & aquarum globum aspicis? centrum est vniuersi, & puncti habet instar præ immensà conditæ naturæ vniuersitate. *Punctum est* (aiunt Seneca, & Plinius maior) *punctum est, ò mortales in quo nauigatis, in quo bellatis, in quo regna disponitis. hæc est materia gloriæ vestræ, hæc sedes: hìc honores geritis, hìc opes cupitis, hìc ad mensuram auaritiæ fines vestros profertis, vt quam tandem huius puncti portionem defuncti obtineatis? punctum est in quo tumultuatur humanũ genus? punctum est, quod inter tot gentes ferro, & igni diuiditur? ò quam ridiculi sunt mortalium termini!* 6

Puncti miracula- - In terris, & mari.

Nota hæc ad rerũ mortalium contemptum.

Sed quam mirum est Auditores sapientissimi, pũctum hoc ponderosissimum nullo fulcro suffultum in aere librari? Ratio tanti prodigij à puncto est, dum 7

- In centro terræ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Cur terra in aere pendula?

enim terræ partes ad imum punctum, quod rerum vere centrum est vndique coniurato pondere connituntur, tellus ipsa

Ponderibus librata suis immobilis hæret.

Iobi 26. *appendit* (siue suspendit) *Deus terram super nihilum* quasi dixerit super punctum, & centrũ mathematicum cuius pars nulla est. Ergo dixeris: punctum mathematicum orbis vniuersi est basis, & firmamentum.

8 Pons in aere pendulus absque fulcris.

Eadem ab eodem mundi puncto ratio est cur si vis aliqua, licet humanà maior, lateritium pontem ædificaret, qui vniuersam terræ molem ambiret, pons ille ingens in aere sine fulcris vndique pendulo orbe consisteret, nec vllam in partem corrueret. Puncto debent & turres aliquæ (qualis quam in meà patrià Garisendam appellant) mirà arte ita extructæ, ut iã tot sæculis inclinatæ, casum ac ruinam minitantes, tamen erectà mole adhuc perstent; & ludiones pariter qui per extentos funes modo gradiuntur, modo uolitant. dum enim grauitatis punctum & centrum, aut extra basim, aut extra pedes, aut extrà funem in lineà directionis se se non efferat, etiam inclinata, & lapsura non cadent.

Turres inclinatæ, & funambulones cur non cadant. In centro grauitatis.

9 Punctorum sympatia, et amor.

Amant præterea inter se puncta, quis credat! nonne uides graue quodlibet quanto cum nisu puncti, seu centri grauitatis, quasi quodam cordis affectu ad sibi asimile mundi centrum abripiatur? quos nutus, quas motuum ambages peragat, si quãdo impediatur? fac ad medium usque, imumque terreni orbis punctum altißimus aliquis pateat meatus, nunquã

à ra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

à rapido deſcenſu graue conquieſcet, donec cẽtro cẽtrum, puncto punctum quaſi amico in oſculo adhereſcat. denique circa grauitatis hoc punctum, & centrum mechanicarum omnium ſcientiarum præcipuus labor, & admirandæ illæ moles agitantur.

Iam uero quid aerea, ut ita dicam, quid ignea pũcta commemorem? tam blanda, & multiplex colorũ uenuſtas, tam uariæ rerum ad noſtros aſpectus undequaque accidentium formæ, atque ſpecies, tam uaſtę montium celſitudines, tam immenſæ camporum, ac marium planicies, tanta ſonorum, ac uocum harmonicè congruentium modulata uarietas, in puncto ab oculis, ab auribus accipiũtur, ab animo ſummà cum animi uoluptate percipiuntur. quis, niſi Philoſophus, facile credat ſenſiles rerum uiſendarum ſpecies in huius aeris, quem ſpiramus, indiuiduo quolibet puncto multiformes, innumeras, perſpicuas, inter ſe diſcretas contineri? in quolibet aeris puncto eſt, vnde infinita rerum cohors in oculos inſiuat. quid multa? in pupillæ puncto perſpectiuæ ſcientiæ ſtructura omnis ſua locauit fundamenta. 10 *Puncti miracula in aere.*

Ignea ne etiam puncta dixiſti? immo vero & vſtoria. Teſtes Archimedes, & Apollonius, quorum vterque, ut fama eſt, ſolariũ radiorum à ſpeculis reflexione, & vnum ad punctum conſpiratione hoſtiles triremes in aquis concremarunt, & puncti ope inermes de armatis triumpharũt. Teſtes criſtallina ea vitra, quæ phæbeæ lampadi obiecta, in puncto radiorum poſt refractionem coeuntium, ſtatim appoſito fomite flammam excitant. Pari fortaſſis artę Veſtales olim 11 *Puncta ignea & vſtoria.*

Vide ad hæc Vitell. præſertim lib 9. et 10.

Scapha vitreum, atque vstoriũ vestalium instrumentũ. instrumento quodam, quod scapham appellabant, in modum rectanguli turbinis excauato æternum illum ignem è cęlo purum, ac syncerum detrahebant. Vrunt ergo lucida ea puncta, quasi minuta quędam, atque impartibilia fulmina è cęlo per artem euocata.

12 *Puncti miracula, & vires in cęlo.* Quid uero eadem in cęlo puncta? plane uniuersa per vniuersum subinde concient, permutant, ac permiscent. quæ prodigia singillatim hic enumerare nõ eius est breuitatis, quam mihi ad præfandum proposui. tantum nonnihil è multis libemus. Duo cęlestibus illis in orbibus (vt polos, & alia notiora præterea) puncta maligne latitant, quæ veris vocibus *caput & caudam draconis* veteres appellarunt astronomi. Eorum alterutrum ubi luna menstruis circumacta meatibus attigerit, & recta soli uel opposita, uel supposita obstiterit, statim attonitæ, ac trepidæ gentes suspiciunt

Virg. *Defectus lunæ varios, solisque labores,*

cũ repente uel noctu luna, uel diu sol eclypticè *Draconis* uiroso quasi morsu sauciati, ereptà luce, morituri expalluerunt.

13 *Solis eclypsis.* Sed hic tantisper, missà usitatà oratione instinctu sacro elata mens altum spiret, nec uulgari, sed poetico, quo decet, ore canat cęlestia.

——Quid hoc? medium diem
Cinxere tenebræ. Phœbus obscuro meat
Sine nube vultu. quis diem retro fugat,
Agitque in ortus? vnde nox atrum caput
Ignota profert? vnde tot stellæ polum
Implent diurnæ?

Miraris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Miraris, ò nescio quis apud Senecam? Sol à puncto paulisper laborat. *Eclypsis lunæ.*

——— *Quæ linea Phœben* *Manil.*
Damnat & excluso pallentem fratre relinquit!
Atque eadem toto solem cum redderet orbe,
Heu quianam subitâ perculsa expalluit vmbrà? *Lucan.*

Horretis, hæretis, ò Musæ? hæret, ac horret etiam ipsa luna sub puncto. Geminum illud astrorum decus draconis nunc capite, nunc caudà seuè punguntur, & nimium graues punctorum uires etiam in cęlis experiuntur.

Cardinalia uero, quæ uocant, quatuor puncta in Zodiaco, quis Astronomicis Theoremateis uel leuiter imbutus non audijt? ea sunt unde annuas temporũ uices prouidum Phębi lumen ad nos reuehit. *Arietis* primum punctum adijt? ecce tibi Zephyrorum pennis inuectum Ver adest, 14 *Cardinalia pũcta in Zodiaco.* *Punctum veris.*

Quàq; volat vernus sequitur color: omnis in herbas *Caudian.*
Turget humus, medioque patent conuexa sereno.
Sanguineo splendore rosas, vacinia nigro
Induit, & dulci violas ferrugine pingit.
Auia tunc resonant auibus virgulta canoris: *Virg.*
Vitis agit gemmas; crinitur frondibus arbos:
Frumenta in viridi stipulà lactentia turgent.

Quæ anni species, qui nitor orbis, quæ naturæ delitiæ mortalibus è puncto reserantur!

Tertio post mense primos *Cancri* limites sol idem uix attigit, *Punctum æstatis.*

Cum grauis exustos æstus hiulcat agros. *Catull.*
Deseruit amnes humor, atque herbas color. *Seneca.*

Tum

Tum cęlestis exoritur, *Canicula*,

Manil. *Quà subdente facem terris, radiosque mouente,*
Dimicat in cineres orbis, fatumque supremum
Sortitur, languetque suis Neptunus in vndis,
Et viridis nemori sanguis decedit, & herbis &c.

16 Cũ vero Phœbi currus ad tertium Zodiaci pũctũ euè
Punctum autumni. nit, vbi ęquà lãce lucẽ, ac tenebras *Astręa* librat, illico
Horatius. ——*Decorum mitibus pomis caput*
Autumnus aruis extulit,
Manilius. *Et Liber grauidà descendit plenus ab vlmo,*
Pinguiaq; impressis despumant musta racemis.

En quàm largas opes à puncto natura fundit!

Punctum hyemis. Post hæc
Sæuit hiems: glacie cursus fręnantur aquarum:
17 *Virgilius.* *Horrida tempestas aquilonibus asperat vndas.*

Vnde rerum ille torpor, & tristis inertia? non ne ab eo tempore, ac puncto, quod primum Phœbus insedit in *Capricorno*?

Naturæ sic puncta vices & tempora mutant.

Puncta temporum. Tempus est numerus motus secũdum prius, & posterius *Aristoteles.* *Nota hæc ne te fallat tempus.*

Tempora inquam, (quæ cælestium rotationum numerus quidã sunt) momẽtis, seu punctis præterfluentia, nosque vna secum tacite ad mortem euehentia. Punctis viuimus, ac momentis, quæ dum adsunt auolant. In vità punctim à tempore ferìmur, & furtim ad mortem ferimur.

Puncta lusoria in talis. Quod si quãdo grauioribus lassata curis mens mortalium seria ludis demutet, ac lusorię tabulæ vna cum talis deposcantur, tunc etiam punctis vita, & curę falluntur: tum crebro talorum iactu ludicræ per inscripta puncta sortes obueniunt, sortium earum indices,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

quas Deus è cęlis in hominum quemque demittit. vt apposité regius vates vero numini accinuerit: *In manibus tuis sortes meæ*, seu *tempora mea* vt alij verterunt: quibus nempè sortibus *in orbe terrarum* diuina *ludit* prouidentia.

Eorum tropologia.

Cæterum ut in punctis etiam lusorijs agamus seria, nec à cælestibus ubi pũctorum uires mirabamur, repẽte, ac furtim delapsi uideamur, age nunc tantisper huc in eruditorum gratiam apponamus, seu potius παραφραστικῶς exponamus, quæ Suidas habet uerbo: ταβλά, uulgo nunc *il tauoliero* ludus olim apud antiquos maioris quàm nunc apud nos eruditionis. quam sic euoluo: *tabula ludi nomen à Palamede ad exercitus Græci delectationem non sine multà Philosophià inuenti. Nam tabula ipsa terrestris hic mundus est. duodenarius vero numerus punctorum in teßeris, siue talis, Zodiaci signa notat. septem grana, seu tali septem stellæ sunt planetarum. turricula vero, per quam tali demittebãtur in tabulam, cœli altitudinem refert, ex quà multa bona & mala omnibus rependuntur.* hactenus Suidas. ergo ut Martialis cecinit, 18

Tabulæ ludi astronomica, & moralis allegoria.

Quæ —— bisseno numeratur tessera puncto

in certas sortes innuebat, quas prisca rebatur superstitio ab astris Zodiaci, atque à planetis in homines impluere. Fata punctis affingebant Ethnici: at nos uerè ac seriò affirmemus etiam dum ludunt homines fortuitis talorum punctis moneri bonorum, atque malorum quæ singuli pro meritis è cęlo sortiuntur; ut malus quisque timere discat, sperare bonus. Sic igitur uitæ mortalis & res serias, & ferias punctis agitamus.

Sic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Sic elementorum prodigia, sic cęlestium orbium motiones, sic astrorum effectiones de punctis excipimus.

19 *Punctū quomodo partes non habeat.* At enim (ingerat quispiam) pūctorum aliqua, quę hactenus memorasti, diuidua, & ualde ingentia sunt: sed quę definit Euclides inertia sunt, & quorum nullæ sunt partes. Paucis nodum absoluo. Punctum partes non habet mathematicà quadam abductione; sed habet ipsà re, ac Physicà concretione: Plura de his in sequentibus prælectionibus. nos interim puncta ut re uerà sunt, & ut præfantem oportet dilaudamus; ne uanà quadam ostentatione magnificè quasi de nihilo multa eloquamur.

20 *Punctū mathematicū Dei symbolum est.* Quid si & de puncto pure mathematico, ac plane indiuiduo aliquid effari non dubitem, quo id etiam ultra elemeuta, ultra cœlos, & astra sustollam? estne aliquid cœlo altius? profecto nihil, nisi Deus. at Dei symbolum punctum est mathematicum, tam exiguum tam immensũ. nam centrum in circulo mediū, ut nostis, id punctum est, à quo uno lineæ omnes ad circunferentiam eunt, ad quod unum omnes a circunferentià coeunt, circa quod immotum mobilis aliquando peripheriæ fit circulatio. quid Deo similius? qui & rerum omnium cētrum est, quod ubique est, *à quo omnia, & ad quem omnia*, quorum idem Deus principium est, ac finis, ac *bonum* illud, *quod omnia*, etiam irrationalia, & insensibilia *appetunt*.

——Qui tempus ab æuo
Ire iubet, stabilisq; manēs (ut cētrū) *dat cūcta moueri.*

Lineę, quæ abiunctæ, ac plures procul à centro circūferentiam attingunt, unum sunt ubi centrum accessere.

ſere. non aliter animus aberrans à Deo innumeris curis caſſo labore diſſipatur. Amet vnum, in quo omnia vnum ſunt, in quo vno omnia conſequetur.

Hoc fac, et viues.

21 *Quid punctum, linea, ſuperficies.*

Punctum denique licet id ſit, *cuius nulla eſt pars*, ab eo tamen omnia proficiſcũtur, quę quãtitatis, quæ figurarum, quæ corporum molibus partibilia ſunt, nam *puncti fluxus* (vt aiunt) *linea eſt*. lineæ ductus ad latera fit ſuperficies: at ſuperficies ſecundum aream ſuperne, vel inferne producta ſolidum corpus progignit. ergo ab eo, *cuius nulla eſt pars*, ceu de nihilo, vniuerſa prodit Geometria. ergo punctum tot figurarum, ac molium eſt parens. An id eſt, quod aiebat Plato etiam Deum geometrizare? hoc eſt è nihilo cuncta educere; quemadmodum à puncto tot figurę, tot corpora?

Platonicæ ſententiæ, nõ vulgata interpretatio.

22 *Quantitas diſcreta, et puncta numeralia.*

Sed finem orationis affectanti repente immenſus dicendi campos aperitur. Quid enim quantitatis diſcretæ, ac numerorum apud antiquos vniuerſa ſeries niſi punctorum infinita ſunt agmina? quorum tam multiplices, tam arcanæ, tam miræ ſunt affectiones, rationes, effectiones, vt ad earum vel ſimplicem, ac primam intelligentiam humanus præ admiratione intellectus extra ſe abripiatur, & potius è cęlo diuinitus demiſſæ, quam in terris humanitus inuentæ videantur. quæ finis dicendi fieret ſi vel pauculas hìc expromere liberet? quis numerorum innumeras vires enumeret? nihil adhuc de puncto dictum eſt, præ multitudine eorum, quæ dicenda hìc latent. Sed tam late patentem aditum ſilentio nunc occludamus, ne dum punctorum numeralium, & diſcretæ quantita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

tis admiranda Theoremata persequimur, indiscreta, vt vulgo aiunt, & continua nimis proferatur oratio. quare punctum mathematicum, licet minimmũ maximum tamen Dei miraculũ iure aliquis appellarit.

Punctũ est maximum Dei miraculum.

23 Cui quidem puncto pro meritis & primum Euclides hic locum in Geometria, & nos supremum apicẽ in virgà mathematicà tribuimus. Cuius virgæ si tot in puncto portenta sunt, quæ, rogo, prodet prodigia, cum

Terras, tractusque maris, cęlumque profundum

partietur, ac dimetietur? cum elementorum, cœlorũ, astrorum loca, motus, figuras, quantitates, lumina, & vmbras perscrutabitur?

24 Ad tam præclara, & excelsa spectacula hoc anno visenda vos hortor, & prouoco, Auditores Nobilissimi. si nihil aliud à scientijs Mathematicis, hoc saltem assequemini, quod est maximum, vt animus vester à sensili materià se se discat abducere, ac, turbis procul, securus, ac tutus in arduis diuersari.

Mathematicæ fructus egregius.

25 Pythagoricum ęnigma, & monitum de scientijs mathematicis vtillimum erat in hæc verba: *figura, & gradus, non figura, & tres oboli.* hoc est, à corporeis figuris gradum faciat animus ad æterna, & in corporea. Hic vsus, hic fructus esto mathematicæ Theoriæ, non vero tres oboli, aut vile lucellum. Mathematica ingenua, & scientia est, non seruilis, aut mercatorius labor. *Figura, & gradus, non figura & tres oboli.* Ab angulis ad angelos, immo ad Deum conscendamus.

Pythagorici ænigmatis interpretatio.

26 Ad sublimem hunc gradum virga mathematica facil-

facillime nos diriget, auditores, si mosaicæ virgæ sacrum arcanum æmulabitur. nam, vt hebraicę produnt antiquitates, (parum tamen in hoc sacris interpretibus probatæ) tot se prodigijs admirandā virga Mosis ostentauit, quia in inferiori parte, quà illam moses manu gestabat, tetrangula erat, & tetagramaton Dei nomen inscriptum gerebat. haud aliter & nos Auditores σύν θεῷ Deo comite, ac duce, mathematicarū ardua, & mira fidentes, atque alacres aggrediamur.

Mosaicæ virgæ arcanum, & ab eo documētum.

Meminerimus id sępe, quod est apud Vitruuium de Aristippo Socratico, qui facto naufragio, cum eiectus, ad Rhodiensium littus geometrica schemata descripta in puluere animaduertisset, ad comites exclamauit. *Bene speremus, hominum enim vestigia video.* Discamus ergo mathematicas, Auditores, vt hominum vestigia in nobis appareant. hìc suprema sit linea: & iam in puncto de puncto sileo. 27

Mathematicæ figuræ hominū vestigia sunt.

De punctis canoris opportunius dictum est in Prælogio vbi de lineis sonoris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

FRAGMENTA,
ET
PROMPTVARIA
MORALIA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

SYNOPSIS IN FRAGMENTA, ET PROMPTVARIA MORALIA.

Prior numerus Fragmentum, posterior Paragraphos marginales indicat.

I. REMEDIA
Ad animi tranquillitatem in vtràque fortuna.

Primum ex animi humani praestantiâ, Fragmento 1.

Secundum in aduersis è sui cognitione, Fragmento 2.

II. PRAXES
Ad eandem animi tranquillitatem in vtràque fortunâ.

Tum rationales, Fragmento 3.

Tum etiam patheticae, fragmento 4.

III. ALLEGORIÆ MORALES.

Achillis in pede vulnerabilis, fragm. 1. num. 1.

Palmatae vestis, ibid.

Ardeae auis, &c. ibid.

Lunulatorum calceorum, ibid.

Ludionum inuersorum &c. ibid. num. 2.

Galli aesopici &c. fragm. 3. num. 3.

Funambulonum &c. ibid. num. 7.

Ica-

IV. SIMILITVDINES AD MORES.

V. SENTENTIAS.

Hìc non ponimus, quia fragmenta ipsa, & promptuaria tota constant è perpetuis sententijs, eas ibi vide.

VI. LOCA AVTHORVM.

Illustrata, vel explicata præsertim è sacris, inter legendum animaduertes.

VII. ANIMVS.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

VIII. TRANQVILLITAS.

IX. PASSIONES.

X. AMOR, &c.

LECTOR.

Accipe vltimo loco syllabum passionum, vel malorum, contra quæ in promptuarijs habes medelas, vt ordine abecedario habeas quì te lenias.

Curiositas in ea quæ supra nos, &c. prompt. 2.
Insolentia in secundis rebus, prompt. 7. Item fragm. 3. num. 5.
Inuidia, &c. prompt. 6.
Ira, prompt. 9.
Peregrinationis, atque euagationis cupiditas, promp 5.
Timores à — *Deo, Demonibus, Fulmine, Inferis, Morte, Periculis impendentium malorum* — Prompt. 10.
Timor in prosperis ne auolent, fragm. 3. num. 6.
Tristitia ex — *Cæcitate, Ignominià, Seruitute, Morbo, Morte cari, &c.* — Prompt. 1. & 8.
Zelus falsus, &c. prompt. 6.



ELI-

E LIBRO AVTHORIS DE SERENITATE ANIMI FRAGMENTA.

ADIVMENTVM

Ad animi serenitatem in utràque Fortunà ex humani animi præstantià.

FRAGMENTVM I.



T recta directio appetitus lucem accipit à cognitione verorum, ac falsorum bonorum, sic heroicum animum in vtràque fortunà progignit recta sui cognitio. Verè. 1

——— *Cœlò delapsum* γνῶθι σεαυτόν. *Iuuenal.*

O fortunatos nimium bona si sua norint *Virg. Geor.*

Mortales! ò mortales immortales! tanta est animi tui, ò homo, dignitas, tam altus humanæ mentis quasi montis apex, vt extrà omnem hostilis fortunæ iactum emineat. Quæcumque extrinsecus minitantur, arcem obsident, hoc est corpus, famam, opes, exposita iniurijs bona diripiunt: nisi se animus dedat, inexpugnabilis est. Achillem toto corpore inuulnerabilem, præter exiguam pedis partem, & in ea sauciatum à Paride, aiunt occubuisse. affectus pedem, ni animus exponat, impenetrabilis est. *Calcaneo* Acherontius anguis *insidiatur*. Circa animum tanquam æneo thorace, aut adamantino scuto munitum re-

Humani animi dignitas.

Inexpugnabilis humani animi libertas.

Achilles in pede vulnerabilis, quid moraliter?

Genes.

Calcaneo insidiari serpens cur dicatur?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

pulsa, & irrita tela decidunt: Palmatà veste insignis fortunarum triumphator insignitur.

Boet.

Quisquis composito serenus æuo
Fatum sub pedibus * terit *superbum*
Ac tuto positus loco
Infra se videt omnia;

* vulgata lectio: dedit solo equum facit.

Ardeæ auis allegoria moralis.

Qui velut Ardea; quæ *iacentes paludes*

Virg.

Deserit, atque altam supra volat ardua *nubem*

infra se tonãtẽ fortunã securus despicit. Hęc vera hominis nobilitas, quę lunulatos calceos gerit; hoc est quę pessum sublunariũ rerũ vices dedit. Plane maximũ à Deo munus homini concessũ, ac Deo ipsi proximũ nullà re posse concuti. Tam sui fidens, est vt nõ modo bonis non pelliciatur, malis nõ percellatur, sed etiã è malis bona sibi demetat, mala cogat in bonum cedere. *Sic sibi fortunæ fit faber ipsæ suæ.*

Calcei lunulati moraliter.

Deo proximũ est nulla re concuti.

2 Cognitis igitur animi tui prçcellẽtiã, & imperio, quæ tibi ab optimo maximo naturæ parente cõcessa sunt in res omnes ab eo infra lunã conditas, etiã eas, quę malæ malè videntur; appetitũ se se ad infima proijcientem heroicè sic moderabere, vt non modo ijs, quæ adblandiuntur, non abripiatur, sed etiã ijs, quę minãtur tanquam inanibus spectris nõ absterreatur.

Virg.

Tu ne cede malis, sed contra audentior itò.

Obuium te ollis opponito eò securior, quo tutior, ac certior excelsum animum nullà re, nisi à se ipso lædi posse. In quo argumento copiose versatur Chrysostomus. Sic fiet vt animi tui serenitas nec secundis, nec aduersis interturbetur. Magnanimitatẽ è tui cognitione depromito, & *per publicam viam* ex Pytha-

Animus nõ nisi à se læditur.

gorico

gorico præcepto *ne itò*. Admirãtur cæteri hominum honores, dignitates, imperia? tu ea tanquã animi tui celsitudine longe inferiora cõtemnito. Inhiãt alij *ingẽtes auri aceruos*? Tu *oculo irretorto ne spectato* quidẽ.

Nota ad magnanimitatem.

Horat.

Per mare pauperiem fugiunt, per saxa, per ignes: *Id.*

Tu nihil animo, (in quo vno vera hominis bona, vel mala sunt) timens, eam vltrò amplexator. Sęuam minitantis fortunæ tyrannidem horrent? Tu quæcumque terriculamenta ingesserit interritus excipito, inspicito: bona sunt specie mali personata. Si inuerti, sic vulgo aduersum ingredi te opportet. Cordis radicem ac pedes (vt ludionum aliqui solent), hoc est, amorem, & adpetentias cęlum versus attollito.

Bona sunt specie mali personata.

Ludiones inuersi quid notent moraliter.

3

Inuertere, ne peruertàre. Verè (vt de homine aiunt) arbor inuersa, verè homo, immo vir rectus, & erectus perstato. Talem opinor Diogenes medià in luce diei, hominumque inter tot millia per forum accensà lucernà, quæritabat, dum diceret ἄνθρωπον ζητῶ. Hominem inter homines quæro. Non homines, non arbores rectè inuersæ hi sunt qui me circumstant. repunt dum se rectos ingredi putant. hominem quæro animo erectum, qui non tam pedibus, quam appetitionibus sursum, & supra humana omnia feratur. Talem te opto, mi lector, & moralis Philosophiæ præceptis ab humanæ mentis dignitate depromptis talem, si velis, te fingo. hæc (experto sit fides) vnica est semita ad tranquillam, & magnanimam animi suprà mortalia omnia celsitudinem, quasi ad Olympici montis euectum supra nubes verticem, vbi perpetuo

Pura serenati tibi rideat aura diei. In ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

IN ADVERSA FORTVNA è sui agnitione remedium.

FRAGMENTVM II.



Lterius te, mi Lector, manuduco. Vt Lętus agas, non modo vetita bona ne appetas, sed etiam concessa, quatenus per prudentiam licet, fac reijcias. non modo necessaria mala ne fugito, sed aliqua non necessaria etiam affectato. Quì fiet id? Rursum γνοτί σεαυτον. Non hìc, vt paulo ante, ad dignitatem, sed ad tui contemptum. Te ante mentis tuæ tribunal ad rectum, ac seuerum iudicium constitue, idem tibi reus, ac Iudex. Philautiæ velo detracto, *clara te in luce tuetor*. Regium vatem imitare, qui de se ipse affirmabat: *Scrobebam* vulgatà uersione *scopebam spiritum meum*. Tranquillo rectæ rationis lumine animi tui latebras perscrutare. Quoties te (me potius alloquor) in beneficentissimum tui conditorem Deum inuenies impium, ac rebellem, in inferiores crudelem, atque intolerandum, maiorum despicientem, paribus iniuriosum, benemerentibus ingratum? qui te inuidentiæ liuores infecerint, auaritiæ sacrilegia impiarint, iracundiæ faces efferarint, libidinum sordes incęstarint? Quam indignus, qui terram premas, aerem spires, cœlum uideas? O Peccatorem omnium notarum! Quidquam ne uspiam pęnarum est, quidquam ne malorum, quo te diuina humanaque iura non dignum

Locus è sacris enodatus moraliter.

Hinc se quisque norit ad modestiam.

gnum

gnum proclament? Poteſtne quidquam in hac uitæ breuitate intolerandum tibi uideri, quem diuina miſeratio æternis inferorum ſupplicijs abreptum in pęnitentiæ ſpem adhuc tolerauit?

Sic, au ſimilem in modum cum te noris, generoſo tui odio, ac diuinæ iuſtitiæ amore inflammatus infelicitates omnes tanquam tibi debitas lubenti, gratãtique animo fac excipias. Permiſſis bonis te ſponte priuato, qui uetita ſępius admiſeris. Qui tot malis in alios ſæpe ferocieris, in te diuinæ prouidentiæ nutu undique regeſta æquus ut debita, lætus ut leuia pro meritis tolerato. Diuinæ iuſtitiæ ſic heros eris, & uolenti amara dulceſcent, deſpicabilia ſplendeſcent. 2

Iuſtitiæ amor ſternit iter ad tranquillitatem.



PRA-

PRAXES ANIMO SERENANDO in vtraque sorte.

FRAGMENTVM III.

1 *Gemini fontes vnde dolet animus.*

Vid ægrescis, ò anime mi? nempe vel bono præterito, aut futuro, quod non adest, ac id velles; vel malo præsenti quod adest aut futuro, quod times, ac id nolles. Quid quæris in appetitu eius boni, in fugà ab eo malo? felicitatem. Tua felicitas nuspiam esse potest, nisi in solo actu voluntatis ex virtute; eaque sola in tuà est potestate. Bonum, quod appetis est ne virtutis? malum, à quo refugis estne vitij? Si virtutis est bonum, ergo in tuà potestate est: eatenus assequere, & felix esto. Contraria ratione, si vitiosum est malum, amoue (quod voluntate semper potes) & lætus, ac serenus esto. Sin id boni non ad virtutem per se pertinet, si licet, quatenus licet assequere; Sic felix eris; id mali si contra virtutem non est, si licet, quatenus licet abijce; sic non dolebis. Quod si bonum, quod optas, malum quod vitas in tuà potestate, ac licentià non sunt; illud nolis, hoc velis: animus conquiescet frustra enim optas, vel doles, ac times quod assequi, vel vitare non licet. Nosce quæ fortunæ, quæ corporis, quæ alienæ potestatis sunt. Quid ea velis, quæ non tuà, quæ sunt extra te, quæ nihil ad te? sequeris fugacia? amas lædentia? sitis inexplentia? curas vellicantia? fidis fallacibus? semper hostis est *fortuna*

Aristot. 1. eth. id demonstrat, & quotidiana experientia.

Vanus dolor, vel cupido de ijs, quæ extra nos.

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

etiam cum blanditur captatum venit. fugito *Danaos & dona ferentes*. Nescis τῶν ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα; denique immortalis mortalium animus, rationis compos appetitus à nullà re mortali, nisi à se ipse potest esse plane felix. Quæ verè tua sunt, ò homo, tecum semper portas. In te recede, ibi tuum bonum, ac tui perpetuo iuris est æqua voluntas. hanc statim velis, habes. *hæc faciet te sola beatum*. hoc semel imbibe. cupiditatibus, ac voluptatibus obnitendo, non obsequendo vera pax, & felicitas acquiritur.

Fortuna dũ blãditur captat.

Cupiditatibus obnitendo, non obsequendo tranquillãmur.

Quid te maceras, anime? nosce te. A nullà re, nisi abs te ipse lædi potes. Audi ex D. Bernardo: *Pax tibi abs te sit, & omne, quod extrinsecus minari videtur, non terret, quia non nocet*. Obiecta mala extrinsecus animum bene constitutum obsident, non obtinent: habentur, non habent, nisi tu ad illa uel opinionem aduertas, uel ab ijs uoluntatem auertas. Immo nec ea tu habes, si non accipias, non intromittas in animum. non accipis, non admittis, si non aduertis animum ad ea, uel si ea non memineris: non mordicant si non auerseris. Non aduertere, non meminisse, non auersari tuum est: Semper ea potes, si uelis. Velis quod potes, ac debes, & semper tranquillus, semper eris felix. mala istæc, quæ te habent, si recte utare, (quod potes) bona sunt. Sapientiæ potestas, & ars est ex æreis aurea refingere. Vt uiperinus cinis uiperino medetur morsui; Sic, si sapias, malum malo. In omni re mala semper aliquid boni latet, si studiosè scalpseris. Gallus Æsopicus in fimo gemmam inuenit. Quanta ex istà hyeme uirtutum seges?

Animus, nisi velit, lædi nõ potest.

Optima ratio, & compendium ad indolẽtiam.

Nota seriò.

Apta, & recõdita similitudo ad mores.

Aesopici Galli tropologia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

duris nutritur patientia, habent & istæ spinæ suas rosas.

4 Cur tabescis mi anime? an ob malum superimpendens aut premens? nosce te ipse. nullum tantum est malum, quod scelera mea non postulerint

Ouidius. *Leniter ex meritis quidquid patiare, ferendum est.*

Sic distingue salubriter. Si dolendum est dole quod pro meritis non doleas; dole reatum non supplicium. dic & tu:

Idem. *——— Magis est mihi culpa dolori;*

Estque pati pœnam, quam meruisse minus.

Tun' sapis, cui non sapiunt, quæ Christi pro te patientis amor sapidissima, & mellitissima reddidit? Satin' tu sanus qui respuas, quæ Dei ea perferentis dignitas dignissima, honestissima effecit? Induere, decorare, perfruere regijs filij Dei ad te delatis insignibus. Tanto cur te subducis honori? In inopia diues, in ægritudine sanus, in tristibus lætus, in uilibus honoratus, in malis bonus, hoc est felix esse potes. ac nescis?

Opus ad hæc religioso, & nobili animo.

5 Sed nimirum quæ oculis splēdent, quæ usibus prosunt, quæ sensibus placent pusillus animus admiratur, ęgra mens sitit. ne fallare. Tun' uera bona censeas, quę Dei uerbum diuinæ inter homines Philosophiæ præceptor sua damnauit sententia, suo reiecit exemplo?

Demonstratio moralis apud pium, & sanum animum externa non esse vera bona.

At quoniam animus uoti compos sæpe insolenti agitur intemperie, sic te castigato. *Risum reputaui errorem, & gaudio dixi:* (mortalium sapientissimus rex loquitur) *quid frustra deciperis?* anime mi,

Contra insolentiam in prosperis.

Horatius. *——— Oculis collyria lippus inunge:*

Sapientia uel cęcum te oculet. Quibus nimium timemes,

mes, an ea non uides (prætet uirtutem, quæ semper procul ab insolentià est)

Omnia fortunæ *tenui pendentia filo?*

A fortunà per ius, per iniuriam, per uim, per morbos uel imprudenti surripi, uel obnitenti extorqueri possunt. In alienà potestate, aliena sunt: quid te effers? quid gloriaris non tuis? *quid frustra deciperis?*

Vt subito: casu quæ ualuere ruunt! Ouidius.

Vt plerumque tibi quæ placuere nocent!

Fortuna vitrea est: dum splendet frangitur: ne fidito. E fulgure fulmen caueto: plures spinæ, quàm rosæ. *Quid frustra deciperis?* quam leuia quæ animum nō satiant! quam infida quę fauciant! quam breuia quę momento auolant! *quid frustra deciperis?* Tot scelerum tibi conscius, ne sis nescius dignum te pęnis, non pręmijs. Bona malum non addecent: extra meritum habes: modestè te habe.

Fortuna secula est vitrea.

At forte in pręsenti bono non tam pręter solitum 6
gestis, quam tremis: habentque suas & gaudia curas, ne, quod facillimum, creberrimumque est, eorum repente abeuntium extrema luctus occupet: effluēt? nihil de tuo, si nolis, secum rapient. Sic sunt mortalia cur frustra uis peritura fieri ęterna? Sic rei (non tui, quod nullum est) fatum, hoc est natura fert. rei fatum fer æquus. necessitas non timenda, sed tollerandaest.

In timo rem in prosperis

Necessitas tolerāda est non timēda.

En habes in usu, mi lector, quì animum ex rerum, 7
& tui cognitione ad uirtutis *medium* (in quo uno quies) *ab extremis vitiorum vtrinque reducas*, & breui ad felicitatem per utramque sortem catus perducas.

Horatius.

Funanbulonum moralis allegoria

cas. funanbulos aliquãdo aliquos uideris, qui nõ sine ęquilibramento, quod paribus gestant manibus, suspenso gradu per restem gradiuntur. Parili ratione is *cuius in manibus* (ut regius Psaltes cecinit) *anima semper est* ad rectam moderationẽ, & eam sinistrorsum *sustinet* in aduersis, dextrorsum *abstinet* in secundis ab effręni cupidine, *insolentique temprat am lætitia*, in huius uitæ angustijs —

Ire per extentum funem mihi posse videtur.

8 Quoniam igitur recte Satyricus:

Iuuenal. Vnica semita ad tranquillitatem per virtutẽ.

—*Semita certe*

Tranquillæ per virtutem patet vnica vitæ.

audiamus, quæ Icaro ceratis pennis uolaturo mandata dabat prudens pater:

Icari fabula ad moralia.

Inter vtrumque vola: medio tutißimus ibis.

Nostra hæc uita quidam quasi uolatus est. Pennas ceratas, uiscatas, cęno compactas gestamus, hoc est *animum quidem promptum, sed carnem infirmam, & aggrauantem, & deprimentem.* inter utramque fortunã breuissimà, & tutissimà uià, idest per animi moderationem sic uolemus, ut semper meminerimus: *ne quid nimis.* in prosperis, & adblandientibus, ne cera, idest appetitus illis adhærens, quasi *Phœbo propiore liquescat; abstineamus.* In aduersis ne pennæ, idest masculus, & iucundus animi uigor fluxarum rerum, ac tristium quasi æquoreis, atque amaris *madescat aquis sustineamus.* Praxim ad hæc habes: utere.

ANI-

ANIMO IN VTRAQ. FORTVNA proponuntur pia, & pathetica remedia.

FRAGMENTVM IV.


In' præterea placandi animi facillimam rationem in vtraque sorte? superiora te docuerunt opinionem corrigere, nunc docebo statim ab obiectis bonorum, siue malorum opinionem, atque animum auertere. quemadmodum equisones, qui vt pullis rudioribus inanes timores à rerum nouitatibus conceptos adimant, eos nunc calcaribus propius admouent, nunc fręno statim retortos amouent; sic ego animum, quem modo docui obiecta bona non appetere, mala non timere, nunc volo nec videre. 1

Simile ad animum.

Mens quæ nondũ in virtute occalluit aliquando nacta solitudinem, suique oblita, siue corporis inualetudine, siue animi imbecillitate recursantes vel pręsentes molestias, vel præteritas iniurias, vel fictos in futurum timores memoria versat, & 2

—— *Magno curarum fluctuat æstu.* 4. *Aeneid.*

quid tum agas? vt primum animus se ad se receperit, statim obfirmato impetu varia illa curarum examina depellito, inuolantes Harpyas apagito, ab ijs fluctibus in tutissimum, ac tranquillissimum sacrarum Musarum portum enatato: ad Christi Iesu memoriã appellito. ibi est *miseris statio fidissima nautis*, ac naufragis lætum pęana canito: *Iesus dulcis memoria, & vera*

Frustra ad hæc animus, cui pia non sapiunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.84

vera cordis gaudia &c. Iesu sole serenior, & balsamo suauior. Illico tibi occurret ille clementissimo illo

1. Aeneid. *Vultu, quo cœlum, tempestatesque serenat,*

quo —— *Tumida æquora placat,*

Collectasque fugat nubes, solemque reducit.

Ibi tu illum verbis amoris, ac reuerentiæ plenissimis compellato, veniam rogato, gratias agito. In eius sinum, & aperta miseris brachia te proijcito, qui aduocat: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos* per eius vulnera, & cor in lucidissimam diuinitatis abyssum te immergito. seclusis animi curis, lętus accine: *Confitebor tibi in citharà Deus, Deus meus; quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?* & *Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ*. fęlix, qui Dauidis exemplo regium Saulis animū mali dęmonis instinctu agitatum numeroso citharæ concentu delinientis sacris & ipse

En portus tutissimus animis iactatis.

Dauidica citharà malū Saulis geniū sopire moraliter.

Horat. *Musis amicus tristitiam, & metus*

Tradit proteruis in mare creticum

Portare ventis;

& sibi ipse

Mulcet Idumæà turbida corda lyrà.

Cum vero senseris animum intemperanter se ad delitias, & nequitias impellentem nec facile cōquiescentem, in ictu oculi mentem abripe ad Christum cruci pro te suffixum, & dulci cum gemitu effare: Quæ tua in cruce oblectamenta domine Iesu? quæ tibi deliciæ, ò dulcis amor animæ meæ? nempe tempora spinis trans icta, lumina morte occlusa, ora felle

Quis ad hæc durus? Vtinam pietas emolliat.

ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

madentia, corda cuspide terebrata, pedes, ac manus clauis transfixa, membra flagellis exarata.

Cui tantum de te licuit, pulcherrime rerum? Sannazar.

Heu caput indignum spinis, venerandaque cęlo

Cæsaries! Heu pectus hians! heu saucia membra!

Et ego *sub spinoso capite membrum ero delicatum?* Video te dominum meum pro me cruciari, audebo vile mancipium contra te deliciari? *Nolo sine vulnere viuere, quia te video vulneratum.*

Hac arte si quando tibi dulcibus inescata mens 4 auolare tentarit, Christum cruci affixum, & lacera eius membra quasi cęlestia retia ferali ligno expansa fac aduolet, & purpureas plagarum in plagas se induat. O felicem capturam! ò dulcia vincula! sic, anime mi, capiare, ne decipiare. Amuletum Veneris esse quidam vane autumant Motacillam decussatis lignis alligatam: tu seriò mobilem animum ad mollia transuolantem repente retractum Christo cruciato confige. Vt ille *timore suo configat carnes tuas*, tu *carnem tuam crucifigas cum vitijs, & concupiscentijs tuis.*

Felicia retia.

Motacilla moralis.



FRAG-

FRAGMENTVM V.

in quo

PROMPTVARIA

Pacandis prauis animi appetitionibus.

1 *Similitudo ad vsum notanda.*



QVemadmodum baubantes canes in hospitem herus increpitans cogit silere; ita importunas, atque impotentes animi adpetẽtias mentis trãquillitati obturbantes recta ratio (inquit Plutarchus in libello de Tranquillitate) sententijs è moralis Philosophiæ penu depromptis facillime sedat. Epitectus etiam monet, obiectà quacumque re, quæ appetitum ciere possit intemperantius, statim videndum quà facultate sis munitus, vt eam contrariæ virtutis ope statim repulses. Nos igitur Moralium Philosophorum geminis hisce primatibus obtemperantes hic exponimus quæ nobis in animum facile recursabant, & quæ vtilia olim experiebamur pacandis animi brutalibus impetentijs, si quando importunius oblatrarent. Vt sibylla Cerbereos latratus compressit, cum tricipiti illi monstro obiecit

Insigne philosophi, & vniuersale documentũ.

Sibillæ offa iactata ante Cerberum, moraliter.

Melle soporatam, & medicatis frugibus offam;

Sic nos seriò, & verè dictis, argutè tamen ac poeticè aliquando pictis, quasi museo quodam melle illitis, vt facilius influant, conamur ad silentium reuocare malarum appetitionum eas, quæ sæpius, & sæuius animum vellicant; quæque Cerbero monstruosiores,

in qua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

in quatuor summa capita surriguntur; *Desideria, gaudia, timores, tristitias.* nos tamen eas sine ordine dabimus, vt etiam sine ordine solent in animũ exurgere. Promptuaria vocamus, quia ex his in promptu semper habenda sunt tela cõtra intestinos animi hostes. Conflictus quidam hìc est vitiorum, ac virtutum. *Cur hæc inscripta prõptuaria.*

Prodeunt ergo in campum ——

PROMPTVARIVM I.

TRISTITIA

Ex Morbo, & cæcitate.

TOLERANTIA.

TRIST. QVid ni doleam tam graui pressus morbo?

TOLER. Morbus impedimentum corporis, non animi est, ni tu morbum animo auersere. *Distinctio saluberrima. Prima.*

—— *Mens ægro in corpore sana est*

Quæ sapit. Ægritudo vires corporis, non animi auferre potest; quid igitur obest? si graues sunt corporis dolores, non diu, si leues, facilè illos feres. aut tu illos feres, aut illi te auferent. Non molesta, sed moleste ferre molesta dolorem parit: aduersæ rei sensus animo non est dolor, nisi sit molestus: molestus vero *Secunda. Dilema diluendo dolori. Tertia. Nota.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

sensus volenti animo nullus est. Vide ne mali mores, non mali humores, nèue animus siet, vnde corpus langueat. Generatim contra omnem tristitiam id subeat: *mala sua non sentire non est hominis, non ferre non est viri.*

Differentiæ in verbo feria, & moralis.

TRIST. Cæca med excæcauit fortuna, & oculorū vno ictu quæ alijs mors eripit, mihi perierunt omnia viuo.

TOLER. Cęcà fronte sępe animus magis illustratur. non secus ac, occidente sole, cęlum pluribus astris ocellatur. facilior tibi ac breuior ad fęlicitatem aperta est semita extinctis ad rerum cupiditates faculis. si nihil aliud, nec bona malis, nec mala bonis adesse videbis.

Magnum cecitati solamen.

PROMPTVARIVM II.

CVRIOSITAS

In diuinam prouidentiam, & religionem.

RATIONES MORALES

pro ijs.

CVRIOS. Quæ igitur prouidentia?

RAT. MOR. Bona, vel mala adesse, non bene, vel male esse nuper dixi. Immo

Nec

Nec bona vera malis, nec mala vera bonis.
Nec male bonis, nec bene malis esse vnquam poteſt. licet tuta, ſecura nunquam eſt mala conſcientia.

——*Opimis*
Impendet menſis enſis. *Allusio ad hiſtoriam Dionysij Tyranni vide 5. Tuſcul.*

Quicumque malus eſt hoc ipſo miſer eſt ſi ſe norit, ſi non norit, præterea & miſerandus. Etiam in hac vità ſceleſtum quemque ſuum ſemper in animo premit ſupplicium; probum vero etiam in malis iuge gaudium comitatur. non paſſim hæc vides?

CVRIOS. At religionis myſteria niſi videro qui credam?

RAT. MOR. Immo ſi videris qui credes?
Si niſi quæ rebus fuerint firmata videndis
Non erit vlla fides, non erit vlla fides.
Deſipis qui ſcire aues credenda.
Apage ab animo curioſè rimari quæ ſupra te. *Quæ ſupra nos venerāda, non temere ſcrutanda.*

PROMPTVARIVM III.

A M B I T I O

Famæ, atque honorum.

MAGNANIMITAS.

AMBIT. EGo vero ſciri potius, quam ſcire perdopto. nam.
Scire meum nihil eſt, niſi me ſcire hoc ſciat alter. *Perſius Satyr. 1.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Et pulcrum est digito monstrari & dicier: hic est.

D. August. de Aristot. MAGNAN. O te miserum, qui famæ cupiditate famescens vbi es? cruciaris, vbi non es laudaris. qui sic extra te pendes, vt nec apud te, nec apud alios sis. vbi ergo es? nusquam es, qui euanuisti vanitate gloriolæ. Vt notus viuas alijs, ignotus moreris tibi. Perdius & pernox chartis, quibus insudas, concolor impallescis. Immoderata Mineruę studia tibi corporis, atque animi neruos succidunt. oculorum aciem lucernis infringis. Vt videare non vides. Intra celluæ angustias viuum te libris tumulas. Vt post vitam viuas, viuens moreris.

Minerua vnde dicta.

Martial. *Dic age non furor est, ne moriare, mori?*

—— Insano musarum percitus astro.

Foliorũ sibyllinorum allegoria. Vanus vates sibyllæ instar Cumææ

——Folijs tua carmina mandas,

Vt turbata volent rapidis ludibria ventis.

Dum ventosa cupis volitare per ora virorum,

Incidentium, insipientium, despicientium ludibrijs te iactandum exponis. liber, quem scribis, est ne tui, an tu libri? liber est quem fecisti, non liber qui fecit. quam stylo exaras,

Cera, et pẽnæ scriptoriæ sunt infirma instrumẽta famæ.

——Cera citius tua fama liquescet:

Quæ penna, quà scribis leuior, quam cito attollitur, tam cito, immo citius decidit famæ

—— Ceratis ope dedalæà

Nititris pennis vitreo daturus

Nomina ponto;

Cum scilicet tua ipsius secundà morte perituri,

Nomina lethæis mersa ferentur aquis.

Ipsæ

Ipsæ membranæ, in quibus scribis mortuæ pecudi detractæ te *monent immortalia ne speres* ipse mortalis. steriles lauros sudore rigas; quid, ah, frustra? quid apud mortales immortalitatem, quid flauescentem laureolam ambis? suspice cęlum. illuc auidum animum in veram æternitatem extende: doce te, doce alios quà illuc eatur; vt inibi pro laureà tibi aurea caput ambiat. hanc ambi.

A mẽbranis scriptorijs vtile documentum.

AMBIT. Si famæ studium reijcis, an etiam poeticas lauros abijcis, quæ perpetuo virore doctas frõdes inumbrant, & suis cultoribus immortalitatem elargiuntur?

MAGNAN. Nimirum phanaticæ te frondes amẽtarunt, ò mi laurophage, seu laurophore. Ingenuam artem poesin admiror, & laudo, sed effrenem impetum ad illam quasi ad verum, ac summum bonum paucis hic premam.

Sic aiunt in historijs. Nota ne damnes.

Quid vestræ laurus, ò Parnasij, Vates, nisi meræ frondes, & amara sunt folia? Fugax illa daphne per summos labores adpetita, Apollinea scilicet illa corolla si quod caput euinciat, quid, nisi vana somnia cogit versare? Ergon' ést tanti somniare, aut steriles arbores sudoribus irrigare? Non istæc digna sunt, quæ totum sibi hominem vindicent. Horti, non domicilia sunt Sapientiæ. Alioqui verè Martialis:

Vide qui de naturæ historiâ.

Turpe est difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum.

An sibi loquitur author.

Animum ergo à musis ad utiliora studia traducito, nec ætatem in syllabis conterito.

AMBIT. Honorum, ac dignitatum fulgore, &

quasi

quasi fulgure quis non corripiatur?

Qui sapiat. Alta petis? aut præcipitium poscis, aut fulmen. *Tolleris in altum*,

Vt lapsu grauiore ruas.

Grandis honos auget grande laboris onus.

Virtuti leue ac impar præmium est honos. nullum uirtuti par præmium, nisi Deus, quia nihil uirtute melius est, nisi Deus; non erit magnus cui mortale quidquam magnum uidebitur. Cætera inferius audies cum inuidiæ respondebo.

In alto precipitium, et fulmina.

Honos leue, ac impar premiũ virtuti est.

Nõ est magnus cui aliquid magnu est, præter Deum.

PROMPTVARIVM IV.

AVARITIA. FRVGALITAS.

AVAR: RECte tu quidem; ac mera vanitas famæ aura, honoris vmbra. non sic opes, quæ visu, & cum voluptate sensuum possidentur, ac solidi quid sunt.

FRVGAL. Diues est non qui habet quæ optat, sed qui non optat quæ non habet animum opes impedire possunt, non implere. quid ergo possunt quæ sufficientiam, quam promittunt, numquam præstant?

—— *Nescis alimenta parari*

Diuitijs vitijs? Irritamenta malorum,

—— *Ac pretii sapericula quæris.*

In fortunæ manu spongia eris: fluxas opes ingenti

Diues est qui nõ optat, etc.

Diues fortunæ, est spongia; et qui.

exprimet

exprimet illa cum dolore. Minimum eripit fortuna, cum minimum dedit. Non est malum non habere, sed egere: non eget autem qui non optat.

PROMPTVARIVM V.

PEREGRINANDI Cupiditas.

RATIONIS firmitudo.

PEREG. &c. M*irà nouitatis imagine captum inuisa iuuat visere*, atque ægrescentem animum variâ peregrinatione releuare.

RAT. &c. Bis erras, corpore, ac animo. non locus, sed animus mutandus est; immo in solido patientiæ figendus, non fugandus, aut fugiendus.

Pegaseo quamuis vectere per aera dorso, Horat.
Post equitem sedet atra cura.
Te fugis, & sequeris.

Peregrinatio doloris indicina est, non medicina. Ægritudinem versatio auget, non sedat.

Felix qui patrijs æuum transegit in aruis, Claud.
Vna domus puerum quem videt, vna senem!
Erret & extremos alter scrutetur Iberos. Plus vitæ, quã viæ habendum.
Plus habet hic vitæ, plus habet ille viæ.

PROM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

PROMPTVARIVM VI.

INVIDIA, & PSEVDOZELVS.

GENEROSITAS ANIMI.

INVID. OCulos ita mihi obliquauit inuidia, ut aliena bona uidens inuideam, & oblimem.

GENEROS. Quæ bona? oblectatiunculas, reculas, delitiolas, commodicula ualetudinariorum? Tu sanus esto animo, ac memēto melius esse minus egere, quam plus habere. Quæ bona? Potentiam? necesse est multos timeat, quem multi timent. Dominatum? fortuna magna magna domino est seruitus. Vno uerbo, externam felicitatem? inspice: fel habet uel in ipso nomine felicitas. Quæ tamen si bono contigit, quin gratularis, ut alieno bono & tu fruare? nam uirtutibus multis abundat, qui alienas amat. Vera bona, quæ animi sunt, nemo tibi auferre potest, aut imminuere. falsa bona, & externa contemnenda, non inuidenda sunt.

Melius est non egere, quam habere.

Fel in nomine ipso felicitatis.

PSEVDOZEL. O rem indignam, & quæ mihi sūmam exciet indignationem, dum uideo quam indignis præmia pro pęnis rependantur.

GENEROS. Et hoc contemne, atque inter commoda priuatæ uitæ repone, nihil ad te pertinere quidquid uspiam malorum geratur. Omnia plena malis, sed ea nihil ad te, quæ alienæ sunt operæ, ac potestatis. etiamsi *fractus dilabatur orbis* te securum

ferient:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

feriant ruina. Tum tantisper expecta: Pęnā moratur improbus, non præterit: quæ eo grauior quo tardior. Nescis? loco ignominiæ apud indignum est dignitas. &: honos honestum decorat, inhonestum notat. Improbus in alto collocatus puteus est, *Penam moratur improbus, nō praterit.*

Quanto altus magis est, hoc mage despicitur. *Fragm. vet poet.*

Quæ bona in improbos congeruntur bona non sunt, quia illos sicut nec bonos, ita nec felices efficiunt. *Improbus honoratus qui puteo similis?*

Reuise quæ superius dicta sunt in curiosos circa diuinam in rerum administratione prouidentiam.

PROMPTVARIVM VII.

INSOLENTIA in secundis.

MODERATIO.

INSOL. MIssis alienis, ego iam meis gaudeo, & nimiumquantū mihi ipse placeo, quod fortunæ tantum placeam, vt videatur illa in me vnum opulentandum pene omnes gratiarum arculas effudisse.

MODER. Nimium quantum hoc gaudes? nimiū postea dolebis. sibi vnusquisque gaudio in prosperis dolorem in aduersis præfinit. Amissis tantundem tristaberis, quantum possessis lætaris. Præsentis gaudij *Par gaudio dolor.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

modo futuri mœroris modus pariatur. Æqua diuinæ prouidentiæ manus voluptatem, ac dolorem *Pari librat pondere*. In dexterâ voluptatis lãce collocatus, quo altius vanitatis vento quis effertur, mox in sinistram doloris (quæ rerum vices) traiectatus hoc grauiori pondere deprimetur. non secus in obliquâ sphęrà, quia nobis Arcticus *vertex semper sublimis* ideo alterum

Obliquæ sphæræ allegoria moralis.

Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi.

Non vides annosam quercum,

—— Quæ quantum vertice ad auras
Æthereas, tantum radice in tartara tendit.

Radix doloris ĩ gaudio.

Radix doloris in gaudio latet: alterum sine altero nõ crescit. Cum dolore deseritur quod cum gaudio possidetur. Subductà lætitiæ materià, tristitia subit animum memorem, ac optantem id, in quod nimium altè descenderat, cui nimis tenaciter inhæserat, quò nimis securè se iactarat. Bono igitur sic frueris, vt malo ne furieris. Deme gaudio immoderantiam, vt paullo post accedat dolori tolerantia. Paullo post, inquam, nam citius ac reris infida istæc à te auolabit fortuna. Quæ

Fortunæ gradus incertus.

Paßibus ambiguis semperque *volubilis errat,*
Et tantum constans in leuitate suà est.

Quæ plures tegit, quam tutos facit. Caue fidas isti malatiæ; quamuis

—— Vultu blandita nitenti
Mitis, & in morem stagni, placidæq; paludis,
—— Et stratis æqualiter vndis
Rideat infidi cærula forma maris.

Allegoria nautica de infidâ fortunâ.

In

In medio cursu ventis delata secundis
Picta ratis, laxà laterum compage, repente
Accipies inimicum imbrem, rimisq; fatisces.

Nauigas in Caphàreo. quæ nunc ad te profluunt æstuaria, iam iam refluent. O te improuidum! qui sæuam tempestatem secundam voces felicitatem.

Nunc summo in fluctu pēdes, mox vnda dehiscens,
Terram inter fluctus pandet, &c.

Ludit oscellis fortuna, iactando nunc attollit, nunc deprimit. Submittet te, quæ te erigit felicitas. auferri & illud, quod dari potuit, potest. Tecum nunc hilaris saltat fortuna, mox versabit orbem in lubrico, tu repente supplantatus afflicto pectore solum plangès. In istam te speculam extulit, vt ab alto prospectu extēplò capiti oborta vertigine, præceps ruas. In istoc tuo triumpho fasces laureatos submittito, ac euoluito: sub lauro virgæ, & securis. Albis equis protractus, atque aureo in curru sedens, rotarum, quibus subueheris, memento: nam circulus humana sunt, *Irus & est subito qui modo Crœsus erat.*

Oscellarum ludus moraliter.

Fortunæ saltus, & orbis.

Moralia monita à triūpho antiquorum ad modestiam.

PROMPTVARIVM VIII.

TRISTITIA

Ex morte cari, seruitute, ignominià.

SOLATIA.

TRIS. *Heu! me lætitiæ deiectum culmine ab alto*
Tristitiæ excepit p̄ceps, atq; alta vorago.

Heu carum caput, quod mihi mors rapuit! Dum uiuam mortem dolebo illius.

SOLAT. Nempe mortalis. nulla hic iniuria. mors à Deo iuſſa recepit quem uita commodauit.

Vita nulli datur mancipio.

Vita hæc mancipio nulli datur, omnibus vſu.

Iuſta ſunt perſoluta, quid de iuſtis quereris?

TRIST. In medio curſu miſer corruit, in flore ipſo ætatis emarcuit.

SOLAT. Gratias age pro eo tempore, quo tibi cōceſſus, nullo debitus.

Plura relege vbi ſuperius triſtitiam ex morbo ſedamus.

TRIST. Poſt eam calamitatem, ecce me miſerum à barbaris morte grauior captiuitas corripuit. Heu uitam inuiſam!

Liber eſt qui libēs ſeruit.

SOLAT. Vin' non inuiſam? duc non inuitam. liber es ſi lubens ſeruis. neceſſitati ſeruiens dominaris. Patiens animus etiam in captiuitate non tenetur. Dominus mitis fruendns, durus ferendus. Mentis aciem in Deum, cuius, quiſquis dominatur, uices gerit, intende. quid hominem intueris? Idololatrię genus eſt homini ſeruire, ut homini ſeruias. Ab homine quid niſi humana, immo inhumana expectes? Si Deo, non homini, te ſubijcis, herile hominis, etiãſi ſæuum, imperium non te premet, quia obſequiũ non homini, qui id non meretur, ſed Deo debes, ac prębes. In homine, ſi non hominem, Dei ſaltem poteſtatem uerère.

TRIST. Vereor potius, nec ferre queo hanc ignominiam, qua per ſummum nefas affectus, omnium ſibilis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

bilis excipior, omnium sermonibus cędor.
SOLAT. *Quis sis, non alijs quis videare, vide.*
Despectus non es, si despicientiam despicis. Non est malum hominem esse inhonorum, sed inhonestum. numquam uirtus sine dignitate honoris est, ut numquam sol sine radijs, etiam cum nubibus obducitur. Persta, nubes hæc dissipabitur: Admirabuntur qui te irrident. ut honos in honorante, sic despicientia in despiciente, non in despecto est. Gaude sapiens istoc despicatu: sic tutus es ab inani gloriolà, quæ uirtutis tinea est, cui pabulum sola subducit ignominia.

Nunquam virtus est sine honoris dignitate.

Inanis gloria virtutis est tinea, &c.

PROMPTVARIVM IX.
IRA. MITITAS.

IRA. IRam mi ciet iniuria.
MIT. An leuis? spernenda. an grauis? ferenda, vt leuis fiat. si quisquam in te vera obiecit æqui amantem non te læsit; si falsa, ipse se læsit siue sciens vt insanus, siue nesciens vt cæcus. Veterem ferendo iniuriam vites nouam.

Dilemata in iram.

Ira furor breuis est; irato ignosce furenti.

Qui malum infert, non qui fert verè malum patitur: iniuriâ te ille affecit, vt doleas, ne dole, vicisti, ac vltus es. Vis te victorem? ne succumbas iræ. Iniurijs ne ius in te concedito. In seruum iratus dum animaduertis, seruum in te dominari non animaduertis? In

Optima vltio.

res

res inanimas dum sæuis, in animum illæ tuum sæuiunt. Calamo iratus, calamo es leuior. An non dementiæ est mentem animi humani Deo simillimam cuilibet reculæ passim dare pessum? Cur in te, ò homo diuine animal, sic ira affligit humi *diuinæ particulam auræ*? Non iniuria, sed iniuriæ auersatio, aut memoria exulcerat animum. Ne morde saxum, sed iacere sinito, nec ora tibi lędito. quid verba, nisi sonus inanis? cur tu eum tuà opinione in te animas? accipe tibi speculum à Lunà quì te geras erga oblatratores

Vera, & vtilis distinctio.

Vt noctem si quando canes latratibus implent,
En peragit cursus surda diana suos.
Te nisi tu lædas, lædere nemo potest.

Polyphemi allegoria ad mores.

Homerico Cyclopi es geminus, qui ab Vlysse cęcatus, & simulato nomine deceptus, deridendũ se præbuit, dum se ab Vty, hoc est à nemine excæcatum eiulabat. & tu irà cęcus es: tibi ipsa succẽseas, qui iugulas tuo te gladio, non inimici, cuius iniuriæ nullus in animum tuum, nisi per te, patet aditus. Te læsit Vtys, hoc est nemo, ac quereris?

Relege plura in fragmento de humani animi dignitate in vulnerabili.



PROMPTVARIVM X.

TIMORES

A morte, periculis, fulmine, inferis, dęmonibus, Deo.

FORTITVDO.

TIM. MOR. Viuos mittamus. mors hostis cõmunis est, contra quam ira nihil iuuat. quam omnes horreant necesse est.

FORT. Minime vero. mors est timenda nulli, expectanda omnibus. Quæ certa sunt expectantur, non timentur. Durior est letho lethi pauor. Nimius vitæ amor mortis timorem incutit. Vitam quisquis immoderatè non optat mortem non timet. Si tamen diuturnam vitam cupiscis, *viue Diu, sed viue Deo.* ac id memento: non est bonum viuere, sed bene viuere. & annosus non diu vixit, fuit.

Mors non timenda magis quã expectanda.

Viue diu, sed Deo.

Ergo mori discas vt rectè, viuere disce:
Vt discas rectæ viuere, disce mori.

Mors, & vita inuicem discipulæ.

Mori didicit quisquis contempsit.

TIM. PERIC. Quid? mala impendentia non timeã?

FORT. Si futura, ergo & incerta, nam & ipsa

Certa quidẽ mors est, moriendi incerta sed hora est.

O sponte miseros mortales, sibi hostes, suæque tranquillitati aduersos! in futuro numquam fortasse futura sibi mala præfingunt, &, quæ apud se habent;

Longe

Longe accersitis corrumpunt mella venenis.

Ne ab incertis certò doleas.

Et hoc certum est certæ mortis incertum esse momẽtum: & hoc igitur immotus operire, ac

Desine ab incertis tibi certum accire timorem.

TIM.FVLM. *Eccui nõ magno correpãt mẽbra pauore*
Cum pater ignipotens horrendo sæua fragore
Fulmina contorquet, cęliq; per alta tonantes
Vrget equos, volucremq; rapit per nubila currum?

FORT. Eccui?

Olli nimirum quem murus aheneus ambit,
Nil conscire sibi, nullà pallescere culpà.

Mortis contemptus omnem aufert timorem; tamen, &c.

Olli, qui sciat quæcunque minantur extrinsecus ultra mortem sæuire non posse. qui dictum id norit.

Diffugiunt omnes contemptà morte timores

TIM.INFER. Etiamne timores inferarum pęnarum, & malorum quæcumque uità cassos excipiunt?

FORT. Etiam. Non manes, sed te time, ac prauas tuas cupiditates, quarum nefarijs facibus infernos tibi succendis ignes, & furiarum in te manus obarmas.

Quisquis suos patitur manes quos sibi fecit.

Nulla nisi uolentibus parata sunt inferorum tormẽta. quos sibi fecit quisque suos patitur manes. tolle propriam uoluntatem, infernus non erit; diuinam sequere, cęlum possides.

TIM.DÆM. Ab hoc tanto bono auocant me fallaciæ inuidi Cacodęmonis, ad cuius spectra, nomen, memoriam quis horrore correptus non obriguit?

FORT. Qui scilicet puellulus non est, qui nouit malo dæmoni minus, quam cuilibet hominum, licere in corpora, & animos. nemo tutus ab homine ingenti spe, aut desperatione percito, & uitæ suæ contemptore.

Infirmitas cacodęmonis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

temptore. At lucifugos illos, ac tartareos spiritus summus rerum arbiter

Imperio præmit, & vinclis & carcere frænat. *Locus Virgilij allegoricè vsurpatus. 1. Aen.*
Ni faciat, maria, ac terras, cęlumque profundum
Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.
Ac hominum pecudumque genus, vitasq; volantũ,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus

perditum eant; coniurati nempe, ac damnati hostes communis naturæ, rerumque conditoris. Ac finge, diuinà sic ferente prouidentià, à malo genio te corripi: ius illi in corpus, non in animum erit, nisi tu permittas vir bonus etiam furiarum tyrãnide agitatas, bonus, hoc est fęlix, esse potest. vt gloria sequitur fugientes, fugit sequentes, sic dęmon, qui mirmicaleon in sacris oraculis, appellatur,

Dæmoni malo ius non est in animum hominis.

Cacodæmon cur mirmicaleoni similis.

Namque is formicæ leo fit, formica Leoni;

Horret generosos, abiectos premit,

Informes formas, & inania spectra quid horres? meræ vmbræ sunt: intrepidæ, ac rectæ rationis admoto lumine vanescunt ilicet.

TIM. A DEO. Sic me omnem extra timorem collocas, vt nihil iam mihi, præter Deum, timendum sit.

FORT. Quid si nec tibi Deum (recte interpretare: de seruili, vilique timore loquor, non de ingenuo, qui filios erga parentes decet) timendum affirmaro? Audi, non me, sed magnum illum Antonium Ægyptiæ anachoreseos sydus: *Deum*, inquit, *iam non timeo, sed amo*. Rectè, nam magnus amor timorem excutit: summa bonitas amanda, nec tam timenda, quàm verenda est. A summo bono nihil, nisi bonum, mana-

D. Antonij de Dei timore dictũ insigne.

A summo bono nil, nisi bonum.

re potest. Pulchrumque, bonumque illud immensum nec nocere, nec mala velle valet. Verus ille, non Iupiter, sed *Deus totius consolationis*, semper iuuat. etiam è malis bona nouit proferre. mala hominis voluntas mala homini creat: ab hac vnà tibi timeto. Deum horreat qui peccare non timet; amet, qui virtutem amat. dic amantissimo conditori tuo:

Mala à malà hominis voluntate.

Vidas in hymn.

Sis alijs metus, vt lubet, ac formidinis horror.
At mihi blandus amor, mihi sis placidissimus ardor.
Noctes, atque dies toto te pectore versem.
Te sine sit mihi dulce nihil, te præ omnibus optem,
Vnum depeream. totis hunc sensibus æstum
Implicitem, hunc immis exardens hostibus hauriam.
Hoc mihi soluantur flagrantes igne medullæ.
Hos mihi mens vnos semperque suspiret amores.

Opt. oratio.

His omnibus, mi lector, ac pro omnibus, ne dicam præ omnibus (de solo naturæ lumine loquor) adde aureum Epicteti enchiridiõ. habes in illo *certa piacula* quæ omnes tibi animi morbos

Ter pure lecto poterunt sanare libello.

Ab eo magni viri hauserunt exordia summę virtutis. Vnum pro omnibus pono Diuum Carolum Borromeum, qui testabatur se ab eius Philosophi monitis didicisse mortalia contemnere, ac sæpius in commune bonum typis recudendum curasse. Non me fugit solidiora, & saniora esse in Christianis Philosophis; sed nos prima hìc ad virtutem rudimenta indicamus ab ipso naturæ, licet subobscuro, lumine prodita, vt ijs, quibus nondum sanctiora sapiunt, felicitatis aliquam semitam aperiamus. Memento tamen, nec

Vide nostrũ propositum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

moralis Philosophiæ intelligentia, nec animi tui etiã recte formato, ac firmato proposito, nec virtutis vllo vsu, sed ante omnia diuinæ opis, & gratiæ vi esse nitendum; ne tuis viribus superbe fisus (qui scopulus in ethnico ethicæ Philosophicæ mari maligne latet,) dum te stare, inimo in virtutũ stadio volare arbitraris, repente subinde corruas; & qui alis gloriabare, nec plantas habere te sentias.

Solidum bene moratæ vitæ fundamentum. *Nota, & caue.*

PROMPTVARIVM XI.

CITHEREIO CVPIDINI aueruncando.

PHILEROS. TEMPERANTIA.

TEMP. Amor te habet? ò te rerum miserrimũ! à maximo ac pessimo ageris dæmone. Amare mare infame est naufragijs fortunarũ, valetudinis, honorũ: bonorũ omniũ mare, quod semper

—— *Magno curarum fluctuat æstu.*

A malo cupidine mala

Mare scopulosum dolis, spumosũ iris, vẽtosum cupiditatibus. dare operã Amori mori est. *Vt mors dilectio*: amãs amens, & ibi eius animus, vbi amat, nõ vbi animat. Apellis opus ac symbolũ fuit marmorea mulier testudinem pede premens. Vulgarem, ac vulgatam interpretationem de mulieris famà, non formà vul-

gandà missam facio. nouam ad rem meam appono. Aiunt Philosophi testudinem corde carere. Væh quē sibi pessum fæda dedit libido, nę illum excordem, atque exanimum facit. Cacodęmon amor viuentes, ac videntes tartareis pęnis excruciat. Amoris (prophani etiam suo quodam modo) *dura sicut infernus æmulatio*. In hoc inferno.

In amoris inferno tormenta.

Incomsumptum Titij semperq́; renascens;
Non perit vt poßit sæpe perire iecur:

Cordiuorus ales est amor. Hic irrequietæ mentis volubili rotà turbinatur Ixion. Hìc Sisyphi saxo duriora, ac pōderosiora cogit amor subire, atque à summo spei, in ima desperationis relabi. hìc super amantis animo

Atra silex iam iam lapsura, cadentique
aßimilis, semper impendet. hìc crescente inter vitiata voluptatū pocula siti, inter epulas esurie, miser Tātal⁹

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat.

Hìc profusis, ac effusis fortunæ opibus, corporis facultatibus, animi dotibus, perfluum Danaidum dolium semper impluitur, numquam impletur.

PHILEROS, Hui tantum mali a puello?

Sæui puelli sæua ludicra.

TEMP. Ac tu tam demens, qui puello fidas, cęco te credas? facifer vrit, teliger figit, aliger fugit. Puello ac inuesti, hoc est egestatis parenti, ac filio? Puello qui fortissimos abiecit ad vilia, infregit ad mollia? Herculem respice, quem adegit

Mollia fœminea ducere pensa manu.

Sampsonem recole in hostili conuiuio excęcatum à cęco puello pueriliter lusitantem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Improbe amor quid non mortalia pectora cogis?
Amare ac ſapere vix Deo conceditur. Cæcum ſequeris?
Non pudet heu cæco credere fręna duci? Sen. Hipp.
hoc vno ille non cæcus tela, & *corda* quod *certo iaculatur arcu*.
PHILEROS: Forma me pellicit, trahit, abripit.
TEMP. Quid illa, ni
—Picturatus morituris floribus agger? Formæ infirmitas.
Ver breue, cecropiæ quod populantur apes? Statius.
Instar aut floris tyrio comantis Martial.
Murice? vt vultu modicè ſereno
Riſit, afflatu tepidi repente
Concidit Auſtri.
In his floribus apis doloſa deliteſcens Amor.
Vbi grata mella fudit Boetius.
Fugit, & nimis tenaci,
Ferit icta corda morſu.
Ne hameris, ne ama.
PHILER. Vtinam me fugeret! ſed nimirum videtur ille depoſitis alis, vt olim Romæ fortuna, ſedens in meo pectore fixus poſuiſſe, nec ego tam ferus, ac ferreus, qui benigne, ac blande amatus nō redamem. quì poſſim?
TEMP. Audi quì, & accipe Amori, ab amore remedia. Humeros ille alatus eſt? ſic & tu eſto. non te ille fugit? tu illum fugito. In hac pugnà vnicum genus victoriæ Parthica fuga eſt: Amori ab ab amore remedia. Ab alis.
—Verſa ſequentis
Pectoribus figat ſpicula pugna fugax.

Vnica pernicies sunt in Amore moræ.
Qui blandiendo dulce nutriuit malum
Sero recusat ferre quod subijt iugum.

Fuge otium.

Otia si tollas periere cupidinis arma,
Tela retusa iacent, ac sine luce faces.
Amor otiosi pectoris negotium

Amoris arcum laboris frangit intensio.

Ab oculorũ vela. Oculos ille uelatus est? tu fluuiorum in morem etiã totum tibi caput velato: principijs obstato,

Ne dum per molles occultè labitur herbas,
Subdolus insinuet lentis se flexibus anguis,

Caput illi obterito.

Vela oculos: oculi sunt in amore duces.

Amatoria ne legito, speciosa ne specito, sed despicito. Vela os à blandà suadelà, à nimijs Cerere, & Baccho. sine queis friget Venus. Vela nares ab odoribus. Cęteri cacodęmonum suffitu abigũtur, hic allicitur. Qui bene olet, male olet. Vela aures, easque ab illice sirenum cantu, non vt Vlysses lini cerà, quæ facile amoris face liquescet, sed obturato sepulcrali argillà, quæ magis igne durescat. Vt olim Iustitia cæca oculos, & trunca manus ad indicandam iudicum incorruptelam fingebatur; sic & tu oculos, ac manus abstine, ne admittas, aut mittas

Munera, quæ placant homines que, Deumque.

Equitem fingunt, qui obuios quosque deturbaret ex equo ictu lanceæ aureæ. huic simillimus amor est; cuius telum, quod aureum, acutissimum est: aurum perrumpere amat saxa potentius ictu fulmineo. nec vllę

Non

Non exorato stant adamante fores,
quas Philippicus ille asellus onustus argento non penetret.

Inuestis amor est? tu illum ne studiosè vestito, atque ambitiosè ornato. Amoris deliciosa nutrix opulentia est: ne mollibus recalescentem foueto: frigidis fac torpeat: *A nuditate.*

Vincat Acidalias algida lympha faces.
Quidam se vnico exemplo niuibus, quidam stagnis glacialibus diri cupidinis flammas, vel in se, vel in alijs extinxere. Huc facit quod Cyprium illum venatorem aprino dente peremptum, inter algentes lactucas ab Amathusià tumulatum ferunt. Amoris nuditatem hoc imitare. Cum primum tibi

Labitur totas furor in medellas
Igne furtiuo populante venas
Ne cæcum ale vulnus,

sed ocyus aperto, ac simplici animo cor tuum sapienti viro denudato: cęcum amorē elustrasse necasse est: non fert lucem hęc noctua. itaque *VOLA, VELA, REVELA*. *Vola* procul ab incessentibus, *vela* sensus à prolectantibus, *reuela* pectus prudentibus.

Armatus telo, ac face puer est? duris, ac dumis te punge, vt illum expungas. In rosà nidulantem spinis, ac spiculis excutito, illum indignantem, atque inuitum *A telo.*

Dede fugæ, ac segnem stimulo, & calcaribus vrge,
Molliaque hamantis contundito terga flagellis.
Sola quæ fructum spinis occlusum gerit
Castanea à casta nomen, & omen habet.

Fuit

Fuit nonnemo, qui vt candicantẽ castimoniæ rosam spinis muniret, intra rigentia vepreta se proiectarit, & per vulnera corporis sæuientem in animo cupidinis pestem eiectarit. *Adde facem telo*: ac si qua sunt apud te amatoria xeniola *subiectis vrito flammis*: purus sacerdos Castimoniæ libato cineres dispergito, ne qua forte, *cineri subiecta doloso* fauilla delitescens, iterum tibi

A face.

Heu male sopitos in pectore suscitet ignes.

Si diutinæ consuetudinis validiore vinculo alligaris, generoso libertatis amore succẽsus mali amoris exure nodum. Longæ adsuetudinis implicatæ ambages Gordianum illum fecerunt? aut face, aut ferro est opus: aut vre, aut seca: arctè innexum lentus, aut segnis non solues. obstinato animi robore durum durior abrumpes. *Transfer amorem in meliora tuum*, & vilem ad res perituras affectum, virtutis, diuinarũque rerum ardor, quasi flamma maior minorem absorbeat. Denique quem

Durus amor tibi *versat in ossibus ignem*

Virg.

ignis inferni crebra, tenaxq; uincat memoratio. igne ignem extinguito. Tartareis proludit incendijs *Insano quisquis amore vritur.*



ETHI-

ETHICA METAMORPHOSIS

FRAGMENTVM VI.




T corporum tẽperiem quattuor pugnantum humorum quasi elementorum intemperiæ labefactant; sic animum de sanitate deijciunt capitales illæ quatuor passiones, vnde homines plerumque *metuunt, cupiuntve, dolent, gaudentve*. Vt igitur mens ad iustæ rationis æquilibramẽtum, ad virtutum suauem harmoniam, ad pacatam morum temperiem componatur, temperentur alternis hæc in nobis depræliantia elementa, *& spem timori, & gaudia misce dolori, vt contraria contrarijs curentur*. *Moralia mixta è contrarijs.*

Speret infestis, metuat secundis
Alteram sortem prudens *pectus*.

Vt præuisa minus te feriant tela, & vitæ tela firmior, & gratior fiet, fac *Subtexta malis bona sint*. In gaudio time, in timore, ac dolore spera. Vt vxor maritũ veneno necatura, cum semel hausto nihil profici videret, grauius ingessit, quod tamen forte fortuna priori veneno remedium fuit; sic) quis credat? ex pugnantibus passionibus virtutum concordiã prodeuntem, & quasi vitia in virtutes se se induentia videbis, indicante D. Bernardo, cuius id inuentũ est, & quod meus olim auditor compegit in hoc — *Manilius.* *Historiolæ sensus moralis.* *Vide ĩferius in ipso diuo egregiã explicationẽ*

In-



Ingeniosis primo aspectu patet hoc schema, seu corona, seu rotula ideo pluribus nũc non euoluo. In disceptationibus de passionibus eã fusiori explicatione quasi radiamus. habeat hic nunc ingeniũ tuũ, mi lector, aliquid laboris, & laudis, dum sine filo alienæ, doctrinæ se se ab hoc quasi morali labyrintho expedit.

Tamen inferius.

Hactenus in nostri Lyceoli vestibulo moras, vt spero, perutiles posuimus. Iam adyta interiora nos aduocant. Ineamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

SCHOLION.

Diui tamen Bernardi verba hîc tibi damus tuo parcentes labori, tuis allaborantes commodis. Audi ergo lactifluum doctorem.

Affectiones quatuor notissimæ Amor, & lętitia, timor, & tristitia purgatæ, & ordinatæ, gloriosam in virtutum coronã reddunt animam. inordinatæ per confusionem deiectam, & ignominiosam. Purgantur autem sic. si amantur quæ amanda sunt; si non amantur quæ non amanda sunt, amor purgatus erit. sic & de cæteris. ordinantur autem sic: initio timor, deinde lætitia, post tristitia, in consumatione amor. compositio quarum talis est. De timore & lætitià nascitur prudentia, & est timor causa prudentiæ, lætitia fructus. de lætitià & tristitià nascitur temperantia cuius est tristitia causa, lætitia fructus. de tristitià & amore nascitur fortitudo, & est tristitia causa fortitudinis amor fructus. clauditur circulus coronæ. de amore & timore nascitur iustitia, & est timor causa iustitiæ, amor fructus. Serm. paru. 6. post med. Passiones quomodo purgentur. Quomodo ordinentur. Quomodo componantur, & coniungantur.

Considera ergo quomodo istæ affectiones ordinatæ virtutes sunt, inordinatæ perturbationes. Si timorem sequatur tristitia, desperationem generat, si amorem lætitia, dissolutionem. Sequatur ergo timorem lætitia, quia timor futura cauet, lætitia de præsenti gaudet, præsentis cautelæ finem lætitia possidet. Probet ergo lætitia timorem. Probatus timor nihil aliud, quam prudentia est. comitetur lætitiam tristitia, quia moderate læta amplectitur, qui tristia reminiscitur. Temperet ergo lætitiam tristitia temperata lætitia nihil aliud quam temperantia est. Iungatur amor tristitiæ, quia fortiter sustinet tristia, qui per amorem quæ sunt amanda desiderat. Confortet ergo amor tristitiam. confortata vero tristitia nihil aliud quam fortitudo est. Iungatur amor timori, quia ordinate amandis inhæret, qui timenda non negligit. ordinet ergo amor timorem, ordinatus amor nihil aliud quam iustitia est. duæ affectiones lætitia & tristitia Passiones quomodo fiant virtutes, vel vitia.

non se extendunt ad alia in nobis enim lætamur, & in nobis tristamur. amor & timor ad alia se extendunt. timor enim affectio est naturalis, quæ nos coniungit superiori per inferiorem partem, et habet se ad solum Deum. Amor affectio est quæ nos coniungit superiori, & inferiori, & æquali, & habet se ad Deum, & proximum. In his autem duobus perfecta consistit iustitia, vt timeamus Deum propter potentiam, amemus propter bonitatem, & proximum propter naturæ societatem.

Quid sit timor.

Quid sit Amor.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

LYCEI

Pars Secunda,

SIVE

INTERIVS ADYTVM,

in quo

Principis optimi exemplum proponitur;

TVM DE

FELICITATE POETICA, SIVE REGIA

DISCEPTATIONES SCOLASTICÆ,

ac de

REGNO INTERIORI A VIRTVTE,

ET EXTERIORI CVM VIRTVTE

PARÆNESES, ET CORONA REGIA

exponuntur.

Superiorum Permißu, ac Priuilegijs.



VENETIIS, MDCXXVI.

Apud Euangelistam Deuchinum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84



LECTOR BENEVOLE.





Vi te priuatim regas, & animi (qui Platonicis harmonia quædã est) quasi cõcentum per appetionum cum rectà ratione cõsensum modereris, ac temperes, iam audisti, legisti, penè factum spectasti.

Vlteriora manent *vt priuatam virtutem etiam in commune bonum diffundas.*

Qui sibi bonus, ille vir est; qui verò etiam alijs, penè Deus. Sed quoniam ad virtutem *præsertim politicam* longum iter est per præcepta, breue per exempla, *en tibi optimi Principis egregium specimen in primo interioris adyti limine noster aperit Panegyricus.*

Astræa igitur in primis atrijs nupera exempla, quasi pictas regiarum virtutum tabulas, ac statuas visentum oculis explicat. Penitiores Exedræ docto Philosophorum consessu celebrantur, in quo Veritas, deposito rhetoricorum verborum fuco, purà in veste Principum felicitatem scholasticè disceptando scrutatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

In extremis denique cubiculis heroica virtus optimo Principi regiam coronam imponit. Astræa è suggestu, Veritas è cathedrâ, Virtus è throno pronuntiant.

Cætera quæ ad singulas ingreßiones præmonendus eris, audies, ò Lector, in primis disceptationum, & Regiæ coronæ, *capitibus nunc quæ sepositè ad Panegyricum attinent habe, quæ sic habent.*

Quod Venusinus, &c.

QVod Venusinus de picturà, & poesi cecinit:
Vt pictura poesis erit, quæ si propius stes
Te capiet magis, & quædam si longius abstes;
Hæc amat obscurum, volet hæc sub luce videri.
De Principibus idem intellige. Quorundam nomina magna sunt eminus audientibus, exiguæ virtutes cominus visentibus. Quorumdam eximiæ dotes, at absentibus ignotæ. Serenissimus Ranutius, qui non laborabat in speciem, nec ad vulgus, solidis, & vulgari iudicio non ponderandis virtutibus enituit. Ac vt pictura minutim elaborata oculos, atque animos propius adstantium potius cepit, quàm abstantium. Ideo non omniũ est quæ in Ranutio effulserunt inopinata, & rara in Principibus, euulgare; sed eorum tantummodo, qui heroicum eius animum penitus, ac diu ex officio perspexere. Ab his aliqua tibi, beneuole lector, noster hic prodit Panegyricus. Aliqua, nam omnia velle non exigui opus id esset voluminis. Aliqua, nam alia desertissimi alij oratores Italicè, ac latinè perorarunt. Religio mihi fuit bellicas tanti Principis laudes vel leuiter attingere post eloquentissimam Reuerendiss. D. Alexandri Carissimi Castri Episcopi orationem, quà Palladià quasi tubà tam copiose Farnesia arma clarauit. Habuit Parmensis Achilles Parmensem Homerum. quid ego rudis anser doctos olores interstrepam? Obstrepet fortasse aliquibus aliquando noster hic stylus; sed non ijs, qui præter Ciceronem alios etiam laudatissimos antiquorum scriptores cum admiratione perlegerũt. Panegyricæ dictionis laus est peregrinum, & Poeticum

** Plinij secũdi, Latini Pacati, &c. exẽpla vide; & lips. arg. n ill. &c.*

cum sonare: * Poeticum, sed non fictum. Nam, vt vilis animi est leoni mortuo barbam vellere, sic stulti esset sine spe adulari, & impudentis coram illustrissimà testium multitudine velle mentiri, denique ingrati tàm munifici Principis immortalibus beneficijs debitas gratiarum actiones non rependere. Præcisa illi (quod de se Rex Ezechias querebatur) quasi texenti uita est. Philippus II. Hispaniarum Rex simile populorum rectoris, & textoris opus arbitrabatur ob multa, quæ hìc ponere non huius est operis. Quod uolo id est. Mors Serenissimum Ranutium quasi ad politicam texturam sedentem publico repens occupauit in negotio, quem uita numquam uidit in otio. Vale, & beneuolis oculis nostra lege.

EDICTVM —

— Authoris est profitentis in sequenti Panegyrico se quæ poeticè aliquando scripsit, licet suis locis, non quasi approbaret eam eloquendi formam, ita scripsisse, sed vt huius æui, & Panegyricæ orationis consuetudini aliquid tribueret, scientiam verò sibi reseruaret, vt aiebat Muretus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

ASTRÆA
PANEGYRICVS
IN ANNVO FVNERE SERENISS.

RANVTII FARNESII
PARMÆ, PLACENTIÆ, CASTRI, &c.

DVCIS
PVBLICE PRONVNCIATVS.

PROPONITVR SINGVLARE SPECIMEN
Regiæ, ac Politicæ
Virtutis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

EGo Alexander Neuola Societatis Iesu in Prouinciâ Venetâ Præpositus Prouincialis potestate ad id mihi factâ à Reuerendo Admodum Padre Nostro Generali Mutio Vitellesco facultatem concedo vt Astræa Panegyricus à P. Mario Bettino Societatis nostræ Sacerdote in laudem Serenissimi Rainutij Parmæ, & Placentiæ Ducis æditus, & trium virorum doctorum nostræ Societatis iudicio approbatus typis mandetur.

In quorum fidem has literas propriâ manu subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus Parmæ 5. Nouembris 1624.

Alexander Neuola.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

SYNOPSIS
In Panegyricum.

I. RELIGIO.

QVàm eximia in Ranutio fuerit religio in Deum numero marginali, 6. 7. 8.
In Deiparam Virginem, num. 9. 10.
Consilium, & deliberatio religiosæ vitæ capescendæ in Ranutio, num. 32.
Transfugas à religione ad sacra reuocat septa, n. 33.

II. PRVDENTIA POLITICA.

Ea summa in Ranutio, num. 12. & seq.
Prudentiæ Ranutianæ *in publicà administratione praxes, exempla, documenta*, num. 13. & seq. præsertim num. 15.
Aßiduitas indefessa in publicà re, num. 14.

III. PRVDENTIA OECONOMICA.

Quæ in Ranutio, num. 17.
Eiusdem prudentiæ praxes, artes, exempla, ibid. & per sequentes numeros.
Erga Sereniβimos filios quì se haberet, num. 20.
Erga seruos, & Aulicos qualis, num. 19.
Aulica sub Ranutio disciplina, num. 18.

IV. PRVDENTIA.

In negotijs, præsertī priuatis, eius vsus, artes, &c. n. 16.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

V. BENEFICENTIA

Multa, modesta, & pia in Ranutio; beneficentia erga egenos ex ærario, atque etiam è mensà, num. 27.
Erga religiosos heroas, num. 22.
Erga doctos viros, num. 36. & 37.
Publica eiusdem magnificentia in Academiæ publicæ, Regiæ arcis, Imperatorij Theatri, propugnaculorum erectione, &c. num. 34. & 35.

VI. FORTITVDO.

Bellicā Ranutij fortitudinem qui nam oratione sepositā ex professo celebrarint, in prefatione ad Panegiricū.
Martirij desiderium in Ranutio, num. 31.

VII. EXEMPLA EXIMIORA.

Prudentia in Ranutio cum mirà arte Aulicum ex amorauit, num 19.
Piæ liberalitatis, num. 27.
Charitatis, etiam cum vitæ discrimine erga plebeium prolapsum ex equo, num. 29.
Charitatis item, atq; humilitatis erga seruulum ægrotum, num. 28.
Erga naufragantes, num. 30. & *alia religionis*, *&c.*

VIII. DIGRESSIONES POLITICÆ.

De religiosis viris Reipublicæ necessarijs, num. 23.
De officio principis, num. 26.
De Iuuentute, ac præsertim nobilitate, publice literis instituendà, & viris doctis fouendis, nu. 34. & 36.
Ornamenta oratoria vide in panegyrico, quemadmodum & alia capita hic ommissa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

ASTRÆA
PANEGYRICVS.





AM tristis annus nobis vere mœsto renascitur (Illustrissime Cardinalis, Serenissime Dux, Reuerēdissimi Antistites, nobilissimi, ac doctissimi cęteri Auditores) ex quo Serenissimus Ranutius Christianorum Principum flos lectissimus in mortem elanguens suauissimos nobis heroicarum virtutum odores afflauit. Iam verna tempestas tepentibus zephyrorum quasi suspirijs, effusis imbrium lacrymis, pallenti violarum pompà pijs extincti herois manibus quodammodo parentans, suo nos tacite monet exemplo, vt annua iusta iustissimo Principi persoluamus. Iam noctes ipsæ, hybernà nube detersà, patentiores luctuoso huius templi apparatui conspirantes, atrato cęlo funereas astrorū faces exertant, ac tremulis radiorum nictibus nobis annuunt, vt elocuturi de Serenissimà Celsitudine sereno, celsoque cęlorum in theatro illustria virtutum eius simulacra conspicemur. 1

Illinc *Aquila* sydereis pennata radijs Regium ab Austriacà stirpe Ranutij genus ostentat. Hinc *Eri-* 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

In Serenißi. celi celsitudine stellarum imagines innuunt uirtutes, quę in Serenißima celsitudine Ranutij fuere.

danus liquenti luce per cęlum effusus profusam eius prodit munificentiam, vberrimamque hanc signat illius olim viuentis imperio subiectam regionem, quam fęcundo amne Padus interluit. Parte alia æternis astrorum ignibus calentes *Aræ* viuacem in eo erga Deum, atque homines charitatis flammam elustrant. Quid cęlicus ille *Anguis* crebro sydere terga squammatus, & longas in spiras reuolutus nisi regiã Farnesij Ducis prudentiam euoluit? *Quid Leo* astrino iubatus iubare nisi magnanimum; quid æthereis gemmata liquoribus *Amphora* nisi temperantẽ; quid argenteis armatus telis *Arcitenens* nisi bello spectabilem; quid aureis nitens lancibus *Libra* nisi officiorum, ac negotiorum momenta grauiter põderãtem; quid denique radiante clauà stellifer *Hercules* nisi laborum inuicto robore tolerantem palam ab alto cũctis terrarum gentibus enuntiant?

3 Sed lucidum *Astrææ*, siue Iustitiæ sydus inter cætera, meos in se oculos abripit, & præclaram Ranutij ab ore prolatam olim sententiam memorat. Ille enim mulierculæ importunius quiritãti, & aui Octauij clementiam obiectanti sic respondit vt diceret: Gratiarum Octauius, bellorum Alexander se duces præstitere, Ego vero Iustitiæ Ducem me profiteor. Regium plane responsum, & sapientißimum quasi quoddam oraculum ex arcanis philosophiæ penetralibus prolatum, quo vno omnes regiorum officiorũ partes alligantur. Princeps enim, teste philosopho, iustitiæ administer quidam est publicus, ac iustitia ipsa, præsertim legalis, quæ regalis est, ditißimum

Iustitia regia est virtus.
1. Eth. c. 1.

quod-

quoddam virtutum omnium est promptuarium, cuius opes quisquis cupiditate intactus, atque animo infractus in omnes Reipublicæ partes disseminauit, næ ille absolutissimam Principis formam exegit.

Quanto igitur studio Serenissimus Ranutius A- 4
stræam æquitatis, iustitiæque præsidem excoluerit, quàm illustribus ab eà terni astri fulgoribus frõte, pectore, ac manu afflatus, atque impressus effulserit, vt religione in superos, in subditos prudentià, in omnes munificentià perfectum iustitiæ orbem parageret, nostra euoluet oratio; sed perbreuis, dum summa tantum ex hoc Farnesio * lilio pro temporis breuitate leuiter mella libabit. Munifici Principes id assequuntur, vt illis etiam post mortem grati animi, & posthumę laudationis tributum debeatur. Quod age iam regiæ Serenissimi Ranutij erga nostram societatem beneficentiæ persoluamus; & primum in eius fronte Astrææ astrum, religionem scilicet validissimum regni firmamentum dispiciamus.

** Allusio ad stemma gentilitiũ Farnesiorum, in quo sena lilia.*

Princeps igitur in Principe virtus religio est, hoc 5
est Dei timor, & cultus, quæ spectantur non tam in fucatis, & ad speciem compositis officijs, quam in veris, ac modestis diuinas erga leges obsequijs. Vt enim *regum timendorum in proprios greges* sic *reges in ipsos imperium est Dei*. Ille Princeps magnus est, qui cœlo minor est, & cui è cœlo datum est apud mortales plurimum posse minimum licet. Talem videre Ranutium qui eius animum proxime, ac penitus peruidere.

Prima virtus in Principe religio.

Quoties ille ab alto animi sensu, & cum lacrymis 6

edixit,

Summa in Ranutio erga Deũ, & sacra religio.

edixit, malle se regno, ac vitâ ipsâ spoliari, quam sciẽti, ac volenti animo vel minimum apud æternum numen offendere? Nec fidem dicto deesse passus est, qui tam suspenso, ac trepido gradu vel ad leuissimam peccati vmbellam omnibus in negotijs progrediebatur. Qui minimas conscientiæ suæ dubitationes doctorum, ac piorum uirorum cœtibus excupiendas committebat. Qui minimum festo quoque die cęlesti epulo mẽtem saginaturus tam sollicite, ac seuerè in se ipse inquirebat, ac tam minutim etiã de scripto omnes cõscientiæ latebras sacro iudici reserabat. Qui denique anteactæ vitæ, quotidianasque animi labes largis lacrymarum imbribus eluebat.

7 Erit ne qui putet Principi densissimo agmine publicarum curarum circumsesso multum temporis ad cęlitum Regem adorandum, exorandumque superfuisse? super fuit tamen Ranutio, atque ita superfuit, vt singulis pene diebus ternas penè horas religiosis addexerit curis, ac studijs, nec tam magni momenti quidquam impenderet quod non posthaberet, ac trihorium tempus impenderet nunc pijs libellis inspectandis, nunc prolixioribus precibus ore pronuntiãdis, nunc sacris commentationibus tacitâ mente volutandis: Nec vnquam necessariam nocturni soporis requietem ante sibi ipse indulsit, quàm piacularia ea omnia exercitamenta peregisset. De somno detrahebat quod apponeret pietati. Morbis vero interdum implicitus pias preces, quas oculis legendo non poterat, auribus audiendo vsurpabat adstantis ab ore Sacerdotis enuntiatas.

Religiosa Ranutij studia.

Solenne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Solenne illi plerunque erat, vt mane quotidie à cubili, & mox è cubiculo exilientem domesticum sacellum exciperet, ibique mysten ad aras libantem, precesque fundentem genuflexus, ac venerabundus audiret. Hoc ille plerumque tum priuatis, tum publicis negotijs præfixit exordium. Ac sapienter. Nam vnde potius recte agendi ducas initium, quàm à quo viuendi datur principium? 8

A Deo rerũ agendarum initium.

Dimidium facti qui bene cœpit habet:
Nec aliunde melius, quàm ab alto cœperis. Numquã quæ bene, hoc est cum Deo cępta sunt, male cadunt.

Secundùm Deum Dei parentis purissimo amori, atque honori totum se, penitusque deuouerat. Prima illi cura eius laudes amplissimis verbis deprædicare, votis crebrò conceptis, atque omni obsequiorum genere auxilium eius promereri, domesticas in sacello, publicas in templis eius Imagines ambire, venerari, adprecarique. Æger ad solatium accibat à quo diuæ, ac dominæ (sic illam piè appellitabat) dominæ suæ audiret præconia. Ori ac pectori manum admouebat, hoc est uerbis, ac uotis amplissima suggerebat donaria, quæ celeberrimis Deiparæ templis creberrima transmittebat; Lauretano in primis, cuius intimum templi sacellum (angustissima olim, atque augustissima Dei uagiẽtis in terris in cunabula) priscà tot sæculorum religione, cultuque uerendum sibi Ranutius cœlestium deliciarum hortum, grauissimarumque curarum portum experiebatur. 9

Ranutij erga Deiparã religio.

Illuc sæpe cum alias, tum semel aliquando, non equo curruue subuectus, sed pedes, pedes in quã uir 10

Singulare exemplum religionis erga Deiparam.

Princeps ducenta ſupra uiginti paſſuum millia, tam longum hinc illuc inter emetiri non dubitauit. O pedeſtrem pietatem equeſtri, & curruli longe honeſtiorem! Principum alij, ſi lubet, lecticis, ſellisque ſupra hominum capita extollantur; te, Ranuti, calcata pedibus humus ad cęlum uſque ſuſtollit. Principem oportet ſupra omnes extare, non machinis, ſed uirtutibus. O regia ueſtigia plane digniſſima quæ nullis unquam ſæculis aboleantur! Regiam uere ſignaſti uiam, Ranuti, quà reliqui Principes ad veram religionem ac pietatem progrederentur. I felix: *ſic itur ad aſtra*. Fixa enim atque immota hæret grauiſſimorum patrum decretis ad firmata ſententia: Nullum certius ac breuius iter ad ſuperos, quã ſi religioſo puriſſimæ mentis erga Dei matrem obſequio quaſi lacteà quadam vià ſubnitaris.

11 Atque hi, Auditores primi ſyderis quidam quaſi radij ſunt in Sereniſsimà Farneſij herois fronte, quà religioſam in Deũ, ac cœlites iuſtitiam tuebatur. Iam à fronte in pectus vere cordatum, & ad ſecundum quod eſt politicæ, atque œconomicæ iuſtitiæ aſtrum delabamur. Geminas illæ Aſtrææ lances in ſcuta ad eam tutandam commutauit, & gladium illum ſuum tot bellis in adoleſcentià ſpectatum Iuſtitiæ in pace ad publicæ rei bonum commodauit.

12 Publicæ administrationis prouidētia in Ranutio.

Quis illo in latrocinijs è ſuà ditione extirpandis potentior, in malis publico bono impēdentibus procul auerrũcandis prouidentior, in pęnis pro ſcelerum modo irrogandis ſeueriter æquior? Ne otium, quo nulla ciuili bono peſtis eſt capitalior, in ſuæ ditionis

vrbibus

vrbibus dominaretur, mercaturæ vsum, & opificum numerum adauxit. Ne factiosi, & solum in popinis negotiosi homines ciuicam pacem, hoc est humanæ Reipublicæ felicitatem conuellerent, eos ad externa procul bella cogebat, vt sua inibi arma inter arma pro publicà re agitarent, quæ in pace contra pacem exercuissent, & vt militum numerum augerent, qui ciuium imminuissent. Ne rixarum facilitate vita ciuium periclitaretur, aulicis penè omnibus facultatem fecerat prouocationes, ac digladiationes omnes in quascunque incidissent, Principis nomine pro imperio interdicendi. Ne inopis plebis laboribus debitas mercedes armatus iniurià fastus denegaret, iussit, ac passus est suis œconomis, atque adeo sibi ipsi à vilissimis venditoribus, quasi per speciem proditæ fidei, atque abnegatæ pecuniæ dicas impingi, ac plebeios homines iure secum experiri. Ne denique vbi pro legibus pugnatur, ibi iustitia laceraretur, publico cauit edicto ne magistratuum aut iudicum quisquam munerum quidquam admitteret: ac solenne id esse voluit, vt magistratu abdicati, iustitiæ, reique publicæ sine dolo administratæ seuero examini premerentur. Hac ratione suis ille iudicibus manus ad munera accipienda obtruncabat, vt ne magistratuū auaritia Iustitiæ lancibus insidiaretur, vtque optimi Senatus ab optimo Principe præclarum, sed rarum specimen propalaretur.

Debes ò Parma, Ranutij prouidentiæ, quod cum 13
summà difficultate annonę circumiacentes regiones penè omnes affligarentur, tu sola, etiam in agrorū

sterilitate nec victus difficultatem experiri, nec externis ad copiam subsidijs coacta sis indigere. Superioribus annis sæuus Mars Mutinenses ac Lucenses multo cum cruore commisit, Monferratenses attriuit, Mediolanenses, atque Allobrogos funestauit, Illyricos, Venetosque terra, marique infestauit, nec ipsos etiam nunc Heluetios, ac Rhetios inaccessis illis rupibus, ac preruptis niualium saxorum verticibus tutos esse patitur, & quietos. Quod bellici olli turbines toties circumcursantes te pene solam intactam reliquerint, & in tantà bellorum propinquitate florentissimum altissimæ pacis otium vnam te fouerit, debes, ò Parma, Ranutij prouidentiæ.

14 Prouidentiæ in administratione domesticà, & publicà tam assiduæ, vt nullà pene ab horà negotijs vacuà strenuus Princeps falleretur, nullam ille rebus leuioribus falleret. Aulica atria intrasses, quid rerum gereret Serenissimus quæsisses; accepisses: non vt Cæsar lusorias cartas, sed supplices miserorum libellos manu versat. Non vt Caligula pronuntianti, canentiue tragœdo gestum, vocemue commodat, sed Reipublicæ lyram ad pacem, & ciuium concordiam temperat. Non cum Domitiano muscas, sed latrones captat, vt in eius ditione ne musca quidem, quæ quidquam alienum suffuretur, reperiatur. Num Heliogabali leuissimas curas imitatus, aranearum telas ponderat? nequaquam, sed legibus pondus, ac neruos addit, ne aranearum telæ ad instar eas nobiliorum abrumpat potentia. Num Neronis exemplo libratis funambulonum spectaculis dat operam?

Assiduus, et serius in politicà administratione.

mini-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

minime vero, ſed vtramque Iuſtitiæ lancem æquilibrat. An ſaltem Veſpaſiano non impar ſcurrili paraſitarum capitur dicacitate? immo vero grauiſſimus Princeps Ranutius ſapientiſsima prudentum reſponſa exquirit, & conſectatur. ſic illi, ſic ille longe illis dignior imperio.

Nam longe illis in regià prudentià ſuperior. Cuius 15
Regiæ in Ranutio prudentiæ ea ferme ſeries erat, ac ratio. Principio bella nec timere, nec prouocare, immo etiam prouocatum prudenter, atque honeſtè declinare. Nam bellum nunquam bellum, ac bonum eſt niſi coactum, ac neceſſarium. Pręterea quidquid vſpiam, præſertim apud alios Principes, etiam in abdito agitaretur odorari, rimari, prouidere, & quaſi ad clauum ſedentem futuras tempeſtates præuidere, ac ne obruerent prouidere. Sic Vlyſſes, atque Argus regum ſymbola priſcis fuere, quorum ille multiſcius ab Homero appellatur, hic vero multioculus figuratur. Tum externas etiã mediocrium amicitias colere, inimicitias non timere, tamen vereri. Quid enim tam infirmum, quod aliquando vel prodeſſe, vel obeſſe non poſſit? & Scarabeus Aquilæ negotium faceſſit. Ad hæc præfectorum ſuorum authoritatem acriter tueri: Magiſtratuum oppidò raras mutationes agitare. Alterum ni facias, abiectum, ac ſine viribus marcet imperium, altero rerum agendarum magiſtra formatur, ac firmatur experientia, & cępta rite peraguntur, maturanturque negotia. Denique in publico ad maieſtatem omnia componere, ac ſe ro mero, ac vero Principe gerere: in priuato tamen,

Politicæ prudentiæ in Ranutio praxis, & ordo.

& cum amicis, aut Religiosis viris ad priuati hominis modum, sed grauiter, se se demittere. Princeps etiam in priuato sit Princeps.

16 Illud illi primum, in omnis negotij vestibulo nosse qui cum ageret, præsertim si Dynasta, vel vir Princeps, quarum rerum studio teneretur, quid timeret, quo gauderet, quid denique amaret perscrutari. id enim est quisque quod amat, tum deprehensa cuiusque cupiditate, quasi manu in frenum iniectà, in omnem partem versare, facillime quæ vellet impetrare. Fuit sæpe cum vel vno coniectu oculorum in faciem, & habitum corporis, adstantium animos indagaret, & abdita fraudum cubilia reseraret. Lentus, & prudens illi sermo: non præceps animi, sed omnia expēdens momentis rationum, quas etiam scripto diductas in vtramque partem versabat cum in grauioris momenti rebus versabatur. In negotijs maturabat, atque ea viuida, & quasi animata vsque ad optimum exitum protrahebat. Opportunitatum omnium captator erat oculatissimus.

In negotijs pertractandis ratio, & prudentia Ranutij.

17 Quam prudens porro aulicæ spei lactator, quam mirus artifex humanorum votorum protelandorū? Ille prope se prætereuntes cubicularios, rerumque sibi commissarum satagentes perhumano recreabat alloquio; ille spei dubios benignis fulcibat pollicitis, ille fidos ingentium præmiorum inanes non remittebat. Illius Amor & oculatus erat, & non alatus, quia nec sine maturo consilio quemquam amabat, & suscepto semel amori constantiam addebat. Ita duas ex amicitià pestes, temeritatem, & leuitatem abstu-

Prudentia œconomica, & erga aulicos.

abstulerat. Iamque ea vox Farnesiam per aulam cōmuni iactata prouerbio peruolitabat: Quem Serenissimus semel amat, semper amat. Oeconomicæ denique in illo prudentiæ summa hæc fuit: iugatus frugalitati splendor, ac magnificentia, siue domesticum cultum, siue seruorum multitudinem, ac uarietatem spectasses, quorum alij ad opus, alij ad decus, alij ad tutamen alebantur. Hastata Heluetiorum cohors, equitum turma catafractorum, lectissima gladiatorum manus Ducis latera stipantium, militares denique ordines ex ordine totà aulà dispositi regiam domum testabantur. Ingentia virorum robora, & pares animi, heriles etiam in seruis species visebantur.

18 Aulica disciplina.

Liuores, maledicentiæ, insidiæ, illiberales scurrilitates, effrenes licentiæ, parū honestæ intemperiæ, ac sexcenta his agnata vitiorū monstra procul à Ranutij aulà exigebantur, & eorū in locum grauitas, modestia, honestas, pietas, virtus denique omnis admittebantur. Quibus vnis, ac non alijs artibus facilis ad eius gratiam cuique aditus aperiebatur. Quid mirum? suos suo Princeps exemplo ad virtutes prouocabat, nec quisquam improbus à tam probo quidquam audebat sperare, nisi se illi ad uirtutis normam studuisset adprobare, O iucundum etiam nunc in memorià spectaculum! Quoties nostrum alicui cōtigit. A. causà negotij aulica interiora cubicula ingredienti uidere nobiles, ac proximos Principi cubicularios aut graui silentio piè secum meditabundos, aut sacros manu libellos peruolutantes;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

tantes, aut ore numen orantes, aut genu adorantes? Pythagoricum gymnasium, non domum negotiosam, Dei templum, non Principis aulam arbitrarere. Sed aulici herilem pietatem æmulabantur, & probitatis exemplum ab intimo Principis cubiculo quasi occulto à fonte dimanans regiam per omnem deriuabatur.

19 *Erga seruos qualis.*

Si quando vero aulicæ seruitutis pertæsus quispiam dimissionem exposcebat, sine cunctatione impetrabat. Numquam ille nec diuturnum, nec tutum reputauit coactum obsequium. Seruos quisquis habet exoratos, dominos habet, non seruos. Volentes ille admittebat, sæpe etiam dimittebat nolentes. Immo suos, si quando accideret vt grauiter in alios peccarent, grauiore quam alios pœnà premebat, ne quisquam aulicæ seruitutis nomine, atque honore ad effrenem licentiam abuteretur, nève seruilium scelerum infamià fieret, vt clarissimo regij nominis splendori dedecoris aliqua quasi nubes obtenderetur. Quos Princeps è suis aulicis vel exemplo vel monitis meliores in mores refingere non valuerat, aut suis ædibus, suàque illos familià interdicebat, aut mirà prudentiæ arte nec opinantes ad probitatem pene cogebat. Vnus quispiam aliquando ex eius famulatu ætate senex, mente iuuenis algenti pectore tam acres amoris flammas enutribat, vt etiã in amatorias epistolas, nõ sine multorum risu, ac stomacho erumperẽt. Obduratum ad verba Dux prudẽs dolo bono sic fregit. Interceptas ei⁹ literas amatoriarũ ineptiarum plenissimas ludionibus, & comœdis Par-

Lepidum exemplum serui pruden[tia] Ranutij [e]xamorati.

mæ

mæ tum forte degentibus clam mittit, iubetque vt, simulato argumento de sene amante, publice pro re natà eas literas in scenà recitarent. Paratur fabula, fit ingens de more in theatrum concursus. Protasis, & prima audiuntur diuerbia. Ad epitasim cum ventum est, ecce tibi amatoriæ resignantur literæ, ac ingenti risu theatri vniuersi excipiuntur. Aderat inuitatus, ac doli nescius inter auditores annosus ille, atque elegantulus literarum author: solus suas pernouit. res illum ita permouit, ac tam subito est horrore perculsus, tam ingenti pudore, pęnas exigente conscientià, est perfusus, vt repentinà quasi vndarũ in caput illuuione amoris in se facem extinxerit. Quo facto, & pacto prudentissimus Princeps, & seruum seniorem saniorem mentem edocuit, & comædijs (quas numquam audiebat) suum finem, hoc est morum emendationem reposuit.

Qui sic seruos aptauit, quales filios optauit? Ipsius votum ex ipsius verbis hauriamus. Malo, aiebat sępe adstantibus eius pietatis, & conscientiæ arbitris, malo ex me nati ante sepulcralibus tenebris obruantur, quam lethalis vllius admissi culpà polluantur. In eum finem ijs instituendos tradiderat præceptoribus, à quibus non minus bonarum artium documẽtis, quam virtutum imbuerentur exemplis. Vnum denique illi erat negotium, vt nullum Serenissimis filijs ad inutilia, vel perniciosa superesset otium. Hac ille prudentià, & publicam, & domesticam rem administrabat. 20

Serenissimos filios quì habuit.

Sed de publicà in primis quærat fortasse quispiam. 21

Vn-

Vnde illi tam prudẽs politici orbis versandi, tamque apta temperies, quam nostrà ætate sapiẽtissimi Principum experti sunt, ac demirati? Ab alto. A. ab alto tam alta, & à communi remota publicæ administrationis in eum depluebat solertia. Manum Reipublicæ clauo, syderibus oculos, animum cęlo admouebat. Vt Palynurus ille:

—— Clauumque affixus, & hærens
Nusquam amittebat, oculosque sub astra tenebat.

22 Auxiliares ille sibi copias ad publicam administrationem recte obeundam ex eo genere hominum aduocarat, quos otiosos, & Reipublicæ minime necessarios pronuntiant nostrorum temporum pseudopolitici deblateratores. Nam è numerosis, ac Religiosis Francisci legionibus lectissimam manum durà corporis afflictatione, ac euangelicà fortunarum abdicatione insignem inter Parmensium, & Placentinorum fines collocauit, religiose instructo domicilio (in quo sibi pius Princeps & sua seposuerat cubicula) excepit, hortorum amœnitatibus, aquarum corriuationibus, quotidianis victus perpetui largitionibus è regio suo penu ditauit, eà fine, ac mente, quas disertis plerumque verbis edixit: nempe vt sibi nocturnis, diurnisque ad Deum precibus præsenti essent auxilio ad Reipublicæ sibi à Deo comissæ onerariam potius, quam honorariam nauim per huius vitæ breuia, & syrtes in veræ felicitatis placidissimum portũ prudenter dirigendam.

Vnde auxilii Ranutio ad politicã administrationem.

32 Etenim secum ille, animo ad præteritorum sæculorum memoriam reuocato, sic reputabat. Cœle-

stis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

stis vindicta publicis populorũ sceleribus prouocata religiosarum precum pio concentu facilius exoratur, quã Romani olim Imperatores in theatris harmonicà plebis imploratione pacabantur. Diuina mens acceptas iniurias effusis piorum virorũ lacrymis citius obliterat, quã vnà matris lacrymà omnem literarũ, ac suspicionum acerbitatem deleri magnus affirmauit Alexander. Lubentius dia mititas vel vnius viri boni amore Vrbibus parcit, ac Prouincijs, quàm idẽ olim Alexander Pindari patriam in tanti poetæ memoriam, ac venerationem bello intactam præterijt. Supremus ille omnium in primis bonorũ parens nefariam Sodomorum vrbem vltricibus è cęlo flammis absumere quasi non audet, nisi prius Lotho vitę integro, ac puro scelerum euocato. Ruerent Vrbes, Regna funditus delerẽtur, nisi piorum heroum nocturnis ad Deum excubijs, & sacris eorum domicilijs quasi æthereis, atque æternis arcibus munirentur. Testis, vt cæteras omittam regiones, Mesopotamia, & in eà vrbs Nisibis, quam sæpius hostili barbarorum impetu arietatam Iacobus eius Antistes suis ita precibus firmauit, vt prorsus inexpugnabilem effecerit, ac tum maxime cum impetrato cœlitus culicum, cyniphumque infesto agmine Persicas copias profugauit, ac penè profligauit. Frustra, & inauspicato bellicæ apparantur expeditiones, nisi numine Religiosorum hominum precibus consulto, atq; exorato. Vitreũ est omne armorũ munimentũ, & Martius ille ardor eluditur, nisi amici Deo pectoris ope, atq; obiectu hostilia reiectentur hastilia. Testis

Religiosi etiam solitarij publico bono necessarij.

pietate insignis, & *armis* Theodosius Imperator, qui Maximi tyrannidem armis debellaturus, legatis per Ægyptum dimissis, sacros arenosæ regionis Anachoretas infimis precibus exorauit, vt se pugnante, Mosis exemplo ad cęlum ora, manusque attollerent. Tum sãctissimi eremicolę Sinuphij superhumerali sibi pro loricà imposito, & senili eiusdem baculo, quasi lancea dextram adarmans pius, ac strenus Imperator, inter ferream telorum grandinem vniuerso cum exercitu ita illęsus euasit, vt incruento milite, hostilia agmina victor cruentarit. Quid profana loquor Imperia? sacrum ecclesiæ regnum, cuius iura etiam in animos, & futurã æternitatẽ proferuntur, aliquà ex parte nutare, ac labefactari videretur, nisi heroicis Religiosorum cętuum laboribus quasi validissimis colũnis solidaretur. Testis Innocentius eo nomine tertius Pontifex Maximus, cui secundùm quietem Lateranensis basilicæ moles ruitura videbatur, nisi oppottuno Diui Dominici atlanteos humeros suggerentis auxilio suffulciretur. Væ gentibus, ac populis à præpotentis Dei vindice dexterà. Quis eam continet, ac volentem alligat? non ne Moses? nonne vel vnicus Deicola homuncio, irato qui numini pietate inuictà obluctatur? Vę terrarum orbi vniuerso, nisi & diuinæ uindictæ fulmina uestris, ò Religiosæ familiæ lacrymis extinguerentur, & cęlestis iræ ęstus uestrorum suspiriorum lenibus auris euentilarentur, & conceptum in nefarios homines cęlitus odium uestris Dauidicã ad lyram emodulationibus delineretur. Væ mortalium generi, nisi profanorum, & consceleratorũ hominum.

minum fędissimis libidinibus vestra continentia, sęuissimis rapinis vestra frugalitas, nefarijs cędibus vestra clementia, tartareis impietatibus vestra piacula, sceleribus denique magnitudine incredibilibus, multitudine innumerabilibus religiosa vestra innocentia diuinos ante oculos oppararentur.

In eiusmodi hominum inopum precibus, ac precariâ, vt ita dicam, ope Ranutius præcipua post Deũ, regiæ administrationis auxilia collocarat. Quos ille regnorum incolumitati per necessarios semper cẽsuit, non solum cum publicis adhortationibus, doctis dissertationibus, sacrorum administrationibus, consiliorum ad præsentes, scriptorum ad posteritatẽ commentationibus, pręclaris virtutum exemplis, generosà sanguinis etiam si res ferat, profusione omniũ ætatum, omnium ordinum homines, in gymnasijs, in templis, in publicis omnibus pietatis domicilijs ad pietatem, ad concordiam, ad debitum diuinis, atque humanis legibus obsequium strenue perurgent; sed etiam cum ab hominum cœtu sepositi sacrorum intra parietũ scepta delitescentes priuatim publicos pro regnis, ac regibus apud Deum agunt peroratores. 24

Præsidiarijs hisce, ac religiosis copijs ad politicam administrationem comparatis Dux Farnesius multimodam ac singularem è suà ipse pietate addebat industriam. Nam nullum etiam priuatum præcipue tamen nullum publicum, ac grauius negotium ordiebatur, nisi ante diuinà ope quacunque posset ope implorata. Non hecatombe, sed centenis, atque adeo millenis vero numini litari mãdabat hostijs: publicas 25

Quã sanctè Ranutius publicas res administraret.

ad Deum preces indicebat: vota ipse Deiparæ Lauretanæ ingentis pecuniæ sponsione grauia cōcipiebat, exoluebatque crebra criminum etiam leuiorum cōfessione, animum ad recti dispectionem repurgabat: ad ea, quæ meliora vidisset, approbassetque, promouenda, & perficiēda vires, & constantiam, cęlesti pabulo ab aris accepto, hauriebat: dominicà quaque luce sacrum Christi Domini corpus triticeà specie obnuptum pijssimi Ducis nutu palam in principe templorum arà extabat excipiendis publicis votis, ac precibus pro publicà re bene, ac feliciter administrandà. Nullas vnquam legationes ad se missas ante admisit, nec populi causas publicè vnquam prius audiuit, quā statas preces, quibus diuini spiritus auxilium imploratur, pronuntiaret. Quin immo, nec etiam dum publicè audiret quidquam pronuntiabat, cū paullo implicatiora se se darent negotia, nisi tacità mentis cogitatione in Deū elatà, solenni Deiparam precatiunculà salutasset, ac præorasset. Nimirum hoc est Principem seria seriò agere, immo humana diuinitus pertractare. Cibum ipsum, somnos, atque omne voluptatis etiam honestę genus, vt publicis vacaret negotijs, neglectui habebat.

26 *Principis officium.* Scilicet animo hauseras, optime Principū Ranuti, bonum regem seruum esse publicum, nec ad vnum summam deferri potestatem, vt delitijs difluat, voluptatibusque marcescat; sed vt vnius vigiliæ singulorū somnos custodiant, vnius laboribus omnium labores leniantur, vnius curæ publicam pariant securitatem. Intellexeras si cui ad hæc præstanda non esset

animus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

animus, meminiſſe illum debere dictum illud ab audaculà Philippo iniectum: Tibi me audire nō vacat? ſeptrum ergo deponito. Perſpexeras regiam coronam crebris curarum aculeis cuſpidatam, regiam purpurā quaſi roſam ſpinoſo ſatellitio circūuallatā, aurei ſeptri pondus lōge eſſe grauiſſimū, imperatoriū caput laureà coronà vireſcens argumentum eſſe animi publicà ſollicitudine amareſcentis. Audieras laudatiſſimū illud, ac plane regiū ſuſpirium: Heu regium diadema nobilē potius quam felicē pannū, curis, periculisque quāplurimis pleniſſimū! te ſi quis norit, nō modo non ambiat, ſed nec abiectū quidem humo ſuſtollat. Scibas hæc, & his paria, Ranuti; ea propter tā grauiter diu, noctuque te ipſe premebas, vt, te grauato, ſeu potius tuà grauitate, ac prouidētià Reipublicæ moles vniuerſa ciuilium malorum oneribus leuaretur. Alios alia Principes ornamenta commendent: tu, Ranuti, regale pectus illuſtre gerens fulgente iſto politicæ aſtrææ ſydere ſydus es Principum.

Sed iam tertium beneficę iuſtitiæ aſtrum in munificà Farneſij herois dextrà blande ſcintillans nos aduocat. Accedamus vt accendamur. Prætereo factas ab eo ingentis pecuniæ vel non rogantibus erogationes, & nummarias fortunæ copias nec opinātibus, tacito donātis nomine, ſubminiſtratas, ab eo nēpe, qui ſolidos virtutis fructꝰ, nō vanā honoris vmbrā captabat. Sileo exhibitos ab eodē regificos hoſpitaliū menſarū apparatus. Illud regiæ pietatis nec vulgare, nec vulgatum exemplum eſt, quo è ſuà ipſe menſà ſcitiſſimi ſaporis apparata fercula iubebat efferri, ac 27 Ranutij munificentia.

ſtatim

Regiæ beneficētiæ pium ac singulare exemplum.

ſtatim per urbem ſolandis inopum familiarum ieiunijs diriberi. tum demum ſe opipare arbitratus epulatum, cum alienam famem expuliſſet. Quin, & iuſſerat quidquid panis aulicis è menſis ſupereſſet, non in penum reponi, ſed totum in egenos erogari. Munificentior Ranutij, quam Regia Perſarum menſa, è quà ſua etiam canibus fercula prouidebātur cum arbitrarentur communicatione ciborum etiam ferociſſima cicurari. Sane Ranutio menſa omnis deſipiebat, quam pia liberalitas non condiret. Cœlitū, arbitror, æmulabatur conuiuia, quorum menſæ nectaris, atque ambroſiæ beatiſſimà copià redundantes nocturnum ſudo aere ſtillantes in rorem hiantes floſculos, quaſi egentulos lactant odoratos.

28 Cæterum quid miremur Sereniſſimum Ranutium egenis menſam impendiſſe, qui etiam impendit ſeruitutem? extant qui adſtiterunt, penè audiunt qui & uiderunt, adhuc uiuunt qui uitam benigno Principis debent miniſterio. Pannoſum ille olim, ac ſeminudum puellulum aptiſſimo ad liberalium artium non poſtremum ingenio, in tabernà mendicatis fruſtulis uictitantem in aulam adduci, & paullò poſt lethali tabe correptum intra uiridarium, quo tunc Sereniſ. æſtus leniendi gratià diuerterat, ſuam in ædē iubet inferri. Ibi mutæ noctis ſilentio cum reliquam omnem familiam altiſſimus ſopor obtineret, peruigil Princeps medicatam aureo cratere potionem ſuà ipſe manu inopi ægrotulo ſedulus afferre, hauriret hortari, blande ſolari, in accubitum alleuare, fulcire, adſtare, omni denique officioſi miniſterij genere adiu-

Aegrotanti ſeruulo inſeruit.

tare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

are. O illuſtre, nec nocturnis illis tenebris, ſed meridiano ſplendore digniſſimum ſpectaculum. O facinus memorandum, nec in tempeſto illo, atque intempeſtiuo ſilentio premendum, ſed omnium gentium linguis celebrandum! Crediderim noua tunc cęlum aſtra exeruiſſe, vt pluribus quaſi oculis tam rarum regiæ pietatis exemplum in terris etiam ab alto ſuſpiceret. Nec ſublimis ille *Crater* ſeno ſydere conſpicuus nocturno, ac ſereno cœlo tam late diffulget, quantis virtutum ſplendoribus medicum illud poculum Sereniſſimi Ducis in dexterà radiabat. Quæ tanta pharmaci amarities, quæ tantà benignitate nō dulceſceret? Quæ tanta vis morbi, quæ tam prope diuinà Principis humanitate non leniretur?

Sed alienæ vitæ hoc facto ipſe incolumis eſt opitulatus, at eo, quod mox addā dum ſeruum lethali molitur eripere diſcrimine, vitæ ipſe diſcrimen, nec leue corporis adijt detrimentum. Hybernis Aquilonibus gelidus aer inhorruerat, & flumina glaciali vincta compede liquidos curſus requierant, cum Ranutius paucorum adducto comitatu, citatis equis Romà huc Parmam præuolabat. Ecce tibi repente in curſu præcipiti præceps ex equo ruit glacialem in foſſam comitum vnus. Ponè qui ſequebantur ſiſtere equos, deuolui, tumultu miſceri, opem extremo in diſcrimine laboranti quam poſſent afferre. Ad eas voces Sereniſſimus non ſolum dignitate, ſed & curſus pernicitate vere Dux agminis, reſpexit: illico reſilit, deſilit, niue ac gelu penè demergitur, voce, conſilio, manu opitulatur, molitur, ſatagit, omnem in partem ſe

29

Seruum extremo diſcrimini eripit ſuo cum diſcrimine.

verſat,

versat, ac tandiu glacialibus vndis alterum pedem sui oblitus pio illo in labore distinuit, donec sinistri pedis pollex concepti frigoris horrore mox victus sine sensu prorsus obriguit. Incolumem Dux comitem, famulum herus iam ipse non incolumis extraxit. Execta est illi deinde pars pollicis iam sensu cassa. Sibi pedem potius, quã comitum numerum imminui passus est, & digito minor fieri maluit, quam minor fieri charitate. Sęua glacies natiuum quidem extremi membri calorem extinxit, sed æstuantem magnanimi pectoris charitatem non euicit. Euincire vero regium caput nulla potest corona decentior, quam quæ seruato ex homine reportatur. Hac Princeps pietate longe maior, quàm bellicà fortitudine, quam in eo meritis præconijs extulerũt aliorum Oratorum laudatissimæ laudationes. Ac quid ego nunc Serenissimo Ranutio simillimà eius voce, qua Lacęna mater claudicanti olim ex vulnere filio, non ad gratuler? Macte istà pietate heros, sine memorià virtutis pedem non ponebas. Gradum altius quò attollat boni Principis virtus non habet, quàm vt etiam ad infimæ fortunæ homines eleuandos demittatur.

30 Video .A. Ranutianæ beneficentię quasi aureæ catenæ anulum ex anulo trahi, & ex vno in aliud facinore numerosà serie nos abripi.

Multa mihi virtus animo, multosque recursat
Regisonos: hærent infixi pectore vultus,

Triumphus Ranutianæ beneficentiæ in naufragio.

& verba, & sudores Farnesij Principis in cõmuni calamitate pro cõmuni bono laborantis, & inter elementa, rupto fœdere, deprælianti inter ig[illegible] nubiũ

tor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

tormenta, inter effrænatas ventorum cõspirationes, inter insanas vndarum arietationes celsà in puppi celsiore animo prestantis, ac nobiles milites, europeę virtutis robora, tabularum, scapharum, funium submissione miserando è naufragio abripientis; eo scilicet tempore cum Algirium regiam Mauritaniæ vrbem Hispana classis funditus euersura mediterranei oceani sęuissimà tempestate conflictabatur. Regium munus, Parmensis regule, regium plane munus eo facto exercebas, cuius est in aduersis Reipublicæ tempestatibus alienam incolumitatem, etiam cum vitæ discrimine, accurare. Aduersi fortasse regiæ classi Australes illi turbines reflarint, tuæ profecto gloriæ, Ranuti, numquam magis secundi spirarunt. Ierit sane in ventos classicus ille marinæ expeditionis apparatus, tu profecto spolijs numquam opimioribus onustior, nobilioribus nunquam trophęis honestior, quã tunc, vllis à prælijs redijsti, tot naufragis tuà manu in bellicas triremes, atque adeo ad vitam ipsam reuocatis. Casso excitu martiæ illæ acies intẽpestæ tẽpestatis iniurià in gloriæ remearint, tu inaudito genere victoriæ non cęsis, sed seruatis hominibus, sine pugnà, & sanguine de iratà fortunà, deque aduersis elementis triũphasti. Tibi tunc Prætoriam triremem pro curru triũphali tuà victi, ac frenati pietate venti ad immortalis gloriæ portũ, ad sublime immortalitatis capitoliũ conuehebant. Tu plane dignior, quã olim Vlysses, qui bellico tuo clypeo Delphinẽ coronatũ, veri regis insigne, ac symbolũ, appingas, cuius ope tot naufragantes ex vndosę mortis faucibus enatarũt.

31 Vna tantum te cura torquebat; vna tantum abs te vox Æneià voce in sociorum naufragio nobilior audiebatur: Heu, mitisſime humani generis reparator, cuius innocentes artus meæ salutis gratià excarnificati, largis diuini cruoris fluminibus exundarunt,

—— Me barbaricis occumbere campis
Non potuisse tuàq; animam hanc effundere causà?

Desiderium martyrij in Ranutio.

Perenne tibi martyrium intulit Ranuti, nobile uotũ martyrij. Vos, ò nobilissimi proceres adhuc Farnesià in aulà superstites, & fida olim Ranutio in bellis pectora, vos apello. Quoties vobis ille adstantibus exclamauit: O nos fortunatos, si nobis è cęlo annueretur pio aliquo in prælio vitam pro Christi Domini obsequio, ac fide profundere! inter magnanimas hasce voces, ac suspiria vbertim ex oculis defluebant heroica per ora decoræ lacrymæ Amoris indices, cruoris obsides. Amoris erga Religionem in pectore æstuantis, ac oblitescentis, cruoris è venis pro pietate erumpere gliscentis.

32 Date veniam, nobilissimi A. mihi ipsi imperare nõ possum vt in hac heroicę pietatis, ac beneficentiæ cõmemoratione insigne Ranutij facinus iniquo contineam silentio. Sine pij Principis, & æquæ posteritatis iniurià premi non potest. liberalitatis exemplũ omne superauit qui se totum alieno iuri, ac bono mancipare tentauit. Fuit enim aliquando, fuit A. cũ Serenissimus Ranutius non leui quadam, ac fugaci cogitatione (sic verba ipsemet Princeps iterabat dũ hæc pio, ac fido viro narraret) non leui, ac fugaci cogitatione, sed serià, & firmata animi deliberatione se-

Religiosæ vitæ ineundæ deliberatio, & studium in Ranutio.

cum

cum ipse constituerat se se Principatu, & omni rerũ humanarum possessione abdicare, vt in Religiosæ familiæ (quam nomine signare nil est necesse) numerũ coaptatus, & in vltimos Indiarum recessus amãdatus ibi suæ, atque alienæ saluti totus vacaret, donec illi ab alto concederetur, vt barbarico ferro pro religione concideretur. Et iam datis ad absentes necessarios literis, & secretis ad præsentes alloquijs res incaluerat, cum cœlestis prouidentiæ nutu factum est vt tam heroicæ deliberationis cursum necessaria obsepirent impedimenta; Ne scilicet pius Princeps Religiosæ vitæ apud homines laude, apud Deum præmio fraudaretur, neu Principatus tam Religioso Principe orbaretur. Fecit ille quòd valuit, si quod voluit non effecit. Ab ipso non fuit quo minus id esset quod animo iam conceperat. Virtutẽ sapientes, ac Deus animi voto, non rei exitù metiuntur.

——— Laudandaque velle
Est satis, & nunquam successu crescit honestum.

Animum exinde Ranutius appulit ad quam plu- 33
rimos in eum tutioris vitæ portũ, quo ipse arcebatur, quacunq; posset ope appellẽdos. Itaq; quã multis ille adolescẽtibus, quibus aditu ad religiosa domicilia inhumana parentum humanitas obstruxerat, ita exoratos parentes reddidit, ut pia natorum exẽpla parẽtes penè ipsimet adsequerentur? Quam multos in susceptæ arctioris uitæ proposito nutantes, iam iamque elapsuros suis ille adhortationibus continuit, ac firmauit? Quot ille à religiosis castris ad sæcularem libertatem trãsfugas blandis pollicitationibus, & im-

petratà pęnarum impunitate, uel ſaltem mitigatione, ſub deſerta crucis uexilla reuocauit? Qui uerò pijs eius conſilijs non paruerunt perierunt. Ecquã igitur regiæ huic, ac piæ beneficentiã æquipararis, quæ alienis corporibus, atq; animis alienis cõmodis, atq; obſequijs, & pecuniã, & menſam, & conſiliũ, & operã, & ſanguinẽ, & libertatem impendere nõ dubitarit? Quã nec nocturni horrores obſcurarint nec hybernę niues retardarint, nec uẽti, tẽpeſtateſq; ſuperarint?

34 Verum hæc priuatim ad aliquos, illa publicè ad omnes deriuata beneficia. Quorum illud in primis laurea dignisſimum quo doctas muſarũ Lauros hac in urbe conſeuit, ac ſtare iuſsit publicum ſciẽtiarum domicilium, atque uniuerſitatẽ. At ut noſtrũ propius agitemus negotiũ, nec indiſcreto uagemur eloquio, iuris utriuſque ac medicæ facultatis utilisſimas diſciplinas domicilijs iã à noſtro Muſęo diſcretas etiã oratione nunc ſeponamus, ac tãtum de Theologicis, ac Philoſophicis ſciẽtijs, atq; adeo de mitioribus muſis, quibus in facultatibus noſtræ ſocietatis ad publicam vtilitatẽ verſatur labor, eloquamur. Prudentisſimo Principum Ranutio illa alta inſederat ſentẽtia ſapiẽtũ omniũ approbata ſentẽtijs * Αʼρχὰ πολιτίας ἁπάσας νέων τροφά. Fundamentum totius Reipublicæ adoleſcentum eſt educatio, eam ob rem Farneſius Princeps primam pueritiã literarijs ludis excipi voluit, & quaſi per ludum ad ſeria inſtitui, vt non minus emendatę viuere, quàm ſcribere doceretur, & orationis nitori morum etiam elegantiam coniugaret. Ac quoniam maximum publicæ rei rectè inſtituendæ momẽtum

Publicæ Academiæ inſtitutio.

Doricè. Pythagorici Philoſophi.

repositum est in ipsà nobilitate, vnde optimates ad publica munia deliguntur, & ad nobilium exempla mobile vulgus inflectitur; ecce vobis A. in hac vrbe Ranutij operosà prouidentià clarissimum nobilissimæ iuuentutis domicilium, hoc est disciplinarum, ac virtutum omnium amplissimum *Aluearium*, quò lectissima Italicæ, atque exteræ nobilitatis examina certatim vndique conuolant. Farnesiorum *Tantus amor florum* est. Denique humanarum omniũ prauitatum, cõmuniumque infortuniorum proluuies gemino de fonte promanant, quorum alter veri boni est ignoratio; alter vitiata malorum bonorum appetitio. Quarũ altera in rudioribus, altera in eruditioribus ferme dominãtur. Vtrique contagio medelam prouidit nostrę regius author Academiæ. In quà earũ arcana scientiarum reserantur, quæ nitidissimà veritatis face ad liquidissimæ felicitatis fontem prælucẽt. Tum religiosę iuuentutis è nostrà familià generosæ excoluntur propagines, quę varias in oras traductæ, solidis virtutum firmatæ radicibus, vberrimos sanæ doctrinæ fructus vbique progignunt.

Allusio, ad symbolum Collegij nobilium Parmẽsis à Ranutio instituti Aluetìcum est, apes, & lilia cum epigraphe Tãtus amor florum.

Et iã Parmẽsis Gymnasij famà prouocatos, nõ modo ex oĩb⁹ Italiæ Prouĩcijs, sed ab exteris ẽt regnis, ac Nationib⁹ Hispanos, Gallos, Anglos, Germanos, Polonos Lituanos, Hũnos, Epirotas, Grecos, atq; alienigenas alios nostrarũ disciplinarũ hac ĩ Vrbe vidim⁹ auditores. Iã è Parmensiũ Musarũ choris doctissima laureatorũ agmina prodierũt, quorũ alij paratas hìc pietatis ac doctrinę opes in gymnasijs, in tẽplis sũmà cũ laude, atq; vtilitate profuderũt, alij egregijs literarũ monumẽtis

ad

ad posteros transmiserunt, alij ad barbaras gentes, ac nationes extremos vsq; ad Indos noui orbis ignotis oris intulerunt: vt ad remotissimas etiã nationes Ranutij profluant beneficia, & omnium gentium linguis eius gloria deprædicetur. Iam literaria hæc substructio *mole suà stat validis innixa columnis* quas ipsa sibi suis artibus elaborauit. Iam in ea externis auxilijs nil indigà qui didicere quæ didicere docuerunt, ac docent. Iam purissimo scientiarum lacte suis olim fœtibus infuso ipsa nunc renutritur, ac sui quodammodo parens, ac filia est. Vel rudis hæc, atque inculta in Ranutium laudatio è Farnesiani Lycei decerpta est viridarijs; vt & ipsa eloquentia funerato altori suo leui hoc saltem flosculorum tributo parentet. *Venient annis secula seris* cum vberioribus ex hoc fonte museo laudum irrigata fluentis perpetuo vere Farnesia lilia reflorebunt. Ab hac quasi arce Palladis fama perennis æternis tubarum clangoribus. Ranutij nomẽ in omnem posteritatem personabit.

Regiam arcem, ac munitissimam construxit, & instruxit.

Palladis Arcem dixi longe diutius eà arce perennaturam, quam omni armamentorum genere munitissimam à fundamentis regius idem heros in hac vrbe Marti regiam instruxit. Visuntur in eà ingentes æreorum tormentorum machinæ, quæ concepto igne ferreos globos euomentes, æthærea fulmina æmulãtur. in hac disertissimorum virorum flammeæ linguæ contra rebelles hæreticorum phalanges audiuntur detonantes. Ibi contra bellicos impetus maximi, ac pulcherrimi armorum adstant apparatus; hic trepida

morta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

mortalium pectora philosophicis moralium rationũ firmamentis contra sæuos fortunæ impetus obarmãtur. Ibi ferreæ cuspides hostili sanguine tingendæ acuuntur; hic aureus eloquentiæ stylus in musarum officinà elaboratus victuris chartis docta illinit atramenta. Ibi omnia rigidum martem, & plurimam mortem spirant; hic fama scriptorijs pennis elata circumuolat, vt quos sepulcralia iam exanimis excepère monumenta, literarijs ij viuant monumentis. Quid multa? Martem, ac musas longe præstantius, quàm nos nostrà nũc oratione componimus, eodem domicilio iunxit Ranutius, dum, vt bellica virtus, & literarium otium, etiam per ludum feriarentur, *Bellonæ, ac Musis* amplissimum aperuit theatrum Princeps amplissimus, cuius in animo bellicarum pacatarumque virtutum pulcherrima series theatrabantur.

Allusio ad inscriptionem theatri nostrà ætate pulcherrimi à Ranutio conditi.

Nimirum Dux ipse humanissimus humanitatis ingenua studia excolentes colebat, & cœtui omni liberalibus artibus addicto ipse liberalissimus erat addictus. Qui, quæ musæ canerent gessit, musas adamauit. Nam

Doctis viris impensè fauebat.

Carmen amat quisquis carmine digna gerit.

Philosophiam omnem, qui ex eius præscriptis vitam suam moderabatur, venerabatur. Tyrannorum est sapientiam, atque eius professores auersari, ac submouere, ne dum inimicas vitijs disciplinas tolerant, carius eorum uitia prodantur nec tolerentur. Honestatis magistras artes tollunt ne ipsi hostes honestatis tollantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

37 Longe his diſpar Ranutius, qui, literariâ noſtra Academiâ regijs ſumptibus inſtructâ, fecit beneficentiſſimus Princeps pro hęreditariâ Sereniſſimę Farneſianæ familiæ in Religioſam noſtram familiā munificentiâ. Cui quemadmodum prima noſtri ordinis & olim naſcentis incunabula, & adhuc adoleſcentis incrementa referimus accepta, itâ etiam pro tantis in nos beneficijs perpetua grati animi penſa rependemus, & Parmenſibus Farneſiorum Muſis noſtras etiam gratias adiugabimus. Nulla regio capite corona dignor coronâ Gratiarum. Hanc nos Sereniſſimo Ranutio perpetuis pietatis, & literarum obſequijs allaborabimus. Hanc ille ſibi munificâ manu beneficentiæ gemmis inſignem conflauit. Hāc illi Aſtræa religioſæ, politicæ, ac beneficæ iuſtitiæ terno aſtro quaſi tribus Gratijs illuſtrem Duci ſuo impoſuit.

Alia nunc omiſſa promētur aliàs.

Plura in dies, ac maiora magnanimus Princeps ad publicam vtilitatem moliebatur, niſi repente mors inuolans abripuiſſet illi uitam, mihi orationem.



DE POLITICA, SEV REGIA FELICITATE DISCEPTATIONES SCOLASTICÆ,

In quibus veræ Politicæ fundamenta firmantur è lumine naturæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

SYNOPSIS IN DISCEPTATIONES DE POLITICA, SEV REGIA FELICITATE.

Prior numerus Caput, secundus numeros capitis marginales indicat.

 mica,

LECTOR.

Inscriptionem: *Disceptationes Scholasticæ*, dum legis, ne vanas verborum pugnas expecta. Ad praxim in ijs habes id vnum, quod & fundamentum est, & instar omnium, quæ de verâ politicâ scribi possunt, contra sophismata Pseudopoliticorum blande, ac speciose abducentium à verâ felicitate Principes; quibus ante omnes, hîc prodesse, & pro quibus hîc pugnare contendimus.

DISCEPTATIONES SCHOLASTICÆ DE POLITICA, SEU REGIA FELICITATE.

CAPUT PRIMUM.

Propositum authoris. Vtilitas operis. Monita lectori. Senecæ locus præclarus explicatus.

PRopositum nobis est, non immiscere nos politicis negotijs, nec artes regni amplificandi docere, sed tantũ pro munere philosophiæ moralis, quam docemus, & pro argumenti quo de agimus, serie, nempe de felicitate, quærere etiam sit ne in Principatu humana felicitas? ac docere in interiore animi regno eam esse; quibusque virtutibus princeps, atque alij dignitatibus illustres veram felicitatem consequantur. Cum ostensum à nobis erit nec in Principatu, quod videtur humanæ felicitatis fastigium, esse felicitatem, facile constabit minus esse in ceteris fortunæ bonis minoribus. Aristot. eth. c. 2. *Si etiam & vni homini, & ciuitati bonum idem sit; bonum tamen ciuitatis & acquirere, & conseruare maius quid, ac diuinius videtur.* 1

Hoc præcipuũ est propositum authoris.

Vtilitas propositi argumenti.

Ille

Ille verò toti ciuitati, atque vniuersæ Reipublicę maximum confert beneficium, qui Reipublicæ caput, hoc est Principem ad virtutem instituit. Ciuilem, ac publicam felicitatem breui compendio à fonte nitidare est, reges, ac magistratus à nimià regnandi cupiditate retardare, ac præcepta illis è moralis philosophiæ fontibus tradere, quibus se, atque alios rectè cum virtute componant.

2 *Morales philosophi Principum maximè amantes sũt. Lucretius.*

Id muneris moralis est philosophi; quo nullus hominum principes viros, ac Reipublicæ administratores pluris facit, amat, ac reueretur; cum agnoscat eorum se beneficio *securum* in negotioso philosophiæ otio *agere æuum*. Sen. ep. 73. *quemadmodum præceptores suos veneratur, ac suspicit, quorum beneficio se vitijs exuit: sic & his, sub quorum tutelà positus exercet bonas artes.* ibidem: *cogitat sapiẽs per quem pacis, & libertatis sibi vsus, fructusq; contingat, per quem non ad arma illum, nec ad seruandas vigilias, nec ad tuenda mœnia, & multiplex belli tributum publica necessitas vocet: agitque Gubernatori suo gratias.* Cum Virgiliano illo pastore canit de bono Principe:

O melibæe, Deus nobis hæc otia fecit.
Namque erit ille mihi semper Deus. &:
Ille meas errare boues, vt cernis, & ipsum
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.

Nostri sæculi Catholici Principes laudantur.

Tantis beneficijs maximam se debere gratiam arbitratur philosophus, ac maximum rependit beneficium, scilicet veræ felicitatis, verique regni cognitionem, & ad ea consequenda, tutam, ac breuem virtutis semitam. Tutum, atque vtile est hoc Catholicorum

Prin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Principum vere aureo sæculo aurea hæc philosophiæ pręcepta illis propinare. Nam libenter philosophiæ præcepta audiunt, qui philosopham uitam agunt: Philosophari verò Principem nihil aliud est, quam ex Dei, ac rectæ rationis legibus subiectos sibi populos regere. *Principis philosophia*

3 Nec uero decet quemlibet sibi assumere id muneris, ut temerè publicæ rei rectoribus de uirtute præcipiat; sed eos id agere decet quibus aut ætas maturior, aut uitæ institutum ad alienam, ac præcipue publicā utilitatem comparatum, ac approbatum, aut moralis philosophiæ magisterium, aut in primis sacerdotij Christiani dignitas, quæ regiæ præstat (vt infra ostendemus) eam authoritatem compararunt. *Non omniū est politica tractare.*

Erit in sequentibus dissertationibus sua etiam priuatis hominibus, aut ijs, quibus minor regendorum numerus commissus est, vtilitas. nam apparebit, veram hominis felicitatem, ac regnum non in externo ad alios, sed in interiori animi esse regno. Et quæ de regendis ex virtute populis pręcipiuntur, ea vsui erūt attemperata domesticis, & minoribus cœtibus regēdis. Dogmaticis paręnetica (sine quibus moralis philosophia parum habet vtilitatis) addemus; ne vllam à nobis, ethicæ philosophiæ partem desideres. *Vtilitas ex hoc argumēto pro monasticà, & pro politicà virtute.*

4 Quod Seneca vniuersim alicubi præcipit: *Doce leue esse, vanumque hoc, quod felicitatis dicitur, vnam illi syllabam facillime accedere* id speciatim agēdum de eà felicitate, quæ in principatu, magistratibus, ac dignitatibus apparet; ne falsà specie homines decepti, repentinà ibi obruantur infelicitate, vbi se ma- *Locus Senecæ insignis.*

xime

maxime felices arbitrabantur. Corrige, lector, ex occasione modo à Senecà citatæ sententiæ, eorum interpretationem, qui eam syllabã, quam affirmat Philosophus facillime accedere felicitati, aiunt esse *fel.* Parum aptè: nam felicitatis nomen habet iam fel in primà syllabà, nec sine felle vlla est felicitas mortaliũ; Itaque nil est necesse eam syllabam accedere felicitati, quæ in ipso felicitatis nomine iam est. Ego igitur censeo syllabam illam, quæ facile accedere possit felicitati esse syllabam, *in*, vt facile fiat è felicitate infelicitas. Atque id est, quod nostris hisce quæstionibus venamur, nimirum apertis reserare rationibus feliciũ infelicitatem. Rationibus autem vtemur à lumine naturæ petitis, & auctoritatibus philosophorum antiquorum, etiam Ethnicorum, vt cuiuscũque sectæ, ac nationis hominibus nostra hæc prosit doctrina.

Interpretatio authoris.

5 Scholasticè potius (non sine eruditionibus tamẽ) quàm oratoriè nostrum agemus negotium; Ideo ne tractationis modo sua dissonet oratio, dabis veniam in hac parte incompto, & ad veritatem apto sermoni, amice lector.

Excusatio sermonis pro argumenti exigentià.

CAPVT II.

In Principatu ecquidnam sit undequaque perfecti, ac verè felicitantis? Tum locus Iuuenalis illustratus.

1 SIt igitur quæstio: *sit ne in principatu felicitas.* Aio non esse, ac tribus præcipuis rationibus confirmo.

mo. Prima ex Boet. de consolat. philosoph. lib. 2. pros. 6, & lib. 3. pros. 5, ex D. Thom. 1. 2. quæst. 2. a. 4, & cõtra gentes lib. 3. cap. 31. num. 5. Felicitas est bonum perfectissimũ vt patet ex Philosopho lib. 1. Ethic. c. 7. At principatus res valde accisa, ac multis modis imperfecta est, Ergo in principatu humana felicitas non est. Minorem propositionem multimode licet probare.

Primo quia regia potestas, ac principatus nituntur valde nutanti, ac labanti fundamento, voluntatibus nempe, atque opinionibus subditorum hominum, quibus vt pote intrinsecè liberis nihil inconstãtius. Quin etiam, vt acutè Sanctus Doctor innuit, quò maior est principatus, & latior in plures potestas, eò est infirmior. Nam quod à pluribus pendet, plurifariam dirui potest.

Acutè, ac verè à S. Thomà.

Secundo nullum tam late patet imperium, quin 3
longe plures sint nationes, quas illud nõ attingit, quã eæ, quas obtinet. Ergo regiæ cuilibet dominationi plus lõgè id est, quod deest, quam quod adest, & plus inest impotentiæ, quam potentiæ. Boet. l. 3. pr. 5. *si regnorum potestas beatitudinis author est, nonne si quà parte defuerit, felicitatem minuat, miseriam importet? Sed quamuis late humana tendantur imperia, plures necesse est gentes relinqui, quibus regum quisque non imperet. Quà vero parte beatos faciens desinit potestas, hac impotentia subintrat, quæ miseros facit. Hoc igitur modo maiorem regibus inesse necesse est miseriæ portionem.*

Tertio regia potentia se ipsa firmare non potest, 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.84

nec sibi ipsa sufficit. ego nõ ausim eloquatur Boet. sup. *An tu potentem censes, quem videas velle quod non possit efficere? Potentem censes, qui satellite latus ambit; qui quos terret ipse plus metuit? Qui vt potens esse videatur in seruientium manu situm est?* superius: *quæ est igitur hæc potestas, quæ sollicitudinum morsus expellere, quæ formidinis aculeos vitare nequit?* & adhuc superius: *ò præclarã potentiam, quæ nec ad conseruationem quidem sui satis efficax inuenitur!* satellitium ipsum, & armorum apparatus Principem tutantium argumenta sunt imbecillitatis parum sibi sufficientis; cum pluribus ad sui tutelam Princeps egeat, quàm vir priuatus.

5 Quarto. Imbecillis, atque impotens ea est potentia, quæ in homines maxime imbecillia animalia, & in externa tantum fortunæ bona, aut in corpus, non in animum ius habet. Nicocreon Anaxarcum philosophum comprehensum in saxum concauum conijci, & ferreis malleis iusserat cędi. At Philosophus pœnæ suæ negligens illud ingeminabat. *Tunde, tunde Anaxarchi follem (sic ille corpus appellabat) Anaxarchum certe tundere non potes.* Sen. de tranquill. cap. 3. *Socrates imitari volentibus magnum circumferebat exemplar, cum inter triginta dominos liber incederet.* Apud Philonem Iudæum libro *de probi viri libertate* gymnosophista Indorum Calanus Alexandro sic scribit. *Amici tibi persuadent vt cogas Indorum Philosophos, ne per somnum quidem conspicati nostras res, & nostra negotia. Corpora de loco ad locum transferes, animis inuitis nullam vim inferes, ni-*

Insigne epistolion plenũ animi, & magni, & liberi.

hilo

hilo magis quàm si làteres, & ligna cogas vocem mittere. Ignis corporibus viuis maximos dolores excitat non sine pernicie; hunc tamen nos despicimus dum viui comburimur. Nullus rex, nullus Princeps potest efficere vt quicquam agamus præter animi sententiam & paullo post; *Breui momento & beatitatem, & libertatem adipiscimur* scilicet tormentis corpus cogentibus è vità pulsi. Optime omnium in rem nostram Boet.l.2. prof. 6. *quæ vero est ista expetibilis potentia? Nonne consideratis quibus præsidere videamini? nam si inter mures videres vnum aliquem ius sibi, ac potestatem præ cæteris vindicantem quanto moucreris cachinno? Quid vero, si corpus spectes, imbecillius homine reperire queas, quos (notent Grãmatici locutionis consonantiam, Catulli tamen, & aliorum latinorum exemplis. Sed non his hìc locus) quos sæpe muscularum quoque vel morsus, vel in secreta quæque reptantium necat introitus? Quo vero quisquam ius aliquod in quempiam, nisi in solum corpus, & quod est infra corpus (fortunã loquor) posit exercere? num libero vmquam imperabis animo? num mentem firma sibi ratione cohærẽtem de statu propria quietis amouebis?*

Homo animal imbecille.

6 Quinto Finge te terrarum omnium, ac mariũ Monarcham, imperfecta tamen, atque angusta est ea potentia, quæ in puncto dominatur. Terra puncti habet instar cum immensitate vniuersi comparata, vt facile ostendũt Geometrę. Sen. lib. 2. quæst. natural. in proemio de terrà: *Hoc est illud punctum, quod inter tot gentes ferro, & igni diuiditur? O quam ridiculi sunt*

Terra puncti habet instar.

mortalium termini? Vltrà Istrum Dacus non exeat: Strymo Thracas includat: Parthis obstet Euphrates: Danubius Sarmatica, ac Romana disterminet: Rhenus Germaniæ modum faciat: Pirenæus medium inter Gallias, & Hispanias iugum extollat; inter Ægyptum, & Æthiopas arenarum inculta uastitas iaceat. Si quis formicis det intellectum hominis, nonne & illæ vnam aream in multas prouincias diuident? Cum te (animo supra, immo extra terram in cęlestia) *vere magna sustuleris; quoties videbis exercitus subiectis ire vexillis, & quasi magnum aliquid agatur, equitem modo vlteriora explorantem; modo à lateribus affusum, libebit dicere:* It nigrum campis agmen *formicarum iste discursus est in angusto laborantium. Quid illis, & nobis interest, nisi exigui mensura corpusculi? Punctum est istud, in quo nauigatis, in quo bellatis, in quo regna disponitis: minima, etiam cum illis vtrinque Oceanus occurrit. Sursum ingentia spatia sunt, in quorum possessionem animus admittitur &c.* Pene his gemina Plin. natural. histor. lib. 2. cap. 68.

7 Sexto. Si aliqua tibi videtur ea potētia quæ multas, ac magnas calamitates possit in alios inferre, profecto imperfectissima eadem est, quæ impedire non potest, quominus easdem ab alijs patiatur. Valent hic prouerbia: *Cornix scorpium, & coruus serpentem.* Quemadmodum enim in Æsopico Apologo cornix scorpiū dum mordet, à caudà scorpionis remordetur; sic potenter nocentibus iustà Dei vltione potenter renocetur. Ouid. 1. de arte.

Proverbij, & fabellæ explicatio.

Vide in his diuinæ prouidentiæ iustitiam.

In laqueos, quos posuere, cadunt.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

In annalibus Ecclesiasticis, & prophanis leges Euthymium nescioquem, qui in gratiam Iustinæ Augustæ domum prope Episcopium Mediolanense conduxerat, currumque parauerat, quo Ambrosium Episcopum in exilium deportaret, vertente anno, eodem die, ab eadem domo, eodem curru Principum iussu ipsum Euthymium in exilium fuisse abreptum, Ambrosio victum illi suppeditante. Quid memorem Eutropium summæ apud Arcadium potentiæ, qui eidem Imperatori author fuerat iniquæ legis contra templorum immunitatem? non multo post cum, reflante fortunà, in templum idem Eutropius confugisset, passus est iniuriam, quã templis intulerat, ac vi extractus, & mactatus est. qui miseris profugium abstulerat profugiũ non habuit. Ægyptius Tyrannus, qui masculos hæbreorum infantulos in flumen deici mandarat, Persici sinus vndis, dum fugientes hæbreos persequeretur, vnà cum exercitu submersus interijt. De quo nos aliquando lusimus.

Qui puellos rapidis
Merserat vndis, mergitur vndis.

Insigne Annibalis exẽplũ est, de quo Iuuen. sat. 10 8

Finem animæ, quæ res humanas miscuit olim,
Non gladij, non saxa dabunt, non tela, sed ille
Cannarum vindex, & tanti sanguinis vltor
Annulus.

Locus Iuuenalis reconditus.

Cuius loci commentatores historicã quidem explicationẽ afferunt, sed nullus, quẽ viderim, mirã Dei prouidentiã aduertit in retaliato in Annibalem pœnę, ac

Ab authore interpretatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

mortis genere. Tantà ille strage apud Cannas Romanum exercitum affecerat, vt equestrium annulorum tres modios cum dimidio Carthaginem miserit. At ille idem coactus est venenum haurire, quod secũ in annulo gestabat. Annularem, vt ita dicam, Romanorum cladem annulari morte diluit. Quo sensu, ni fallor, Iuuenalis verba maxime illustrantur; & nostrum negotium maxime cõfirmatur, hoc, atque alijs adductis exemplis, quibus videas imperfectam regũ potentiam, qui pati possunt, quæ pati cogunt. Huc se addat & Boetius lib. 2. pr. 6. *Quid est, quod in alium* (Princeps) *poßit facere, quod sustinere ab alio ipse nõ poßit? Regulus plures Pœnorum bello captos in vincula coniecerat, sed mox ipse victorum catenis manus præbuit. Vllam ne igitur eius hominis potentiam putas, qui quod ipse in alium potest, ne id in se alter valeat, efficere non poßit? Audiant canentem, non adulatoria, sed vera sententiam in Thyest.*

Vos, quibus rector maris, atq; terræ
Ius dedit magnum necis, atque vitæ,
Ponite inflatos, tumidosq; vultus:
Quidquid à vobis minor expauescit,
Maior hoc vobis dominus minatur.
Omne sub regno grauiore regnum est.

9 Septimo ac postremo ad hãc præcipuam rationem de Principatus imperfecto bono accedant & aliæ illæ à Diuo Thoma locis citatis rationes, quas satis mihi nunc fuerit tantummodo indicare. Potestas, ac potentia est ordinata ad actum tanquam ad vltimò bonum, ergo non in ipsà tamquam in imperfectà, &

ad

ad aliud ordinatà, ſed in actu potius ipſo ponendum eſſet ſupremum bonum, ac felicitas. Præterea potentia habet rationem principij, non autem finis, in quo eſt humanum bonum. Ad hæc poteſtate in alios poteſt quis & bene vti, & abuti, ergo ipſa eſt adiaphora, ſeu indifferens, & imperfecta, quę perfici poteſt à bono vſu, ideſt à virtute profecto; in quo ſolo, non autem in vllà alià re recte Socrates felicitatem humanã, & nos cum illo collocamus.

CAPVT III.

Finis bono Principi propoſitus, rationibus auctoritatibus adſirmatus. Varij authores, præſertim Plinij locus non ad vulgus explicati.

QVoniam inanis eſt omnis diſputatio, & præceptio de virtute regià, non propoſito ante omnia fine, quo boni Principis animus debet collineare; ac ſecunda ratio præcipua, quã mox afferemus, vt oſtendamus felicitatem non eſſe in principatu, ducta erit à fine boni principatus, in quo fine maximum momentum poſitum eſt Reipublicæ recte à Principe adminiſtrandæ; propterea conabimur noſtram doctrinam de fine Principis, non quaſi per tranſennam indicare, ſed pluribus rationum, atque auctoritatum firmamentis corroborare; citra terminos tamen prolixitatis, & intra limites luminis naturæ, ne quiſquã allatas à nobis rationis poſſit effugere. Nec tam noſtra, quàm aliorum, præſertim philoſophorum, præ- 1

clare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Nota in Principum gratiam.

clare dicta inducemus, & si quæ odiosè perscripta videbũtur aut temperabimus, aut omittemus, ne dum pro capite Reipublicæ stamus, obstare putemur. Illud nunc vniuersim præmoneo, cum legeris philosophos affirmantes Principis officium esse curam aliorum gerere, sic intelligas, vt non negent præcipuam curam habendam esse dignitatis, incolumitatis, splẽdoris, atque his parium aliorum, quæ Principi supra omnes debentur, sed solum id eos velle, vt intelligat quicumque ex rectà ratione principatur, debere se ea omnia ad publicam vtilitatem dirigere. Quà in re nulla apud rectè sentientes esse potest dubitatio.

Aduerte animum ad hoc temperamentum.

2 Ad secundam igitur præcipuam rationem, quà felicitatem in Principatu pernegamus, accedamus. Ea est: Quemadmodum à D. Thomà 1. 2. q. 2. artic. 1, & cont. gent. l. 3. c. 30. n. 2. & 35 & Ferrariensi ibid. ex Philosopho 4. ethic. & 1. polit. & ex Boet. l. 3. de consol. prof. 5. optimè probatum est, vt ostendimus superiore nostro libro 3. de felicitate, eam non esse in diuitijs, tum ob alias, tum ob illam præcipue rationem, scilicet, quia cum felicitas sit boni possessio, & in pecunià magis laudetur eius per liberalitatem erogatio, quam retentio, atque possessio, non potest esse felicitas in pecunià, quæ potius sui abdicatione, quã possessione hominem bonum, laudabilem, ac felicẽ facit; ita etiam de Principatu sic ego ratiocinor. Felicitas, vt optime notat Caietanus in art. 1. q. 2. 1. 2. cum eà homo egeat, & ab eà felix dicatur, non quidem procul abstante, sed præsente, possessà, & tamquam formà subiectum ipsum afficiente, ac denominante;

Cur felicitas non sit in diuitijs.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

nante; denique cũ homo felix sit possessione summi boni, & felicitas sit bonum propriũ subiecti; at verò, cũ principatus res sit tota, quà principatus est, ad alienũ bonum, & vtilitatẽ, non ad priuatum principis cõmodum ordinata, quę potest esse in principatu felicitas, in quo non ipsius possidentis, sed aliena spectatur vtilitas? In virtutibus quidem, quæ ad alium sunt, puta in iustitià, liberalitate, & harum similibus, exter norũ quidem bonorũ vtilitas ad alterũ manat, bonũ tamen verum, ac præcipuũ virtutis hæret habitu, aut actione in ipso eas virtutes exercẽte; Atque is bonus, ac felix est ab inhærente sibi virtutis formà, non autẽ ab externà uirtutis materià, exempli gratià, pecunià, quę in alios per liberalitatem, uel iustitiam transfunditur. Pari ratione Princeps nequaquam felix est à principatu, qui ad bonum alienum, & commune cõparatus est, sed erit bonus, ac felix, si bene principatu fungatur. A bono principatus usu, qui usus in ipso Principe est, non à principatu, qui materia quædam indifferens est ad rectum usum, uel abusum, & ad subditorum populorum utilitatem, ac bonum instituta, Princeps bonus, ac felix est appellandus. Felicitas igitur bonum est, non alienum, sed possidentis. Principatus uerò bonum est alienum. Quod optime uisum Ammian. Marcell. lib. 29. definiẽti: *Imperium cura est salutis alienæ, vt sapientes definiunt*: Quod præterea & rationibus, & authoritatibus probo.

Prima ratio, quia id est discriminis inter bonum, ac malũ Principes, quod hic priuatum sui cõmodum, ille publicũ in primis bonũ, ad quod factus est Princeps 1

ſemper ſpectat. Sententia Philoſophi eſt ſæpius in politicis, atque etiam in Ethicis, præſertim lib. 8. cap. 10. Vbi, præter cætera Rex, inquit, *non ſuam, ſed ſubditorũ vtilitatem ſpectat*. Paullo poſt: *bonus Princeps vtilitatem non ſibi, ſed ſubditis procurabit* & inferius *Patris erga filios ſocietas figuram regni habet: quippe cum Patri cura filiorum ſit, vnde etiam Homerus Iouem Patrem appellat, eo quod regnum paternum imperium eſſe debet*. & cap. 11. *Rex benefacit ijs qui ſub regno ſuo ſunt, ſi quidem bonus cum ſit, ipſorum curam habet, vt bene agant, nõ ſecus atque ouium paſtor. Vnde Homerus Agamemnonem paſtorem populorum dixit*. Contraria his facit malus Rex, de quo hic non diſputamus, cum bonum, ac felicitas ad malum virum pertinere non poſſint. Differentias illas inter bonum ac malum regem acuratè lege, atque intellige tute, Lector, nõ ſolum in citatis locis ab Ethicis, ſed & in Politicis præſertim lib. 3. c. 4, lib. 4. c. 10. optime lib. 5. c. 10. Nos parcimus aliqua Philoſophi verba ex ijs libris adducere, vt tempori parcamus.

Boni Principis officiũ ex Philoſopho.

Bonus Princeps populorum Pater, Paſtor.

4 Secunda ratio, quà minor propoſitio ſecundæ præcipuæ rationis probatur, ideſt Principatum eſſe bonũ alienum, hæc eſto ab officio Principis. Princeps iuſtitiæ, ac legum cuſtos eſt; at iuſtitia, & leges bonũ alienum ſpectant, ergo & Princeps, ac Principatus. Ariſt. lib. 5. Ethic cap. 1. *rectè illud Biantis dictum videtur: principatus virum oſtendit, quippe cum ad alterum iam, & in Societate Princeps verſetur. Ob id quoque ipſum iuſtitia ſola, ex omnibus virtutibus eſſe alienum bonum videtur, quia ad alterum ſpectat. agit*

enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

enim ea, quæ alteri conducunt, aut Principi, aut Reipublicæ. Apertius eiusdem lib. c. 6. *est autem qui dominatur iuris ipsius Custos: at si iuris, æqui etiam.* mox: *idcirco alteri laborat. Atque ideo iustitiam alienum esse bonum inquiunt.* Quod ad leges autem, earum esse ministrum Principem egregie ostendit Cic. lib. 3. de ll. & passim Plato in libris de Rep. quas leges constat communis vtilitatis causà ferri, vt ait lib. 1. & 2. ff. de legibus.

Tertia ratio, & quarta sunt, quas Philosophus affert 5. eth. c. 6. *quoniam verò ipsi Regi nihil amplius videtur, si quidem est iustus, non enim amplius ex simpliciter bono sibi attribuit, nisi id ipsi proportione conueniat: idcirco alteri laborat.* & lib. 8 c. 10. *Rex subditorum vtilitatem spectat, non enim est rex, nisi ex se ipse sufficiat, omnibusq; bonis excellat: at qui talis est nullà re indiget, quocirca vtilitatem non sibi, sed subditis procurabit.* Quæ vero satis esse debeant Principi bono ad eam sufficientiam tu lege, Lector, apud Philosophum ex cap. 6. libri quinti citato. Quibus assonant quæ habet & lib. 5. Polit. cap. 10. de honorarijs regi debitis. Ex verbis igitur Philosophi liceat sic argumentum conficere. Bonus Princeps sibi cōmissorum Populorum curam gerit, atque illis potius, quam sibi laborat, tum quia iustus est qui non optet, ac rapiat ad sese aliena, tum quia sibi sufficiens, qui non egeat alienis. Eam sufficientiam intellige potius in animo, quam externo apparatu, & potius à virtute, quam à pecunià. Nam sine virtute nihil cuiquam sufficit, etiam si omnia possideat. Virtus est,

5 *Loca politica è philosopho explicata.*

Quæ sufficientia in Principatu debeat intelligi.

quæ infinitas appetitiones rectę rationis termino metat. Cum igitur verus Rex ex Philosopho lib. 1. Polit. c. 8, & lib. 3. c. 12. virtute omnibus præstet, abunde diues animo sibi ipse sufficientiam moralem præstat. Quocirca totus regni, ac subditorum commodis vacat. De rege, cui ea non suppetat sufficientia, Philosophus quid censeat, vise ambo, lector, in Politicis, & in Ethicis præsertim lib. 8. c. 10.

6 Regiam sufficientiam habuit etiam ante Regnum Abdolominus ille, quē narrat Curtius lib. 4. ab hortuli culturà regium ad cultum repente abreptum. à quo cum Alexander scire vellet, inopiam quà patientià priuatus ante tulisset, respondit ille: *vtinam eodē animo regnum pati possem. Hæ manus suffecere desiderio meo: nihil habenti nihil defuit.* Macte istà sufficientià, mi Abdolomine, rex etiam priuatus fuisti. Qui eiusmodi est verè rex est, atque alienis commodis, sui securus, potest allaborare. Nota quam apte tum ad verbi proprietatem, tum ad stoicam Philosophiæ significationem *nihil*, ait, *defuit*. Deest quod est necesse, necessitatem verò affert non rei absentia, sed absentis rei etiam non necessarię praua cupiditas. Bono viro plurima absunt, paucula desunt, quia necessaria naturæ, quæ paucis contenta est, tantum appetit. Nihil habenti ergò Abdolomino abfuerūt quidem omnia, sed nihil defuit, quia nihil optauit omnium, præter necessaria naturæ, quæ in promptu habuit, paratus & ijs carere, *si fata tulissent*.

Exemplum insigne animi regij etiā in priuatà fortunà.

Verba verè regia.

7 Quinta eaque vltima ratio, quare bonus Princeps alienum spectare bonum debeat, est, quia & ipse, vt

reliqui omnes in republicà, est alienus, hoc est pars, præcipua illa quidem, vt caput in corpore, sed tamen & ipse pars est suapte naturà in bonum publicum, & totius ordinata. Ac quamuis reliquorum, qui subditi sunt, partiumque aliarum in republicà minorũ partes sint omni ope, ac studio capitis, idest regis, incolumitatem tueri, ea tamen cura, vt ita dicam, tutelaris, siue etiam honoraria, & quidquid agitur tum à populo, tum à rege siue in proprium, siue in mutuum cõmodum, vlterius ad publicam vtilitatem tamquam ad supremum externorum bonorum deriuãdum est. Denique vt optime D. Th. lib. 3. de regim. prin. c. 11. *regnum non est propter regem, sed rex propter regnum.* Notate ô politici. Quemadmodum non totum propter partes, sed quælibet pars, etiam caput, propter bonum totius à Deo condita sunt.

Eandem propositionem Principatum esse bonum alienum, & populi potius, quam principantis firmãt suis sententijs complures alij philosophi, ac sapiẽtes, præsertim è Græcis. Antiquissimus Iãblicus in epistolà ad Dyscolium ostendit conducere ipsi etiã Principi curare quæ publicæ rei conducãt. *Verus*, inquit, *Princeps magna cum dignitate, & bonitate præest, magnifica bonorum munera subditis exhibet: victus abundantis, salutis omnimodæ, & vitæ tranquillitatis author est. Hunc enim sibi finem proponit honestus Princeps, vt subditos felices efficiat; Et tum sanè præ cæteris, qui ab eo gubernantur, in primis eximius est, cum illi beatam vitam agant, qui se ipsos ei commiserunt. Si quidem vtilitas publica non separata est à priuatà:* 8

Quid habeat propositum bonus princeps.

uatà: quin potius in vniuersali singulis etiam vtile continetur, & partes in toto seruantur, tum in animalibus, & ciuitatibus, tum in alijs quoque naturis. Diotogenes Pythagoreus lib. de regno triplici vtitur imagine, ac solidam addit rationem adductam ab officio præfecturæ in quam lubeat rem. *Gubernatoris opus est seruare nauim, aurigæ currum, medici ægrotantes; Regis autem, & Imperatoris in bello periclitantes. Cuicumque enim rei aliquis præficitur, eiusdem tutor, & artifex est,* Apponit Xenophon lib. 8. ped. Cyr. quartam imaginem à Pastore, ac quatenus liceat Principi apponere sibi aliqua è bonis subditorum. *Cyrus rex dicebat similia esse opera boni Pastoris, & boni Regis. Nam & pastorem decere id præstare, vt pecora habeant feliciter: & ijs vti, si qua modo pecudum est felicitas: & Regem identidem decet vrbes, atque homines felices facere, & ijs vti.*

Boni principis, & boni pastoris parallela.

9 Idem lib. 3. memorabilium affirmat ore Socratis ob eam similitudinem inter Pastorem, & Regem, ab Homero Agamemnonem appellatum pastorem populorum, atque etiam regem bonum, *qui non se solum bene regeret, sed etiam illis, quos regat, felicitatis causa sit. Rex namque eligitur, non vt sui ipsius curam habeat, sed vt per ipsum qui eum elegerunt, in felicitate degant.* Moderatè loquitur dum ait *non se solum*, Curat se rex, sed non solum, & cum ordine ad curam communem. Ad hanc moderationem intellige si quos authores hic legeris, qui regi sui ipsius curam abnegare videantur. Themistius in Philoctecno aptà similitudine depositi rem sic illustrat. *Bonus*

Nota moderationem in gratiam Principum.

Prin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Princeps similis est homini, qui pretiosum aliquod depositum accepit: vt hic enim quod datur non retinendi, aut sibi vendicandi gratia, sumit: sed vt custodiat, & integrum reddat ei, qui deposuit, quandocumque repetiuerit. Ita Principem quoque non ob quæstum priuatum, sed ob salutem, custodiamque subditorum omnia facere oportet: sic vt ipsos quoad efficere potest illæsos, & in felici statu ei, qui credidit, restituat. Cui, *qui credidit*, nisi Deo? Illi rationẽ crediti sibi populi debet Princeps. Aurea verò Archytæ Pythagorei sententia, & similitudo à legis exẽplo ea est: *Optimus erit Princeps qui nihil sui gratia faciat, sed oĩa propter subditos. Nã lex quoque nõ sui, sed subditorũ gratia est.* Vt lex, sic rex in alienà salute procurãdà. *Salus Reipublicæ suprema lex esto* enunciat Cicero lib. 3. de leg.

Bonus Princeps similis custodi thesauri, &c.

Claudat agmen Plinius iunior in Panegyrico in Traianum: *Bonus Princeps post omnes est.* An non seuerè nimis id effatus videatur? nonne caput prę alijs in corpore membris est? Nonne ante alia curãdum, ac tutandum? Quì ergo Princeps, præsertim optimus, Reipublicæ caput optimum, post alijs habendum? rectè dictum; *post omnes*, non, post singulos. Et ipse Princeps Reipublicæ pars, ac præcipua est. Singulis comparatus, ante singulos est; ast omnibus, hoc est vniuerso Reipublicæ corpori, vt & alia quælibet pars, minor est toto; post omnes simul acceptos est, quia & Princeps ad bonum commune creatus est. 10

Plinij locus ab Authore explicatus, & temperatus pro Principe.

Plura, quæ huc faciunt, ex eruditionis penu, præceptorum, symbolorũ, exemplorum reijcimus in parænetica, et in coronæ regię, quam ibi conflabimus, primas gemmas.

CA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

CAPVT IV.

Vitæ politicæ incommoda, priuatæ commoda.

1 EN tertia, & postrema præcipua ratio, quà negatur à nobis vera Principatui felicitas. Summum bonum, si vere summum est, quo nihil melius, omne malum negat. Quæ porro, principatum mala non agitant? quam grauia? quam verè principalia? At ingeres nobis è secundo nostrorum librorum de felicitate, purissimũ ab omni malo bonum in hac vità nullum reperiri. Ac quemadmodum Horatius optimum, ac perfectum in virtute virum ait esse neminem, sed *optimus ille est, qui minimis vrgetur*, scilicet vitijs; ita & optimum illud, ac summum bonorum est, non quod omni prorsus malo caret, sed quod minime malo inficitur. Hoc tibi, lector, etiamsi concesserim, vrgebere tamen etiam argumento sic efformato. summum bonum id esto, quod minimum habet mali, & quo nihil melius, nihil minus malum est. At priuata fortuna minus habet malorum, plus bonorum in pluribus, quam principatus, ergo in Principatu summum bonum humanum non est, cum vita priuata eo sit longe tolerabilior, atque optabilior.

Nullum in hac vità bonum à malo purum.

2 Minori propositioni nemo melius fidem fecerit eo homine, qui vtramque, priuatam scilicet, ac Principis fortunam expertus sit. Atque is sit Hiero ille, qui è priuato in regnum auectus hoc ipsum argumentũ Simonidi nititur adprobare apud Xenophontem de

regno,

regno, doctissimis, ac firmissimis rationibus attico eloquentiæ mellæ imbutis. Nam optime illud ille inter cætera: *Regnum possessiones quidem, quæ videntur plurimi esse pretij, explicatas, expositasque spectaculo palam omnibus exhibet. contra quæ molesta sunt in animis regum tenentur abdita: in quibus situm est hominibus vt aut felices sint, aut infelices.* O verum oraculum! In animo vera hominis bona, vel mala sunt. Quæ verè infelicem faciunt latent in Principatu, quę falso felicem, patent. Quà specie falsi mortalium plerique tanto principatum appetunt opere. Antigonus vetulę felicitatem eius extollenti: *si nosses* ait, *ò mater, quantis malis hic panniculus,* (regio diademate ostẽso, quod fascia olim fuit) *sit plenus, ne in cœno quidem iacentem attolleres.* Ac rex ille apud Senecam.

Princeps infelicitatẽ principatùs ostentans.

Quisquam ne regno fidit? ò fallax bonum!
Quantum malorum fronte quàm blandà tegis!

Aliqua enumeremus, vt neruos rõni nostrę addamus.

Primo vir priuatus regi comparatus, cum in alijs penè omnibus (vt licet in citato Xenophonte perlegere) tum in ijs, quæ pauca hic memoro, longe regi præstat felicitate. Nam Princeps difficilius optata consequitur, quippe qui nimis magna, & operosa exoptat, quę Principe digna existimat: vir priuatus facile optatis fruitur, quia facile parabilia, & minori fortunæ conuenientia expetit. Regi mensarum profusi apparatus, ac nimiæ lautitię ante gustũ, & ante famis expletionẽ satietatẽ ingerũt. Priuato frugalitas, & fames cibos condiunt. Rex priuato egentior est, quia qui plura habet, ad ea tutanda pluribus eget, & veræ 3

Paradoxũ.

diuitiæ, non rerum numero, sed vsu, ac desiderio rum inopià comparantur. Principi omnes ferendi, priuatis omnibus vnus Princeps ferendus: grauius igitur regis est onus;

Plura ad hanc comparationem uide etiam apud Sen. Consolat. ad Polyb. c. 15, & 16, & de Clemẽtià lib. 1. c. 8. mirè, ac propriè

4 Secundo. Adde prepetem inquietem, perennesque noctu, ac diu regiæ administrationis labores. Sen. ad Polyb. citatus: *magna seruitus est magna fortuna. Non licet tibi (ò Princeps) quidquam arbitrio tuo facere. Audienda sunt tot hominum millia, tot disponendi libelli, tantus rerum ex orbe toto accurrentium congestus.* & paullo ante quæ ad Principem officij sui satagentem pertinent: *Non licet tibi, ò Rex, somnum extendere in partem diei, aut à tumultu rerum in otiũ ruris, gratià quietis confugere, aut aßiduà laboriosi officij statione fatigatum corpus voluntarià peregrinatione recreare, aut spectaculorum varietate animum detinere, aut ex tuo arbitrio diem disponere.* Nostram in rem Petrarcha lib. 1. de remed. vtriusque fortu. c. 96. sic dialogatur. *Gaudium: Rex sum, eritque mihi iã certa tranquillitas: Ratio: Immo, si qua olim fuit, perijt: stultus nauta, qui relicto portu, in altum vela facit, tranquillitatem quærens.*

Labores in Principatu.

5 Tertio. Nullum hominum genus pluribus illusum deceptionibus, nullum magis proditum in omnibus, quam princeps. Veritas ad eos numquam pura, & integra, sed quasi vitiata, vel attõsa moneta pertingit: Vndique adulatoribus circumsidentur, quos Diogenes è domesticis feris pessimas appellabat, mordent

Contra adulatores dictũ Diogenis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

dent enim lambendo; & æque miserum aiebat alicui per prouerbium imprecari: εἰς κόρακας, i ad coruos, ac εις κόλακας i ad adulatores? In verbo vnius tantum literulæ discrimen interest, in re nullum, nisi quod peiores Coruis adulatores. Sen. *Malum hominem blande loquentem agnosce tuum laqueum esse. Habet enim suum venenum blãda oratio.* Narrat Plutar. in apophtegmat. reg. Antiochum regem dum in venatione feram prosequeretur, ad rustici tegetem deuenisse, ab eoque ignotum audisse, quæ publice in regem iactarentur. iamque sub huius alloquij fine comites regem quærentes cum inuento illi purpurã, ac diadema deferrent, ad ea insignia regem exclamasse; *heu! ex quo vos indui post tot annos hodie tantum vera de me ipse audiui.* Apud Flauium Vopiscum Syracusium historicum in Aureliani Imperatoris vitã *quæritur, quæ res malos Principes faciat?* Inter cæteras causas illa præcipua ibi ponitur. *amici improbi:* & mox addit: *ego* (scilicet Vopiscus) *à Patre meo audiui Diocletianũ Principem iam priuatum dixisse, nihil esse difficilius quàm bene imperare. Colligunt se quatuor, vel quinque, atq; vnum consilium ad decipiendum Imperatorem capiũt: Dicunt quid probandum sit. Imperator qui domi clausus est, vera non noscit: cogitur hoc tantum scire, quod illi loquuntur, &c.* Post penè statim: *quid multa? vt Diocletianus ipse dicebat, bonus, cautus, optimus venditur Jmperator.* Verba omnia verè Imperatoria, sed & imperialium miseriarum deploratoria. Noui equidem quid præcepti dederit Aristoteles Calisthenì auditori suo, cum eum ad Alexandrum mitteret,

Ipsimet Principes de suis incõmodis queritantes.

quidve ab rege sit passus Calisthenes. Noui & artem, quam prodit noster Seneca lib. 6. de benefic. cap. 32, sed nobis hic ea ponere non est lubitum, vt ea tu, lector, in authoribus perlegas. Nos igitur interim alias adhuc Principatus infelicitates indicemus.

6 Quarto. Principum pleraque omnia nimio cum ipsorum incommodo, ac periculo censuræ omnium patent. Principes Seneca lib. 1. de clem. capit. 8. his verbis alloquitur ac monet, vtinam moueat: *Vestra facta, dictaque rumor excipit, & ideo nullis magis cauendum est, qualem famam habeant, quàm qui qualemcumque meruerint, magnam habituri sunt.* Plin. in Panegyr. *Habet hoc primum magna fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum esse patitur. Principum vero non modo domus, sed cubicula ipsa, intimosque recessus recludit, omniaque arcana noscenda famæ proponit, atque explicat.* Sol est Princeps in republicà Illustrissimus, ideo illi Seneca: *Tibi non magis, quam soli latère contingit. Multa contra te lux est: omnium in istam conuersi sunt oculi. Prodire te putas? oriris. loqui non potes, nisi vt vocem tuam quæ vbique sunt gentes, excipiant:* Sol est Princeps, & quemadmodum numquam in solem nisi cum Lunæ obiectu laborat, ac tenebratur omnium oculi conuertuntur; sic in Principe non tam radij virtutum, quàm vitiorum etiam leuiorum defectiones ab inuidà mortalium curiositate notantur, ac traducuntur. Nimirum nostrum hoc sæculum tubospicilla quædam inuenit, quibus etiam in sole maculæ dispiciuntur.

In laudem Principum.

Quibus præterea fortunæ iniurijs regium fastigiũ non est expositum?

Vt alta ventos semper excipiunt iuga,
Rupemq; saxis vasta dirimentem freta
Quamuis quieti verberant fluctus maris;
Imperia sic excelsa fortunæ obiacent:

canit Seneca in Agamẽnone. *Obiacẽt fortunæ* Principũ, quas appellãt, *Celsitudines* quasi mõtani vertices insanis vẽtorũ obiecti tũsionibus. Quàm sæpe aduersis fortunę Aquilonibus *Serenissimi* illi obnubilãtur?

Blanditur ne forte gaudiũ, & tibi ea, quæ apud Petrarchã incinit? *Ascẽdi Imperiũ: iã quiescã, & securus viuã.* Obaudi, Sodes, rationi potius: *falsa te habet opinio: nũquã minus: tũc in excelsum montẽ, vt ventos, & fulmina euaderes, ascẽdisti?* Nõ legisti Horatianũ illud? 7

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celsæ grauiore casu
Decidunt turres, feriuntque summos
Fulmina montes.

Et quando aliter de hac status eminentià sentiebãt experti Principes Augustus, & Diocletianus; quorum alter, vt legimus, de dimittẽdo Imperio cogitauit, alter autẽ dimisit Imperiũ, nec reuocatus assensũ dedit. Quãto aliter M. Aurelius, & Pertinax? Quorũ primus adoptione ad spẽ Imperij euocat⁹, solito tristior effectus, mirantibus amicis multa de malis Imperij dispu tasse; (quod nos nũc agimus) alter Imperator effectus semper Imperiũ horruisse memoratur. *magnus est ad Imperium assensus, magni in Imperio labores.* Atq; hęc mala bonis etiam Principibus communia sunt.

Nos in hoc nostro argumento Principes ipsos sequimur.

CAPVT V.

Quas ob res Principatu aliqui se se heroicè abdicarint. Biantis obscurũ dictum euolutum. Seria ad contemptum vani splendoris adhortatio.

1 QVid ea mala, quæ propriè ad malos pertinent? Peccat Princeps? Hoc ipso quidem infelix ipse est, non sibi tamen soli malus, sed malo etiam publico peccat, &, fonte vitiato, labes repente in omnia Reipublice membra palam illabitur:

Claud. V. consul. Honor.

Componitur orbis regis ad exemplum

In vtramque partem, præsertim in malam. Legis instar habendum quod 3. de leg. habet M. Tull. *Non tantum mali est peccare Principes (quamquam est magnum per se ipsum malum) quantum illud, quod permulti etiam imitatores Principum existunt. Nam licet videre quæcumque mutatio morum in Principibus extiterit, eandem in populo secutam. Nobilium enim vità, victuque mutato, mores ciuitatis mutari solent. Nec solum vitia cõcipiunt ipsi Principes, sed ea infundunt in ciuitatem, plusque exemplo, quam peccato nocent.* Dignum Principe monitum illud Principis ad Principem

—Non posse dari regalibus vsquã
Secretum vitijs. Nam lux altißima fatam
Occultum nihil esse sinit.

Claudianus ad Honorium patris nomine. Quid igitur infelicius, quàm non sibi soli esse infelicem? quæ

maior labes quàm publicam ignominiam vitare non posse?

Quinto malefacta mali regis suæ pœnæ, atque eæ grauissimæ, necessariò consequuntur. Omnes vnum tantum, vnus omnes timet rex malus. Circa se satellites nec vult inermes, & horret armatos. Fortunatorũ, & infortunatorum mala vnus ferre in se cogitur. Nam mortem perhorrescit quasi fortunatus, vitam vt infortunatus. Quidquid increpuit statim pallet, ac gemit, vt Sus Æsopica, quæ cum nec vellera, nec lac, nec quidquam aliud præter carnes habeat, ad leuem attactum statim grunnit, quasi sibi conscia suas tantum carnes ad necem, ac cibum expeti. Etiam iucundissima animo male sibi conscio, & iugi timore agitato vitiantur, ac desipiunt.

Politica allegoria fabellæ Aesopicæ.

Vide Petrarcam de remed. vtr. Fort. lib. 1. dial. 95, & 96. quæ hìc nos consulti omittimus.

Petri Damiani præclarissima est epistola, quam ad Agnetem Augustam præscripsit, quæ Augusta pereuntium regnorum vanitates perosa, Romam concesserat, ibique se totam studijs pietatis impenderat. Digna plane ea est epistola, quæ Principum auribus sæpius insusurretur. Ex quà eam tãtum Conclusionem hìc nunc pono: *Cum ergo fallax huius mundi felicitas tot calamitatibus sit obnoxia, cum potentia temporalis tot casibus varianda subiaceat, & rerum ordo se se vt scenicæ vertiginis alternitate confundat; quis sanæ mentis à rebus tam friuolis, tamque fugacibus animum non auertat?*

Rarum exẽplum reginæ.

Verba aurea P. Damiani.

Igitur malis tum alienis edocti, tum in proprijs 3

ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

experti Principum aliqui regio se oneri, antequam supprimerentur, subduxerunt. Tibi M. Aurelium, & Pertinacem superius memoraui. Appone illis, ac præpone vnicũ anteactis omnibus sæculis Cælestini sanctissimi herois exemplum, qui supremam apud mortales Romani Pontificij dignitatem sponte lætior deposuit, quam quilibet alius suscepisset. Quod facinus immortale vilitatem animi ausus nescio quis interpretari, aperte ostendit ab homuncionibus heroicæ virtutis ignaris facile alienas virtutes è suis ipsorum vitijs æstimari. Imperio maius est contemnere Imperium, & magnanimi viri certò agnoscere nullum mortale præmium par esse uirtuti. Sic & Carolus V. Austriacus nostrà ætate, cum rerum in Imperio præclare gestarum glorià penè omnes mortales superasset, se ipso maior tunc extitit, cum amplissimis Regnis, atque Imperio se abdicauit, & non sine lacrymis edixit: *Miseret me, proceres, filij carißimi* (nempe Philippi) *cuius humeris tam graue onus imponitur, quod dum gesturus est, vita ei in summis laboribus, & molestijs est transigenda*. Paria his verba olim Arius Antoninus extulit de Neruà Imperium capessente. *Miseret me* inquit Carolus. O veram vocem? *frustrà enim Principes premit inuidià, cum illis potius miseratio debeatur* ait Petrarcha.

Magnanima, licet rara, exempla.

Reprehẽsio liuidorum reprehensorum, &c.

4 Itaque Bias Prienesis, vt Philo narrat lib. *de probi libertate*, appellatus à Crœso rege cõtemptìm, atque minaciter: *I*, inquit, *ò Crœse cepas ede*. Quasi diceret, vt ego quidem interpretor, ò miser, & tuis ipsius digne lacrymis, quid insultas, quid intumes? nescis.

Bionis obscurum apophtegma explicatum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

nescis te hoc ipso quod Rex es, ob infinitas Regnorum infelicitates ab omnibus, atque in primis à te ipso complorandum? Cepas qui edunt (quis nesciat?) lacrymantur. Sic qui regunt, si sapiant.

Meritò Sidonius epistolarum libro 2. *dici nequit quantũ per horas fert in hac vitâ miseriarum vita felicium illorum, si tamen sic sunt pronunciandi, qui sibi hoc nomen (vt Sylla) præsumunt: nimirum qui supergreßi ius, fasq́ commune, summam beatitudinem existimant summam potestatem, hoc ipso satis miseriores quod parum intelligunt, inquietißimo se subiacere famulatui. Nam sicut hominibus reges, ita regibus dominandi desideria dominantur.* Quare stet nostra positio, in Principatu nullum veræ felicitati locum esse relictum, vbi tot dominantur infortunia. Vt merito Demosthenes, amplificatoriè tamen, pronuntiarit, *duabus vijs propositis, altera quæ ad tribunal, altera quæ ad inferos* (hoc est ad exitum è vitâ, sic ethnicum interpretare) *deducat, à prudenti viro hanc potius, quàm illam electum iri.*

Concludamus parænetice non nostris, sed grauissimis Petrarchæ verbis dialogo 96. extremo; expunctis tamen aliquot verbulis, ne alieni aculei reatum subire videamur. *Regnum* (infit ille) *difficillimum omnium munus, si ritè geratur: alioqui & periculosum prorsus, & mortiferum. Neque de nihilo dictum illud regium laudatur: regium diadema nobilem potius, quàm felicem pannum plenum curis, periculisque & miserijs multis: quem cognoscens nemo non ambiat modo, aut parto gaudeat:* 5

Vide cautelam ne nos carpas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

ſed nec oblatum vltro recipiat, aut abiectum humo leuet.

Proinde expergiſcimini aliquando mortales, aperite oculos, nè ve ſemper falſis caligate fulgoribus. Veſtra metimini, atque æſtimate corpuſcula: circumſpicite quibus ſepti eſtis anguſtijs: nolite geometras, ac Philoſophos contemnere: Terra omnis punctus eſt, vos caduci, ac fragiles, & incerti exitus, & cum iuuenes, & cum ſani eſtis cum morte luctamini: & cum aſcendere vos creditis, deſcenditis: & cum ſtare videmini tum maximè ruitis: nec vllum animal magis, quàm homo ſuarum virium obliuiſcitur. Ac ſæpius regna, & Imperia ſomniatis. Mementote vos punctum per exiguum, ſeu verius punctum, vt ſic dixerim, puncti breuis, immo ne milleſimam quidem puncti partem poſſidere. Hanc . . . . . . incolæ premitis, mox premẽdi, neque amplius ex vniuerſo poſſeſſuri, quàm quod frigentibus membris, ac pallidis occupabitis.

Ite nunc . . . . quod natura anguſtat laxate animis, & vincti immenſa, & moribundi immortalia cogitate: inque hoc nihilo ridiculoſas . . . . ad momentum rapidi temporis . . . . hìc vindictas, hìc ſpes anxias, hìc honores varios, hìc cupiditates inexpletas . . . . hìc regna, principatus, & Imperia, hìc claſſes, hìc acies, hìc bella molimini. Cum multum . . . . ſiue Imperatores fueritis, ſiue aratores, ſeu diuites, ſeu mendici, corpus veſtrum putris terra, vita veſtra fumus leuis magno flatu pulſus fuerit, & vix tandem ſerò quidem, cognoſcetis

villam (sic corrige) *hanc fuisse, non patriam, totumque hoc regni, & Imperij falsum nomen.* Descendant hæc, mi Lector, vltra intellectum, etiam in affectum, non ad superbiam, sed ad magnanimitatem, quà qui præditus est ille demum verè regnat.

CAPVT VI.

Principis dignitas, ac maiestas. Felix Princeps à bonitate, non à potestate. Vera seruitus quænam sit.

VT nostra firmius validetur positio, quà felicitatem in Principatu negamus, & vt bonà fide res agatur, ac ne videamur dissimulare quæ principatui felicitando facere videantur, ea hic omnia opponenda sunt nō solum quæ ab alijs indicata, sed præsertim ea etiam quæ cogitantibus nobis in mentem venerunt, quæque maioris futura momenti arbitramur ad difficultates momenti alicuius in materià prudentiæ abnodandas. 1

Prima oppositio ex D. Thom. 1. 2. q 2. art. 4. è quà, quasi ad prologū, *Principis* amplissima *dignitas* Dei, quà licet, æmula iam prodit, ea est. Quo quis felicior, eò Deo similior est, & supremo illi bono propīquior, illius abunde fit particeps. At nulla res apud mortales videtur, quæ Dei maiestatem in terris magis ostētet, quàm Principatus, quæ Deo propinquior videatur, quę Dei vices in terris gerat; quinam ergo felices, nisi 2

In commendationem Principatus hic plura.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Principes diuinæ Poteſtatis Vicarij, & viua quædam ſupremi numinis, æternique boni ſimulacra? Qui fortunati niſi terreſtres iſti Dij? ſic enim eos ſacrę appellant literæ. Exod. 23. *Dijs non detrahes*, hoc eſt Principibus, vt Patres interpretantur. Ecphanta Pythagoreus cum oſtendiſſet in mundi partibus id animal primas obtinere, quod Deo ſimillimum eſſet, addit: *Cæterum in terra, & apud nos optimus quidem naturà eſt homo, diuiniſſimus autem rex, & meliori cōditione inter cæteros affluens, ſimilis quidem corpore reliquis, vt pote ex eadem materia natus, ab optimo autem artifice productus, qui fabricauit eum, archetypum imitatus ſe ipſum. Quocirca Rex vnicum, & excellens quoddam opus eſt, immo imago ſuperni illius regis creatori ſuo ſemper familiaris, &c.* Diotogenes & ipſe Pythagoreus Philoſophus, poſt efformatam pluribus veri regis ideam, concludit: *Propter hæc omnia meminiſſe oportet, quod regnum diuina quædam res ſit.* Ac ſuperius prope initium: *Rex autem Jmperium gerens nulli obnoxium, & lex viua exiſtens, Dei figuram inter homines repræſentat.* Princeps ipſe de ſe apud Senecam libro primo de clementia capite primo. *Ego ex omnibus mortalibus placui, electuſque ſum, qui in terris Dei vice fungerer: ego vitæ, neciſque gentibus arbiter, qualem quiſque ſortem, ſtatumque habeat in manu meà poſitum eſt. Quid cuique mortalium fortuna datum velit, meo ore pronuntiat: ex noſtro reſponſo lætitiæ cauſas populi, vrbeſque concipiunt. Nulla pars vſquam, niſi volente, propitioque me floret.*

Hæc

Hæc tot millia gladiorum, quæ pax mea comprimit, ad nutum meum stringentur: quas nationes funditus excindi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos reges mancipia fieri, quorumque capiti regium circundari decus oporteat, quæ ruãt vrbes, quæ oriantur, mea iurisdictio est &c. 19. Populus non alio animo rectorem suum intuetur, quàm si Deus immortalis potestatem visendi sui faciat. quasi ab Homero ductum, à quo dictum de rege,

Ἐρχόμενον δ᾽ ἀνὰ ἄστυ θεὸν ὣς εἰσορόωσιν.

Vadentemq; per vrbem adspectant numinis instar.

Satin' dictum de regià Maiestate, nec ab adula- 3
toribus, sed à philosophorum maximis? Maius ne quidquam, simulque verius dici queat quàm: *ego dixi, vos Dij estis?* Vltra igitur tibi hæc omnia, quicumque hæc affers, concedimus. Quin & apponimus ob summam eam dignitatem, ac maiestatem diuinæ omnipotentiæ vicariam, atque indicem, deberi iure Principibus supremum, post religionem,
cultum, ac venerationem, quam vocant *obseruan-* 5
tiam. Non tamen ideo felicitatem in Principatu collocabimus, nec felices, aut bonos esse Principes fatebimur, quòd Dei potentiam referant, sed si etiam bonitatem imitentur. Felicitas idem est ac supremum bonum: Felix non est, qui non est bonus. Quo Princeps ad Dei bonitatem, virtute, sanctisque moribus propius accedet, hoc vno melior, ac felicior euadet. Referant ergo Principes diuinam non solum potentiam, sed etiam bonitatem, vt non potentes modo, sed & boni,

Vide vt sle-mus pro Pri-cipibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

ni, & felices fiant; nam ſola potentia ſolummodo potentem, bonitas bonum efficit, ac felicem.

4 Secunda obiectio. Summo bono, ſeu felicitati ſummum malum opponitur, & ſummum malum ideſt, quod ſumme, ac maxime ab omnibus vitatur. At ſeruitutem ita omnes fugiunt, vt in ferrum, ac mortem ruant pro libertate: ſumma verò in Principatu libertas eſt, ergo & ſumma felicitas. Breuius, & apertius ſic: ſummè vitatur ſeruitus, ergo ſummum eſt malum; ergo libertas oppoſita ſumma eſt felicitas; at libertas in Principatu ſumma eſt, ergo & felicitas. Sen. in lud. *Aut regem, aut fatuum aiunt per prouerbium naſci oportere*. Nam vt fatuis, ita & regibus:

Quodlibet audendi ſemper fuit ampla poteſtas.

Reſpondeo, ac pro certo habeo nos loqui de externà libertate, quæ ſola impediri poteſt; non de interiore, in quam nulli, niſi Deo, atque ipſi eam libertatem habenti homini, ius eſt ullum.

5 Hoc poſito, aio Primo, ſicut in externà hominis libertate, quæ impediri poteſt, ſummum bonum eſſe non poteſt, cuius præcipua conditio eſt vt ſit omnino in liberà hominis electione, ac poteſtate, laudemque homo, atque honorem, vt pote à libero atque honeſto bono, promereatur; ita nec in oppoſità externà ſeruitute ſummum eſt malum. At enim ſummè vitatur; etiam præ morte. Ita eſt, ſed ab imperitis, nec agnoſcentibus rectos bonorum gradus. Ante omnia honeſta bona ſunt, quæ vim ſuam in rectà rationalis animi appetitione obtinẽt, eaque interiora ſunt. Poſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

ea externa ſequuntur bona, quorum omnium maximum, & fundamentum vita eſt, non libertas, non quidquam aliud externorum, nec ipſe etiam honor, nempe vt is eſt externa tantũ ſignificatio bonæ æſtimationis, quam homines gerunt de alienà virtute. Sapiens ſummè vitat tantummodo vitium, quod è diametro virtuti, in quà ſummum eſt bonum, (vt ſequentibus libris probabimus) opponitur. Idẽ ſapiens maximè refugit à ſeruitute, ſed quam vitia in animũ conuehunt: omni ope affectat libertatem, ſed quam virtutes in animo progignunt. Sicut ergo à ſolà virtute vera hominis eſt libertas, ità, & in eadem uera felicitas, ergo & in oppoſito vitio uera ſeruitus, & infelicitas, ergo nec in externà ſeruitute uera, & ſumma infelicitas, nec in oppoſità externà libertate uera ulla felicitas. Ponamus igitur (quod tamen nec concedo) ſummam eſſe in externo principatu externam libertatem, ex ante dictis aperte patet non inde conſequi ueram in principatu eſſe felicitatem.

Quid ſummè vitandũ.

Aio ſecundo ad illud: ſeruituti, quæ ſummè uitatur, ut pote ſummum malum, opponitur libertas potentiæ, ſeu libera potentia, quæ ſummè appetitur, ut pote ſummum bonum, quæque in Principatu ſumma eſt. Hæc quamuis quod ad libertatem, ac ſeruitutem diſcuſſa iam euanuerint, tamen quod ad eam etiam partem, quæ aſſerit ſeruitutem opponi potentiæ, ruit facta oppoſitio. Nam optime D. Thom. affirmat externam ſeruitutem impedimentum eſſe, non internæ potentiæ, ſed externæ actionis à potentià prodeuntis. Nec illud igitur verum eſt ſeruitute 6

Quid ſeruitus externa ſit.

poten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

potentiam obligari; atque ideo, licet tibi etiam cederem, quod non eſt, ſummam infelicitatem eſſe in externà ſeruitute, non inde tamen conſequeretur ſummum bonū eſſe in potentià, quia ſeruitus, & potentia cōtraria inter ſe rectà non pugnant. Potentia igitur, licet ampliſſima in principatu, felicitatē nō continet.

7 At etiam ſic vrges: Quid de ſummà Principis potentià per actionem ipſam re ipsa exercità? Si ſeruitus actionem, quæ à potentià eſt, ligat, & ſeruitus ſummum malum eſt, ergo in actione ipsà liberà, quæ ſeruitute impeditur, (quia ſeruituti directè actio libera eſt contraria,) in libertate, inquam, illa actionis, quæ in Principibus ampliſſima eſt, erit vera felicitas. Reſpondeo opponi quidem, atque expelli alternis ſeruitutem, & liberam actionem, quippe ſibi ipſis contrarias; ſed quemadmodum oſtenſum eſt in externà ſeruitute, ideſt in impedimento externæ actionis veram non eſſe infelicitatem, ita vi oppoſitionis conſequitur nec in eiuſdem externæ actionis libertate humanam eſſe felicitatem.

CAPVT VII.

Expeditior ad bonum potentia in vità priuatà, quàm in politicà. Mali potentia nulli potentia eſt. Mali quod nolunt agunt, nihil poſſunt, nihil ſunt.

1 VErum excutiamus adhuc magis ampliſſimam hàcce, quam in Principatu affirmas eſſe quodlibet audendi poteſtatem, & euincamus, aut eam in priuato,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

priuato, ac bono viro ampliorem, aut in Principe malo nullam eam esse potẽtiam; vt & felicitatis pars potior ad priuatum deuoluatur, & maxima in principatũ infelicitas deriuetur. Nam abs te quæro: potentia ista in principatu est ne ad bonum, an ad malum? Si ad bonum, facilior est, atque expeditior in homine priuato; si ad malum, summa est impotentia. Vtramque diuisionis partem confirmo. Ac de priore quidem quis dubitet homini in principatu, hoc est in summà potestate, libertate, ac impunitate collocato, inter tot ad omne scelerum genus illicia, inter tot adulatorios cœtus, in tantà vitiatæ naturæ ad malum pronitate, difficillimum, inquam, esse viro Principi ab arctà rectæ rationis semità non exorbitare? At verò priuatæ fortunæ viro, cum plurimis, quibus principàtus abundat, ad malum incitamentis, ad bonum impedimentis careat, facillimus, atque expeditissimus, modo velit, ad felicitatem aditus patescit.

Si uerò de alterà diuisionis parte loqui lubeat, quã 2
facile est malo viro in potestate constituto malè agere, tam nobis facile nunc erit palam ostendere eam ad malum potentiam summam esse impotentiam. Ab historiarum quidem monumentis præter alios quamplurimos, de Nerone in primis.

Nouimus quantas dederit ruinas,
Vrbe flammatà, patribusque cæsis,
Fratre qui quondam ferus interempto,
Matris effuso maduit cruore,

Atque alia, quæ apud Boetium flebili cantu deplorat

Philosophia lib. 2. metr. 6. & concludit:

Heu grauem sortem, quoties iniquus
Additur sæuo gladius veneno!

Memini & illud Senecæ: *fulmen est, vbi cum potestate iracundia habitat.*

Vide grauissima verba apud Lactantium lib. de Iustit. cap. 11. quæ hic nos omittimus.

3 Quæ igitur mala possunt in potẽtià mali, in malo potentes argumenta sunt debilitatis, atq; impotẽtiæ. Nã quid istæc sunt, nisi posse labi, posse errare, posse ab effrænatis, ac belluinis cupiditatibus trahi, vinci, vincirique? posse ab se ipso intus in animo lædi, quemadmodum in corpore posse ægrotare, aut vulnerari? Quæ potentia est malè posse? Nulla profecto. nam si vere potentia sit, bona etiam, & expetenda sit; at ad malum potentia, quemadmodum & malum ipsum, expetenda non est, ergo nec est potentia; quod enim est simul & bonum, & expetendum est, quod si expetendum non est, argumento est nihil id esse. Non nego eam potentiam habere esse, sed affirmo illud esse non esse potentiæ, sed impotentiæ, quia quà potentià est ad malum non est expetenda; ac proinde nec potentia est. Sed apertius ex eo, quod mox addam, id patebit.

4 Malum nihil est, vt communis est sapientum sententia, quia malum priuatio rationalis, ac moralis (de malo enim morali loquimur) rectitudinis est. Ideo acutè, ac rectè more suo Epictetus in Enchiridio capit. 34. quod Lipsius virtutum *appellat* aluearium, *Quemadmodum*, inquit *aberrandi causà meta*

Epicteti locus obscurus explicatus.

non

non ponitur: sic nec mali natura in mundo existit. Malum igitur posse est nihil posse, & ad malum potens est impotens; & malipotentia nullipotentia est.

5 Quid quod apud Platonem in Gorgia Socrates Polo pluribus confirmat eos, qui plurimum posse in Republicà eo tempore videbantur, (nempe eloquentes, ac Tyranni) eos inquam, minime omnium posse, eo scilicet argumento, quod faciant illi quidem quidquid illis videtur, numquam tamen quod volunt efficiant. Paradoxum videtur, sed illud meam in rem sic euoluo. Nemo malum, quà malum, vult, vt libro 2. de felicitate iam à nobis affirmatum, ac firmatum est; sed malum quicumque appetit sub aliquà boni formà id apparens, ac visum appetit; qui ergo malum faciunt, faciunt non quod volunt, (bonum enim volunt) sed quod illis videtur, idest, bonum illis apparens, sub quo malum latet. Ast agere, nec tamen agere quod velis, impotentia summa est; ergo malè qui possunt, atque agunt, cũ tamen bonum uelint, nec quod uolunt agunt, nec sunt potentes.

Paradoxũ.

Eius euolutio.

6 Quin immo nec sunt, qui malorum potẽtes sunt. Malè qui possunt non solum nihil possunt, sed nec ipsi sunt. Quis credat? Ille nimirum cui ratio ipsa id suadeat, quæ hæc est. *Qui communem omnium, quæ sunt, finem relinquunt, pariter quoque esse desistunt*. Vera Boetij, seu potius Philosophiæ apud Boetium propositio lib. 4. de consol. pros. 5. & eiusdẽ: *Est quod ordine retinet, seruatque naturam. quod*

Aliud paradoxum, & eius explicatio.

verò ab hac deficit, esse etiam, quod in sui naturà situm est, derelinquit. Quæ omnia moraliter intellige. Nam homo, vtpotè rationalis naturà conditus est ab omnium opifice Deo, vt felix fieret, ipsi Deo, hoc est supremo bono, ac felicitati voluntate, ac parentià adhæreret: & *hoc est omnis homo* vt sacræ loquuntur literæ, in hoc habet perfectum suum esse rationale, ac morale, in hoc suum assequitur finem, si beatissimæ illi diuinæ essentiæ congruat, atque adhærescat. At qui male possunt, volunt, agunt, à supremo illo fine, ac bono, ad quod conditi sunt, deficiunt, ergo verè deficiunt, impotentes, atque impotes sunt veri boni, verique esse rationalis, ac moralis, à quo cadunt, ac elongantur.

7 Non equidem abnuerim esse, ac viuere eum, qui malus est homo, sed malum homini additum hominem subruit, ac destruit, simili ratione, quà homo mortuus mortis additamento hominis patitur detrimentum. Homo mortuus phisicè non est homo, deficiente potiore compositi parte, idest animo: homo malus moraliter non est homo, deficiente potiore, immo totà moralis vitæ parte, idest bono, à quo vno moralis vita est. Denique malus à summo esse, ac bono, hoc est à Deo per malitiam abit, ergo ab esse, & à vità abit; ergo cui à malo potentia est, nec vlla potentia, nec ipsum esse est.

Vide Platonem in Gorgia, & Boetium, qui ab eo: nos ab vtroque huc aliqua.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

CAPVT VIII.

Quæ sufficientia in Principatu veram felicitatem efficiat. Tum Senecæ rationes, atque auctoritates ex Aristotele pro felicitate politicà, & regià proponuntur, & explicantur.

OPpositio tertia sit: de ratione felicitatis sufficientia est, quæ veram felicitatem semper consequitur, & quà homo ita sibi sufficit, vt nullà extrà se re indigeat, abundè felix. At quæ maior sufficientia, quam quæ in Principatu est, à quo assequitur Princeps, vt non modo sibi (quod probatum est superius cap. 3.) sed etiam alijs, ac pluribus, vniuersæ denique Reipublicæ sufficiat, ac prouideat? Fieri ergo non potest quin summa sit in Principatu felicitas, in quo tanta est sufficientia.

Respondeo: Geminas hic narras sufficientias, alteram, quà sibi, alteram quà etiam alijs sufficit Princeps. Non sunt inter se miscendæ, sed altera ab alterà dirimenda. Sufficientia, quà sibi Princeps sufficit, ea est, quà felix est, atque hanc non à Principatu, sed à virtute etiam priuatà consequitur, quà quidem virtute præditus quilibet priuatus vir bonus plane felix, & plane animo sibi sufficiens, ac diues est. Altera verò sufficientia, quà Princeps alijs etiam sufficit, quamque habet à principatu, per se nec bonum, nec virtute præditum, atque inde nec felicem efficit Principem. Principum aliquis & sibi malus, & alijs

2 *Duplex in Principe sufficientia.*

alijs bonus esse potest, hoc est alijs, non sibi sufficere, rectè alios, malè se ipsum regere. Ac plerumque hæc in malis publicæ rei administratoribus re ipsa dirimuntur. Quemadmodum enim qui priuatim sibi bonus, ac sufficiens est, non statim hoc solum ipso & alijs ad bonum dirigendis aptus est, ita nec qui publicè vtilis, cõtinuo etiam sibi vtilis, ac bonus est.

Vtinam Principatus indiuisam semper haberet bonitatẽ, profectò ab omnibus sine ambitionis notà esset expetendus. Cum igitur sufficientia, quæ est ad alios, quamque habet Princeps à Principatu, non sit cum virtute necessariò coniuncta, etiam à felicitate discreta est; ergo Princeps in Principatu eã non assequitur sufficientiam, quæ veram consequitur felicitatem. Cæterum hæc subtilius discutientur, & firmius roborabuntur è mox sequentibus. Sit ergo.

4 Quarta oppositio. Felicitas ex Aristotelis, & omnium Philosophorum rectè sentiẽtium sententià est in operatione proprià hominis ex virtute perfectà. Quod lib. 1. ethic. cap. 7. planissime demonstratur. At in solo principatu eiusmodi reperitur, atque exercetur operatio. Est igitur in solo principatu felicitas. Minorem propositionem quamplurima fulciunt: nam primo siue intelligas perfectæ virtutis nomine virtutem Architectonicam, quę cęteris omnibus virtutibus præcipit, & ad quam cæteræ omnes actiones in vità humanà diriguntur, 1. eth. c. 2, & 3. polit. c. 3, viri in principatu collocati architectonica virtus est, ibidem in Polit. Siue secundo virtutem interpretere absolutissimam, aut inter cæteras præstantissimam,

In quà re moralis hominis felicitas sit.

Variæ interpretationes loci Aristotelici 1 ethicis de virtute perfectà.

Principis virtus Architectonica est.

tissimam, vt se ipse interpretatur Philosophus eo loco lib. 1. eth. c. 7. Principem alijs præstantem pręstantissima & perfectissima decet virtus, polit. lib. 1. c. 8, lib. 3. cap. 3. Siue tertio perfectam virtutem appelles iustitiam, præsertim legalem, ethic. lib. 5. cap. 1. verba Philosophi. *Atque hæc quidem iustitia virtus perfecta est.* mox: *propterea sæpe iustitia virtutum præstātissima esse videtur, vt neque Hesperus, neque Lucifer sit adeo admirabilis.* *Adde quod in prouerbiam dicimus.*

Principis virtus esse debet i gradu perfectissima.

Iustitia in se virtutes complectitur omnes.

In iustitia omnes virtutes.

Ac perfecta quidē maxime est, quia perfectæ uirtutis est vsus. Perfecta autē, quia qui eam habet, nō solū secum, sed cum altero etiam virtute vti potest. Multi enim sunt qui in priuatis rebus virtute vti possunt: in cæteris, quæ ad alium spectant non possunt. Vnde rectè illud Biantis dictum videtur. Principatus virum ostēdit, quippe cum ad alterum iam, & in societate Princeps versetur. Perfecta inquàm ea iustitię uirtus propria Principi est, lib. eodem cap. 6. *est autem qui dominatur iuris ipsius custos: at si iuris, æqui etiam.* Siue denique quarto perfectam uirtutem uelis (nec enim laboro de optimà uerborum Aristotelis interpretatione, quæ multiplex apud authores est) si perfectam esse uirtutem uelis Prudentiam, in quam unam omnes alię coniugantur uirtutes, ut probat Philosophus lib. 6. ethic. capite postremo; Prudentia ipsa speciatim principantis est propria, 3. polit. cap. 3. itemque prudentiæ præstantissima species, quæ legis positiua dicitur, proprie spectat ad Principem, 6. ethic. cap. 8.

Iustitia virtus perfecta est, &c.

Iustitia propria virtus est Principis.

Prudētia est perfecta virtus, & i qud omnes aliæ sunt virtutes.

Prudētia legalis seu politica propria virtus est Principis, &c.

Cum

Cum ergo felicitas à perfectà, & in perfectà uirtute sit, perfecta uerò uirtus, quocumque eam sensu interpretere, propria regnanti sit, dubitabis ne etiã perfectam felicitatem in solo esse Principatu? Aperte fauet Aristot. lib. 6. cap. 8. in uersione antiquà, quæ græcè philosophi scriptioni proxima est; in quà sic habet: *Est autem & Politica, & Prudentia quidem, idem habitus, esse quidem non idem ipsis.* Lambinus latialiter magis. *Ciuilis scientia autem, & prudentia sunt illæ quidem idem habitus, sed natura, quà sunt tamen, & essentia non est eis eadem.* Politica igitur, quæ ad Principem pertinet, uirtus est, quippe idem habitus cum prudentià. Quemadmodum ergo actioni principandi, ac regẽdi negare uirtutem, eamque perfectissimam prudẽtiæ non potes, ita eidem summum bonum, summamque felicitatem concedas necesse est.

5 Quinta oppositio cum Philosopho lib. 1. eth. c. 2. sic argumentor, ut demonstrem solum Politicæ finẽ, qui solum ad Principatum, & ad Principem pertinet, esse supremum bonum, & humanam felicitatem. Summum bonum, seu felicitas finis finium est, sub quem ultimum humanarum omnium actionum, ac facultatum fines reducũtur. At talis est ciuilis scientiæ, ac prudentiæ finis; ergo ciuilis, ac politicus finis, qui & Principis finis est, supremum bonorum, ac vera felicitas est. Accipe aliqua è Philosopho verba capite citato, quibus huius syllogismi propositiones, præsertim minor, comprobantur. Supremus finis, ac summum bonum *videtur esse eius facultatis, quæ*

maxime

maxime principalis, maximeque architectonica est, cuiusmodi ciuilis apparet. Quippe cũ ea sit, quæ quasnam esse in ciuitatibus scientias oporteat, tum quales quemque discere, & quousque constituat. paullò post: *Cum enim cæteris actiuis sciẽtijs hæc vtatur, quid item agendum, à quibusque abstinendum præscribat, ac sanciat, eius finis aliarum omnium fines complectetur, efficieturque vt is bonum ipsum humanum sit.* Felicitas igitur humana ex his Philosophi rationibus politica est, nam ad eam tamquam ad maius, ac *diuinius bonum*, vt ibi Aristoteles loquitur, bonum quodlibet, etiam virtutis priuatum producitur, ac terminatur. *Nam si etiam & vni homini, & ciuitati bonum idem sit, bonum tamen ciuitatis & acquirere, & conseruare maius quid, ac diuinius videtur. Ac contentus quidem esse etiam vnusquisque potest, si vni soli; pulchrius tamen ac diuinius si genti, ac ciuitatibus bonum efficiatur.* Præclarè concludit. Et nos post illum ex illo concludamus: tale bonum, & publicam eam felicitatem efficere publici publicæ rei administratoris, ac Principis munus est; ergo ad eum & maxime, & solum suprema humana felicitas pertinet. D. Thomas appendiculam addat, dum 2.2.q.47.artic.10.in corpore affirmat. *recta ratio iudicat quod bonum cõmune sit melius quam bonum vnius.* Hos nodos, mi Lector, statim ac, ut spero, breuiter, & facile tibi soluero, disputationem etiam de Principis felicitate absoluero.

Felicitas est facultatis maximè Architectonicæ

CAPVT IX.

Aliqua problematica, & paradoxa paucis proposita, & ex ijs responsiones, & conciliationes indicatæ.

1 OPpositio quarta tres habet partes: tres etiam à me, ac perbreues habebit responsiones.

Prima quod attinet ad multiplices illas de virtute perfectà interpretationes, respondeo: Singulæ suis non carent coniecturis, easque mihi ego nunc nec discutiendas, nec improbandas assumo. Tantum assero, cum verissimum sit felicitatem à virtute perfectà promanare, & perfectum principem perfectà virtus deceat, verum item esse Principem virtute perfectum; idest qui sit vir bonus simpliciter esse felicem; sed hoc est (quod in eodem capite octauo dixi) ostendere felicitatem esse in principatu, (vt aiunt) specificatiuè, non reduplicatiuè, idest principem esse felicem, quà uir bonus est, quod priuato cuilibet contingit, non quà princeps est. Nos quęrimus ecquid in actione uiri qui princeps est, quà principis actio est, idest commune bonum administrans, in eà sit felicitas.

Felicitas est in Principatu specificatiuè, vt aiũt, non reduplicatiuè.

At urges: quà princeps est uirtutem perfectam & possidet, & exercet; perfectam, quæ principem uel præcipue, uel solum addecet; iuxta quaternam

nam illam interpretationem oppositione quartà. Paucis respondeo, perfectiones illas uirtutis, quas principi non abnego, quà tales modo positæ sunt, non esse felicitatis effectrices. Neque enim quis bonus, ac felix est ex eo præcisè quod aut imperante, aut pluribus gradibus absolutà, aut alios respiciente, aut alijs prouidente virtute, seu potius facultate, sit præditus; sed quod virtute simpliciter sit præditus, etiamsi nequeat imperare, aut in solà essentià nouitiæ virtutis versetur, (quò facit illud paradoxon stoicum: *omnes felices esse æquales*, de quo aliàs) aut alijs etiam præter se, prosit, ac prouideat. Extensiones illæ virtuti extrinsecæ sunt, & sine illà possideri possunt. Nam & mali aliquando præsunt, aliquando prosunt, ac prouident alienis commodis, aliquando etiam falsà quadam animi obnitentià firmatos hæroicæ virtutis gradus imitantur. Perfectiones igitur illæ non per se, sed vt alicubi loquitur Buridana, *suppositiuè* virtutes sunt, hoc est virtutem supponunt, sed necessariò illi non adhærent. Nec felix quisquam est sine bonitate, nec bonus sine virtute est. Nec virtus est ex eo quod aut imperet, aut gradu perficiatur, aut alios spectet, aut plures habitus genere vno complectatur; sed est virtus ex eo solum quod verum bonum eligat; cætera omnia extra virtutis essentiam sunt, & accessoria.

Vnde virtus sit.

Secunda responsio est circa interpretationem 3

quartam in quartà oppoſitione in quà interpretatione affirmatur politicam eſſe prudentiæ ſpeciem, ac uirtutem. Circa quàm propoſitionem plura olim perſcripſeram, quæ tantum nunc leuiter, ac breuiter indicare, ac problematicè, nihil aſſerendo, proponere libet; ut habeas à me reſponſiones in ſententijs etiam, quæ contrariæ uidentur; & ut uiuidioribus ingenijs rimula aliqua fortaſſe aperiatur ad aliqua παράδοχα non tam uerborum, quàm rerum; verbi gratia ſi quæratur non an uirtutis, ac prudentiæ nomen etiam politicæ conueniat; ſed utrum habitus politicæ ſit diuerſus, ac diſtinctus re ipsà ab habitu uirtutis, ac ueræ prudentiæ.

Quid ſi ergo quis eius eſſet ſententiæ, ut negaret politicam eſſe ueræ prudentiæ, ac uirtutis ſpeciem? ob eam (miſſis alijs) potiſſimum rationem, quæ elicitur ex Philoſopho libro 2. ethic. capite ſexto, & ex interpretatione Diui Thomæ 2. 2. quæſtione 123. articulo primo, in corpore, cuius hæc uerba ſunt: *Virtus eſt, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit, vnde virtus hominis, de quà loquimur, eſt quæ facit bonum hominem, & opus eius bonũ reddit.* Sed politica, ſeu regnatiua, quam uocant, non efficit per ſe bonum uirum, multi enim aliquãdo extiterunt, (vt priſca, & noſtro etiam æuo prodiderunt exempla,) optimi politici, ſed peſſimi homines, qui deprauatos alienos mores corrigerent, ſuos ipſi deprauarent, qui publicam rem optime adminiſtrarẽt, priuatis animum uitijs cõtaminarent. Vnum memineris

Ratio cur aliqui negẽt politicã eſſe verè prudẽtiam, aut virtutem.

neris Hannibalem hominem in pace intemperantem, virum in bello fortiter, ac bene induperantem. Syllam, Marcum Antonium, atque alios alijs bonos, sibi malos tibi annalium prodent monumenta. Ac fere assolet vt strenua, & publico bono apta ingenia magnorum aliquando priuatim vitiorum vitientur confinijs. Qui vero vir bonus non est verè prudens nullo modo est, vt demonstrat Philosophus lib. 6. ethic. cap. 12. qui caput illud ijs verbis concludit: *quare non posse quemquam prudentem esse, nisi bonus sit manifestum est*. Politica ergo, quæ bonum quidem fortasse politicum præstare ipsa potest, bonum virum per se non potest, (quod proprium veræ prudentiæ, ac virtutis est,) erit ne prudentia, siue prudentiæ species? An etiam Philosophus pro hac sententià est libro sexto Nicomach. capite octauo dum politicos, non prudentes, sed *negotiosos* appellat?

Nō est prudēs quisquā nisi & idem bonus.

5 At esset ne cum hac doctrinà ab Aristotele deficere si quando politicam inter species prudentiæ reponere videtur, ac sub genere prudentiæ monasticam, œconomicam, politicam collocare? An responderi posset eodem modo Philosophum esse intelligendū, quo cum lib. 3. moralium Nicomach. & lib. 8. & 9. tres etiam appellat amicitiæ species, & plures alias fortitudinis; paullo post tamen cum rem pressius discutit vnicam veram amicitiam, vnicam veram fortitudinem demonstrat, eam scilicet solam, quæ uel amat, uel aduersa fert propter solam honestatis electionem? sic etiam eam solam esse vere pruden-

Vnica amicitia, & fortitudo.

Quo sensu interpretentur aliqui politicã esse speciem prudentiæ.

prudentiam, & virtutem, quæ eligit verum, & supremum bonum, & medium verum virtutis, quod ex Aristotele est *ad nos, & bonum faciens habentem*, qualis est per se sola monastica? Nam quod ad œconomicam, & politicam pertinet, experimentum quotidianum, (quod vti inconcussa demonstratio negari non potest,) non ne docet optimos aliquando œconomicos, aut politicos pessimos esse viros? quemadmodum & in amicitià plurimum amant plurimi, sed pessime moraliter, idest propter vtilitatem, vel delectationem; grauissima tolerant aliqui propter vana, & per se non honesta; atque ideo illi optimi amantes sunt, non amici; hi vero optimi toleratores, non fortes appellandi sunt.

6 Iuxta ergo prædicta respondendum esset, etiam si tibi assentiar politicam ad principem propriè pertinere, & concedam politicæ ad alios habitum perfectisimum in aliquo principante, non tamen inde sequi eum habere speciem in se veræ prudentię, nec cõtinuò esse felicem, sicut nec bonum. vt ergo callere potest regnandi artem, & optimè bonum alienum publicum administrare, tamen sibi malus esse potest, & carere habitu bonum simpliciter faciente, (quæ veræ prudentiæ carentia est,) sic & verà carebit felicitate.

7 Reliquus est in eadem quartà oppositione locus Aristotelis affirmantis eũdem esse & politicę, & prudentiæ habitum. Vnde fit vt princeps à politicà per se sit felix, quia sit ab habitu politicæ uerà prudentiæ uirtute præditus, uerèque bonus. Hìc etiam, mi lector,

ctor, quamplurima miſſa facio, quibus hæc olim agitaram, & nunc paucis rem indico, quantum ſcilicet neceſsitas oppoſitionis poſtulat, nec quaſi aſſerens, ſed quaſi apponens, ut ſi quid tibi ſapiat, arripias, aut etiam pro libito totum abijcias. Vide quam bonã fide ſim acturus, qui tuam oppoſitionem etiam corroboraturus ſum, ut è ſequentibus patebit.

Nam (quæ tertia eſt reſponſio) ſi quis per modum 8 paradoxi, & quaſi contrariæ priori ſententiæ cenſeret *Paradoxũ.* eſſe aliquando politicam, & prudentiam eundem habitum ſpecie infimà, & ſimul eſſe diuerſos ſpecie habitus? eundem ſpecie morali, ſeu virtutis, ut docet Buridana de omnibus uirtutibus; diuerſos ſpeciẽ phyſicà, ſeu materiæ atque obiectorum, circa quæ ualde diuerſa politica, & prudentia, ſingulæ ſeorſim uerſantur? eundem ſpecie habitum, an quia ex Buridanà, omnis uirtutis ſupremum obiectum, & finis ultimus, unde bona, & uirtus eſt, eſt congruentia cũ rectà ratione, ſiue cum Dei uoluntate; qui quidem finis unus, atque idem ſpecie infimà eſt in omnibus materijs uirtutum, & quem eundem finem attingũt & habitus, & operationes tum prudentiæ monaſticæ, tum politicæ quando ueræ uirtutes ſunt? diuerſos uerò ſpecie Phyſicà, an quia materiæ, & obiecta phyſica, circa quæ uerſatur prudentia priuata ſuas peculiares habent difficultates, ac laudes, itemque politica ſuas; quæ ita diuerſæ ab ſe ipſis ſunt, ut qui habitũ contraxerit circa priuatæ uirtutis materias bene diſponendas, non tamen ſit continuo aptus ad publica rectè adminiſtranda; & contrarià etiam ratione plerique,

Ratio Buridanæ cur omnes virtutes ſint vnius ſpeciei moraliter.

Cur diuerſæ ſint ſpecies politicæ, & prudentiæ priuatæ; itẽque aliarum virtutum.

rique, qui publica, & aliena facilè, ac rectè dirigant, difficile tamen, aut etiam plerumque nullo modo priuatæ uirtutis, & conſcientiæ bonis conſulant; ut in utriſque materijs docent creberrima exempla, & experientia? Si quis ergo prædicti paradoxi priorem partem, ac ſententiam cum Buridanà obtineret, non ne difficilius oppoſitionem diſſolueret aſſerentem in Principe ueram eſſe felicitatem, quia in eo ſit prudentiæ uirtus, cuius uirtutis idem etiam ſpecie infimà (ex ſuppoſito paradoxo) habitus ſit cum politicà?

9 Verumtamen is nodus etiam prædicta ſentienti propoſitus an non facilè ſolueretur ex alterà & poſteriore paradoxi parte? nempe ſiquis diceret: Politicæ habitus, quem in Principe aſſeris, uel eſt cum uirtutis habitu coniunctus, uel ab eo diuiſus, ut in pleriſque publicarum rerum peritiſsimis, conſcientiæ uerò, ac uirtutis priuatæ negligentiſsimis aliquando accidit. Si cum uirtutis habitu coniunctus eſt is habitus politicus, etiam ſi qui Buridanicę ſunt concederēt tunc eſſe eundem ſpecie morali virtutis cum habitu veræ, & virtuoſæ prudentiæ monaſticæ, tamen diſtinguerent, atque affirmarent Principem eſſe felicem ab habitu virtutis cum politicæ habitu coniuncto, non verò ab ipſo politicæ habitu, qui, vt prædictum eſt, & experientia docet, poteſt eſſe abiunctus à virtutis habitu, & bonitate, ac proinde etiam à felicitate.

10 *Conciliatio contrariarū ſententiarū.* An ex propoſito paradoxo facile conciliare quis poſſet oppoſitas inter ſe Buridanæ, & ſcholaſticorum aliquorum ſententias, vt ille quidem affirmet politi-

cam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

cam, & prudentiam re, ac substantià eundem esse habitum, identitate, vt aiunt, habitus moralis; hi vero asseuerent diuersos esse habitus politicum, & monasticum prudentię, diuersitate scilicet physicà à diuersis materijs, & obiectis, circa quæ vtraque versantur?

An etiam hinc dissolui possunt nubeculæ illæ in politicis Aristotelis, præsertim lib. 3. quæ ualde vidētur officere nonnullis, præsertim Illustriss. Caiet. in com. in ar. 11. quæst. 47. 2. 2. D. Th. quonam scilicet modo eadem sit virtus viri boni, ac boni ciuis? quo etiam pacto cum virtus Principis, & subditi specie differant, immo sint opposita regere, ac regi, eadem tamen virtus esse queant? 11

Eadem virtus viri boni, et boni Prīcipis; viri boni, et boni ciuis; quomodo, ex supradictis.

Hactenus ad quartam oppositionem quàm potui breuissime licuerit indicasse quì responderi possit etiā in paradoxicis, & problematicis, & quodammodo contrarijs sententijs. Nunc iam ad quintam, & vltimam oppositionem gradum faciamus —

CAPVT X.

Humana felicitas sit ne bonum politicum, an ethicum.

— IN quà quidē oppositione speciesissimū est firmamentū eorum sophismatum, quibus pseudopolitici nitūtur statuere dominationem politicam, quā vulgo *statum, seu rationem status* vocant, esse supremum omnium bonorum cæteris alijs omnibus bonis anteponendum. Nullà ratione committendum est vt telum tam lethale, ac perniciosum rebus 1

Hic neruus falsæ politicæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

publicis, ac Principibus, & contra ipsum naturæ lumen immissum, sine repulsione à nobis excipiatur. disiectis errorum tenebris clarà in luce, breuiter saltem, patefaciendum est, quàm verum id oraculum sit: *quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur: aut quam dabit homo commutationem pro animà suà?*

2 Obiectio igitur quinta erat, & quęstio (siue politicam prudentiæ, ac virtutis speciem affirmes, siue neges) sitne in politico bono summum hominis bonum, ob ea scilicet, quæ in nos illata sunt in fine capitis octaui? Vt respondeam, en ex ipso aduersariorum fundamento contra illos sic obstruo.

Quemadmodum tibi politicus finis potissimus videtur, quia post priuatam bonitatem superest, vt bonus etiam sit quispiam in commune, & ad alios; ita & ego pariter affirmo, tibi, etiamsi optimus sis politicus, ac Princeps, & optimus alijs, vlterius progrediendum esse, vt ethicam etiam probitatem assequare, & non modo bonus politicus, sed præterea bonus vir simpliciter fias. Quin & addo si bonum honestum ethicæ virtutis, & bonum alienum ac publicũ ita contendantur, vt alterum alteri cedat necesse sit, alienum potius, etiam publicum, abijciendum esse, ac posthabendum ethico bono conscientiæ: id enim est quod tamquam probatissimum axioma sępius audisti: nec leuiter quidem mentiendum, etiamsi de publico bono agatur. *Quid prodest homini si vniuersum &c.* ac si dicat: quid prodest politicum bonum sine ethico? Quid obest bonum ethicum, etiamsi abiun-

Bonum etiã publicũ debet cedere bono priuato conscientiæ, &c.

Notate pseudepolitici.

abiunctum sit à politico? ergo potius est bonum ethicum sine quo politicum non prodest; & bono politico bonum ethicum tamquam vlterius ac superius imponendum, ac præponendum est.

Denique si tibi etiam de ethicà affirmarim, quod tu de politicà, scilicet eam esse maxime omniũ practicarum scientiarum, aut prudentiarum architectonicam, & illi œconomicam, & politicam, & quascũque alias practicas subalternari, recte affirmarim, & cum ratione, & cum authoritate Eustratij, & Buridanæ Philosophorum, tum antiquitate tum sapientià è primarijs moralis collegij. Lege, amabo mi lector, vt facilius nobis assentiare, quæ nobiscum sentiunt citati authores, tum Eustratius quasi in fronte proemij in lib. 1. ethic. tum Buridana lib. 1. in eth. q. 6. Qui quidem posterior Philosophus citatà quæstione ijs verbis suam claudit sententiam: *& ita patet, quod ethica est de vno homine, non vno solo, sed vno communiter, & indifferenter ad omnes accepto. Oeconomica autem, & Politica sunt de pluribus, quia de hominibus distinctis secundum gradus, & status diuersos ad ordinatam cohabitationem, & cohabitantium, vitam decentem, & sufficientiam requisitos. & ex his iam patere potest quod ethica prior est, & vtilior, quàm œconomica, & politica, & quod eas sibi subalternat*. Paria his habet idem Buridana in proemio eiusdem lib. 1. quæstionum ethicarum.

Ethicæ subalternantur œconomica, & politica.

Ethica quo sensu sit de vno homine; œconomica vero, & politica de pluribus

Audi hæc.

Quid ergo Aristoteli, Diuo Thomæ, atque alijs re- 4
spondebimus bonum politicum monastico anteponentibus tamquam minori maius, arctiori latius,

bono melius? Respondebimus primò vniuersim quod Seneca epist. 74. docet. *modo latius virtus funditur, regna, vrbes, prouincias temperat fert leges, colit amicitias, inter propinquos, liberosq; dispensat officia: modo arcto fine circumdatur paupertatis, exilij, orbitatis: non tamen minor est si ex altiore fastigio in priuatum, ex regio in humilem subducitur, ex publico, & spatioso iure in angustias domus, vel anguli coit. Æque magna est etiamsi in se recessit, vndique exclusa* quà formà? quæ apud eundem Philosophum paullo superius: *Vtrum maiorem, an minorem circulũ scribas ad spacium eius pertinet, non ad formã, &c.* ex quibus verbis hæc accipe. Bonum politicum est maius, sed non magis bonum, quàm ethicum, latius quantitate, non melius essentiæ qualitate, seu quidditate. Ad plures diffunditur, sed ea diffusione præcise veram bonitatem, quæ bonum, ac felicem hominẽ alijs imperitantem efficiat, non adauget.

Locus illustris, & sapienter distinguens in Senecà.

Secundo speciatim singula è Philosopho argumẽta aduersariorum lib. 1. ethic. capit. 2. dum interpretor, facile diluo. Nam verum quidem est supremum humanum finem, ac bonum esse facultatis maxime inter humanas practicas architectonicæ; sed nego principem illam architectonicam esse politicam, seu ciuilem, & affirmo ethicam esse, seu moralem, cui politica, & aliæ, vt docent citati Philosophi, subalternantur.

Architectonica inter humanas facultates omniũ princeps est ethica, non politica.

Nec ex eo quod politica *præcipiat quæ scientiæ, aut artes esse debeant in ciuitate, et sibi quasi administras habeat Rhetoricam, et militarem*, inde conficitur

Ciui-

Ciuilem esse supremam practicarum scientiarum, quia ut inferiores illas facultates sibi subijcit, & illis præcipit, sic ipsi politicæ superior est moralis, illique præcipit, ut quæcumque ad bonum politicum externum tendunt ulterius ducat ad interna uirtutis bona, & uirum politicum bonum, etiam bonum uirum simpliciter, & absolutè reddat. lib. 1. c. 2. nō ciuilem, sed cum addito: *ciuilem quandam* appellat ethicam scientiam, idest è doctorū interpretatione, ciuilē extensione, &c. ut prædictum est.

Preterea cum Aristoteles iactat Bonum ciuile *maius esse ac diuinius*; quod idem Diuus Thomas, & alij 7
affirmant; scito nec nos id infirmare, sed tantum tibi, mi lector, indicare, ut uerba ipsa attendas, quæ de extensione boni, dum *maius* dicunt, loquuntur; & *diuinius* ibi positum esse pro *latius*, *uniuersalius*. quemadmodum Deus prima, & suprema causarum ad omnes penè infinitarum rerum effectus diffunditur. Ac præterea ibi comparant bonum politicum cum bono *unius*, idest monastico, non cum ethico, quod sibi subalternat politica, œconomica, monastica bona.

Ciuile bonū maius ac diuinius quì.

Nec pro bono politico mentiendum.

Saluà hàc regulà interpretare Aristotelē hìc si potes fortasse aliter, ac melius, quā nos.

Rationes igitur Aristotelis, & nostræ pro uero ualent, & pro bono supremo humano, ac uerà felicitate; sed Aristoteles de boni externà quadam ad plures profusione, si comparetur cum monastico, nos de boni ethicà, & internà essentià, naturà, & qualitate loquimur, à quà interiore boni essentià bonitatem induit quodlibet aliud externum, ac profusum bonum, quale est politicum: Atque ideo stet fixum su- 8

Ecce cōcordia in hac quæstione.

premum

premum finem, ac bonum humanum ethicum esse, non politicum, nec felicem ex politicà administratione esse Principem, sed in ethicæ tantum virtutis actione.

9 Ab his corollarij loco accipe, sententiam Aristotelicorum verborum eo cap. 2. lib. primi eth. sępius citato, quibus affirmat *idem esse bonum vni homini, & ciuitati* germanam ac veram esse, idem bonum morale intendi ab ethicà, siue monasticà, & idem à politicà, scilicet ex virtute feliciter agere, quod sæpius Aristoteles ostendit in politicis. Itaque bonum politicum, quà præcise tale, idest vtilitas, & tranquillitas communis, bonum inquam plurium vlterius ordinandum esse ad simpliciter bonum, idest ad bonum virtutis, quę singulis ciuibus inseratur, à quà illi bene, ac beat, tum priuatim, tum publicè degant. Quò facit locus Senecæ paullo ante citatus de eadem virtute modo in urbes, & campum prodeunte, modo latente.

Idem bonũ vni homini, & ciuitati quo sensu?

Plura alia hìc missa facio, quæ in hanc sententiam disputaram.

10 Sit ergo hæc clausula totius disputationis de felicitate in Principatu. Si, vt demonstratum est, principatus ad summum res adiaphora est, & periculosa potius, quàm ad verum bonum conferens; si non minus eà vel male, uel bene vti potes, quàm indifferentibus alijs virtutum materijs. Si quod bonum in principatu est, totum ab interiore hominis virtute est; si denique summum bonum, ac felicitas non sunt politica; quid est, quod rectæ conscientiæ, ac virtuti, vt cætera externa bona, non posthabeatur principatus?

Cõclusio seria ad vtilitatẽ, et praxim ex hisce disceptationibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

tus? quis est qui vim naturalis rationis effugere possit, vt non videat cum agitur, aut de conscientià, & virtute, aut de principatu amittendo, quis inquam dubitet an summum bonum, quod est in virtute, pręstare debeat Principatui? an cedere Religioni principatus debeat? an lumini naturæ repugnent pseudopolitici, Machiauellistæ, & si qui alij damnati authores Tyrannorum, non regum, institutores?

Nescitis cupidi artium
Regnum quo iaceat loco.

Paullo post in Paræneticis vos docebo.

CAPVT XI.

Fragmenta in quibus explicationes, & nodi circa aliquot insignia, & vtilia Aristotelis loca de Prudentià, præsertim politicà.

QVemadmodum in primà nostri huiusce Lycei parte habes fragmenta ethica; ita hìc etiam paucula quædam dabimus, quæ nobis è prolixioribus olim disceptationibus de felicitate politicà superarunt. Visum est ea cum alijs nostris non abijcere, quia nostra non sunt, sed Philosophi, hoc est (vt cętera eius viri sunt) doctrinæ, atque vsus plenissima. Nos tantum aut nodos, aut explicationes nostras addidimus, vt eorum locorum vel difficultas, vel utilitas parum aliquibus perspectæ magis apparerent: est igitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

FRAGMENTVM I.

Quid sit Prudentia?

Definitio prudētiæ ab Aristotele.

PHilosophus lib. 6. eth. ca. 5. definit: *necesse est prudentiam habitum esse cum ratione vera actiuum circa ea, quæ humana bona sunt*: recte ait, *cū rectà ratione*; nam ut idem Philosophus contra Socraticos disputat eodem lib. 6. eth. cap. 13. cum uera prudentia sit uirtus, & sit *virtus non tam secundùm rectam rationem, quàm cum rectà ratione habitus*; idest cum nō satis sit ad uirtutem rationi consona, & recta agere, sed opus sit præterea rectè agere recta; non secus ac dixit alibi: *non est iustus qui iusta, sed qui iustè agit*. pari etiam ratione non est bonus ac uirtute preditus, nec prudens qui bona, & quæ ad rectam rationē sunt, eligit, nisi ex omnibus circumstantijs, præsertim ex honesto fine, & amore solius uirtutis, & non solum bona alijs, sed & sibi ex regulis rectæ rationis conuenientia deligat. Bonum enim, seu medium, quod eligit uirtus ex eodem Philosopho, est *medium quoad nos*, quasi dicat: in primis spectādum est ut agenti cōueniat moraliter ipsa actio. quod est nō solum ad rectam rationem, sed etiam cum rectà ratione agere, idest cum conuenientià quadam morali rectæ actionis cum ipso subiecto. Prudens igitur est qui nō modo quæ sunt prudentia, & ad prudentiam, sed & prudenter, & cum prudentià peragit; & ipsa prudentia non tam ad rectam rationem, quàm cum rectà ratione,

Virtus quid sit.

Ad praxim veræ virtutis hæc nota.

Mediū virtutis quale sit.

Quid differāt agere ad rectā rationem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

ne, seu *recta ratio est agibilium*, vt D. Thomas Philosophus alibi definiunt.

Prudentiæ alia definitio ex D. Thomà.

FRAGMENTVM II.

Item de Prudentià.

QVid est apud Philosophum lib. 6. c. 5. quod ait. *Artis est virtus, prudentiæ autem minime?* hoc est, prudentiæ non est virtus. ea verba, & commentatores valde torquent, & à commẽtatoribus durè torquentur. Mitto inanes has pugnas. Commodè, ni fallor, sic ego interpretor. *Prudentiæ non est virtus:* idest vera quidem prudentia ipsa est virtus, quæ animo ad verum bonum cognitionẽ mediorum aperit, & appetitionem imperat; *prudentiæ tamen ipsius nõ est virtus*, idest ipsa est suprema regula rectè agendorum, siue eligendorum in humanà vità, nec habet virtutem vllã moralẽ circa materias eligendorum sibi superiorem, à quà rectitudinem electionis accipiat ipsa; sicut regulæ non est regula; omnis enim virtutis materia rectitudinem electionis mediorum ad verum bonũ accipit à prudentià; at omnis ars in humanà vità etiam cum opus ex regulis artis optime condiderit, habet adhuc superiorem regulam, à quà altiorem accipiat bonitatem; nempe habet supra se prudentiam, quà opus ab arte rectè factum, rectum etiam fiat à verà prudentià, vt qui fecit non modo bonus artifex, sed etiam prudens, ac bonus vir simpliciter appelletur. exemplum accipe in arte poeticà cuius est virtus,

3 *Verba philosophi nodosa.*

Quid sit: prudentiæ non virtus?

In omni materià virtutis rectitudo electionis mediorum est à prudentia.

Quid sit: Artis est virtus.

Nota, & distinque in hoc exẽplo duo diuersa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Artis poeticæ virtus est, quì?

& prudentia; ideſt cum optimum ex eâ arte poema condideris, optimus quidem fueris poeta; ſed adhuc vlterius progrediendum eſt, & optimæ artis poeticæ præterea eſt prudentia, ſcilicet videndum tibi etiã erit vt nõ ſolũ ad rerũ naturas rectè imiteris, ſed etiã vt ad prudẽtiæ regulas bonos mores, ac honeſtos imiteris. Quòd cũ feceris, non habet ea actio ſic à prudentiâ iam recta vnde vlterius à ſuperiore virtute regulã rectè in humanâ vitâ eligẽdorũ, atque agẽdorũ accipiat; nã veræ prudẽtiæ, ac virtutis nõ eſt virtus.

FRAGMENTVM III.

De rectâ Philautiâ.

CVm Ariſtoteles lib. 6. Moralium nicomach. capit. 8. ſic ſcribit: *prudens eſt qui ſua curat; ciuiles autem negotioſi*, non ne damnatam à Platone Philautiam, atq; omnium humanorum malorum fontem appellatam videtur inuehere, quà homo ſe ſolũ amet, ſibi ſoli ſapiat, & vt Aſpẽdius ille Cytharœdus *ſibi intus*, quod prouerbio iactatur, *canat?*

Duplex philautia.

5 Platoni præceptori ſuo diſcipulus reſpondet Ariſtoteles lib. 9. eth. cap. 8. dum geminum ſui amorem diſtinguit, alterum ad bona non bona exteriora fortunæ, corporis, &c. alterum ad bonum virtutis, quod monaſticum eſſe aliâs iam explicaui; atque affirmat, ac ibi demonſtrat bonum virum, ac felicem, qui verè prudens eſt, bonum eſſe ſui amatorem, ſeu potius ſibi verè amicum, prauos vero homines prauè eſſe philautos,

Solus vir bonus eſt verus ſui amator.

lautos,

lautos, ac sui hostes intestinos. Caput illud plane morale est, & accurate legendum, & in animum practicè demittendum homini veram felicitatem adamãti. Itaque cùm Aristoteles prudentiam veram esse vult, quà quis sibi in primis est prudens ac prospiciẽs, de verà sui philautià intellige. Quod vero idem Philosophus vocat politicos, non tam prudentes, quàm *negotiosos*, vt locum rectius intelligas è textu græco accipe: *οἱ δὲ πολυτικοὶ πολυπράγμονες*, politici *multifici* siue *satagij* vt ait Seneca, et *φιλοπράγμονες*.

FRAGMENTVM IV.

Nodus in verbis Philosophi de politicà, & prudentià.

Difficile admodum est locum Philosophi, quem mox proponemus, ita explicare, vt omnem auferas dubitationem ijs, qui res, non verba, in Philosophis perscrutantur. Nos, nostris hìc nunc ommissis, magnorum scholasticorum explicationes, & nostras tantum dubitationes ad eas apponemus, atque alijs arbitrium ad meliora, si quæ occurrant, permittemus, ne si censores esse velimus inter tot proceres Philosophiæ iustã temeritatis censurã subeamus.

Igitur Aristotelis verba sunt lib. 6. moralium nicom. cap. 8. statim initio: *Atque est quidem & ciuilis, & prudentia idem habitus, essentia tamen ipsis eadem non est*. legendi præter Commentatores alios ad cap. 8. lib. 6. eth. Aristotelis, in primis Eustratius, & D. Th. lect. 7. in ethic. & 2. 2. q. 47. ar. 11. Caiet. ibidem: Bu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

ridana libro 6. q. 14, & 21. item lib. 5. q. 4. Burleus trac. 2. ca. 5. Nostri Valent. in 2. 2. disp. 4. q. 3. pun. 2. Lessius de uirtute prudentiæ lib. 1. cap. 2. dub. 1.

Sit igitur quæstio: an idem habitus sint Politica, & Prudentia? rationes vtrinq; urgent, præcipuas breuiter accipe, nõ nostras, sed ex citatis authoribus. Nã pro parte negante primo diuersa specie sunt obiectũ politicæ, ac prudentiæ, nempe illius bonum commune, plurium, Ciuitatis; huius priuatum unius; ergo & habitus diuersi ad eos fines. Secũdo peculiaris est difficultas, & diuersa laus prudentis circa propria, & politici circa publica bona, & plerique prudẽtes in proprijs, imprudentes in publicis apparent, donec habitum etiã politicum induãt; ergo diuersi sunt habitus prudẽtiæ atque politicæ. In moralibus enim ex Philosophi, & Doctorũ cõmuni sentẽtiã diuersa, & ĩsignis difficultas, ac laus satis sũt ad habitus multiplicãdos.

Rõnes cur politica, & prudẽtia nõ sint idẽ habitus.

Pro parte uero affirmante, primo Idem atque unicus supremus finis est ueræ prudentiæ, ac ueræ politicæ, scilicet supremum bonum hominis (quod si supremum est, etiam unicum est) à uarijs etiam alijs uirtutibus in uarijs materijs intẽtum. Aristoteles sępius & asserit, & probat præsertim initio lib. 1. polit. finem politicæ esse τὸ εὖ ζῆν, dirigere ciues ad honestã ex virtute vitam, & ad veram felicitatem. At idẽ spectat & Prudentia, & quęlibet alia virtus. Quare optime 1. eth. c. 2. *et vni homini, et ciuitati bonũ idẽ*. Secũdo. li. 3. polit. c. 3. probat eandẽ esse virtutẽ boni viri, & boni principis, at viri boni virtus, quà à virtute boni principis vir bonus est diuersus, priuata prudentia est,

Rationes scholasticorũ aliquorũ cur politica, & prudentia sĩt idem habitus
Nota verba illa: Idem, vnicus finis supremus omniũ virtutum.
Finis politicæ quis.
Idẽ bonum & vni homini, & ciuitati.
Eadẽ virtus boni viri, et boni principis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

est, politica est, ergo idem sunt politica, & prudentia.

D. Thomas lect. 7. sic *Prudentia, & politica sunt idem habitus secundùm substantiam, quia vtraque est recta ratio rerum agibilium circa humana bona, vel mala, sed differunt secundùm rationem. Nam prudẽtia est recta ratio agibilium circa vnius hominis bona, vel mala, id est sui ipsius, politica autem circa bona, vel mala totius multitudinis ciuilis.* At in summà Theologicà, parte, quęstione, & articulo citatis vbi ad primũ respondet, sic habet. *Philosophus non intendit dicere quod Politica sit idem secundùm substantiam habitus cuilibet prudentiæ, sed prudentiæ, quæ ordinatur ad bonum commune: quæ quidem prudentia, dicitur secundùm communem rationem prudẽtia, pro vt scilicet est quædam ratio recta agibilium. dicitur autem politica secundùm ordinem ad bonum commune.* 10 *Duplex interpretatio D. Thomæ ad verba Philosophi.*

Cũ Buridanò videntur aliqui asserere prudentiã, & politicã re, ac substantià eundẽ esse habitũ, sed ratione formali, seu formalitate (vt loquũtur) obiecti nouã speciẽ habitus nõ inducẽte, differre. sed hos repellũt rationes partes negãtis nẽpe peculiares difficultates, & specificę rationes in obiectis, puta boni cõmunis, & boni priuati, quæ cogunt fateri peculiares, ac specificos esse habitus magis inter se, quàm sola ratione diuersos. 11

D. Thomas in summà vult eosdem esse genere. Caiet. ibidem, & cum eo alij eosdem esse subiecto habitus prudentiæ, ac politicæ fingunt. At quis de hac generis, aut subiecti dubitet identitate? quis ambigat non solum prudentiam, & politicam, sed omnes 12 *Prima ratio partis affirmantis est contra has interpretationes.*

etiam

Omnes virtutes sunt idem genere.

etiam alias maxime diuersas inter se morales virtutes easdem esse genere? quis nesciat species omnes esse genere vnas, & easdem? nihil noui, aut præcipui, aut reconditi protulisset Philosophus, si cum eandē esse politicam, & prudentiam affirmauit, eandem genere voluisset. Multo vero minus admittendum est de identitate subiecti. hæc enim ratione omnes ha-

Subiecto idē sunt diuersissimi habitus.

bitus intellectiui idem erunt habitus, quia eidem potentiæ intellectiuæ insident. & virtutes omnes morales, quæ in appetitu sedem habent, idem erunt habitus, quia in eadem appetitus potentiâ sunt collocatæ. at si quis hæc dicat, profecto nugetur potius, quã philosophetur. Affert Buridani, & alias Aristotelici eius loci interpretationes, quas vt affectatas, & à morali negotio semotissimas merito reijcit.

Nodus alter in philosopho de iustitià priuatà, et legali.

13 Penè geminus in eodem Philosopho locus est lib. 5. cap. 1. de iustitià legali: *Quod vero virtus, & iustitia hæc* (idest legalis) *differat, ex dictis patet, vtraque enim eadem est, esse tamen vtrarumque non est idem, nam quatenus spectat ad alterum iustitia, quatenus talis quidem est habitus virtus simpliciter est.*

Alias nostram sententiam protulimus, nunc tiam expectamus ò lector.

14 Cũ igitur firmissimis viribus vtrinq; rationes premant, tum eæ, quæ eundem aliter quã genere, aut subiecto, tum eæ quæ diuersum specie habitũ prudentiæ, & politicæ ostendunt, dic age, sapiens mi lector, ecquid aliud censeas præter prædicta? etiã nos id tibi nunc inuestigandum relinquimus. Vale. Sed tamen ad parænetica scholasticis deprӕliationibus vtiliora mecum hinc iam progredere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

PARÆNESES
DE
REGNO INTERIORE
A
VIRTVTE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

aliquid externum, cuius immoderatam appetitionē quisquis ab se abscidit, omnem ansam, quà in seruitutem trahi possit, incidit, & liber regnat. Talem dat nobis idē Epitectus dissertat. 26. lib. tertij apud Arrianum, cum ait: *Diogenes fuit liber. Quì sic? non quod ex ingenuis esset ortus (neque enim erat,) sed quod ipse esset ingenuus: quod omnes seruitutis ansas abiecisset; neque erat vlla ratio, quà quis eum aggressus prehenderet, atque in seruitutem traheret. Omnia habuit solutissima, omnia à se ipso pendentia.* & plura in exemplum, quæ ibi lege. Ansa nostra noster amor est: In alienas manus deueniemus, si aliena amemus. Hanc ad rem morali cantu Boetium lib. 1. m. 4. solatur, ac monet philosophia:

Ansæ quibus trahimur cupiditates sunt externorū.

Nec speres aliquid, vel extimescas

Scilicet externorum, atque alienorum, nam sic:

Exarmaueris impotentis iram

Fortunæ, uel cuiuscumque te in seruitutem captātis.

At quisquis trepidus pauet, vel optat,

Nectit, quà valeat trahi, catenam.

En nostras à nobis catenas.

Omnia uincit amor uinciendo. sed finis sit huic monito ab Epicteto citatà dissertat: *Quis prohiberi non potest? qui nihil alienum desiderat. Quæ vero sunt aliena? quæ penes nos nō est uel habere, uel non habere, neque qualia, aut quemadmodum affecta esse uellemus. Eorum si quid tamquam proprium te delectarit, pœnas dabis, vt eum decet, qui res alienas concupiscit. Hæc ad libertatem via ducit, &c.* Hanc teramus, quæ uia uerè regia ad uerum animi regnum nos ducet.

Quis liber, & quæ aliena.

Sed & tertium ad idem adminiculum à Pythagorici præcepti sequelà; ἕπυ θεῷ, sequere Deum. Cui agnatum, apud Philonem lib. *de probi viri libertate* Sophocleum illud.

11 *Deus mì princeps, non vllus mortalium. re verà solus liber est qui solum Deum sequitur immo: vt equidem sentio, imperium habet in terrestria tãquam immortalis, summique regis mortalis vicarius.* nam *in regno nati sumus* (effatur Seneca) *Parère Deo libertas est.* Audi, lector, admirare, venerare tamquam è Cœlo lapsa, quæ de se fatetur Epictetus citatà dissertatione. *Ego vero numquam volens prohibitus sum, nec coactus nolens. Quo pacto istud fieri potest? Appetitum meum obedientem præbui Deo. vult ille me febricitare? uolo et ipse. vult me aliquà re potiri? volo et ipse. non vult? nolo. Mori me vult? mori igitur volo. Quis adhuc me prohibere potest contra meam sententiam, aut cogere? &c.* lege, lector, si me, immo si te, amas, quæ ibi consequuntur.

Tertia ad regnũ animi via, Deum sequi.

Parère Deo libertas est.

Hæc plane aurea in Epicteto, quibus vera libertas paratur.

12 At quæ ista libertas est ita Deo vndique deuinctũ esse? Immo vero vni Deo parère seruitutem aufert, ac libertatem affert ab omni alià Tyrannide. Homo rationale animal libertatem habet, sed rationalem, idest solius rectæ rationis ingenuæ seruituti à naturà est addictus. *Sicut ciuitates* (ait Philosophus) *dominatum paucorum, & tyrannidem ferentes seruiunt oppressæ molesto imperio; contra quæ legibus parent, degunt liberæ; non aliter etiam homines quotquot in iræ, concupiscentiæ, aut cuiuscunque vitij, perturbationisue insidiosæ potestatem deueniunt, omnes seruitutem seruiunt:*

Hominis libertas rationalis est.

seruiunt. sicut è diuerso liberi sunt quotquot viuunt sub legibus: est autem lex recta ratio. regnum ergo, & libertas virtutis est, non ab omni dominatione exempta potestas, sed solius rectæ rationis, hoc est Dei in se pati dominatum, cætera omnia tanquam tyrannica agmina ab se se reiectare.

Regnum, & libertas animi non excludunt seruitutē Deo, ac virtuti.

Quo regno vir bonus nec in externâ seruitute priuatur; sicut qui regno externo in alios potitur, seruit tamen, nisi regnet etiā interius in animo. D. August. lib. 4 de ciuit. cap. 3. *Bonus, etiamsi seruiat, liber est: malus autem, etiamsi regnet, seruus est; nec vnius hominis, sed (quod est grauius) tot dominorum quot vitiorum.* malorum enim vt ait Macrob. Satur. lib. 1. *alius libidini seruit, alius auaritiæ, alius ambitioni, omnes spei, omnes timori.* serui sunt quicumque rerum externarum, aut alienarum sunt appetentes, etiamsi magna petāt, sic vniuersim, ac rectè Stoicus ille vetulus lib. & dissert. toties citatis pronuntiat: *Illos quidem minutos seruos appella, qui propter minutas res ista* (idest adulari, & similia) *faciunt: istos vero, vt digni sunt magnos seruos.* seruit enim *non tantum qui propter cœnam adulatur, sed etiam si ob prouinciam, ob consulatum,* idē ait. seruus est, & qui assentatur vt assideat mensæ, seruus, & qui assentatur vt præsideat prouinciæ. 13

Malorum seruitutes.

Minuti, & magni serui morales.

Hanc seruitutem (ades animo lector, & in hæc altè descende, vt verè ascendas) miserrimam hanc animi seruitutem, ac tyrannidem in nos inuehunt, non homines quibus assentamur, à quibus pendemus, sed res ipsæ, quas ab hominibus peroptamus: immo nec 14

Vnde seruitus animi?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

res, sed appetitiones, immo nec appetitiones, sed ut primæ uinculorum, atque errorum causæ, prauæ de rebus opiniones; quibus aliena quasi nostra sectamur, & bonum, ac felicitatē nostram in ijs (heu frustra!) uenamur. Quid mirum si hominibus seruimus, qui serui sumus rerum, quarū domini homines sunt? Hominem nemo ut plurimum horret, aut syncerè diligit, sed res ipsas, quæ in hominum potestate sunt. Ideo ab utrisque pendemus, ac trahimur. At enim nō trahitur fortasse quispiam. Nisi opiniones ipsas moralis philosophię lumine depurgarit, trahetur. Nisi norit bonū humanū frustra quæri in rebus alienæ potestatis, & felicitatem hominis positam esse in contemptu rerum extra nostram potestatem positarum, etiamsi forte nihil nunc optet, nihil doleat, nō est ea pax, nec debellatæ sunt appetitiones, quæ sęuiebant, sed inducię breues sūt; seruus est, sed agit saturnalia, idest more antiquorum seruorum, quasi saturnalibus ferijs, aliqua illià seruilibus muneribus indulgetur uacatio. Ad illud ergo confugiendum, quod ex Epicteto dedi, ut nihil eorum appetas, quæ alieni sunt iuris, & suspenso animi affectu ita in omnibus uersere, ut ea uel auerseris, uel optes eatenustātum, quatenus impedire nequeant animum tuum ad liberā rectæ rationis, ac Dei sequelam. ἕπου θεῷ, sequere Deum ad regnū.

Primæ errorum in vità causæ sūt prauæ de rebus opiniones.

Induciæ, ac saturnalia fallacia.

15 In te si, nō cupiditates, sed rectus animus regnarit, pacata, & libera in te omnia experiere. Seneca est author, atque hortator epist. 116.

—— *Rege incolumi, mens omnibus una est,*
Amisso, rupere fidem.

Rex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Rex noster est animus. Hoc incolumi cætera manent in officio, parent, & obtemperant: cum ille paullum vacillauit, simul nutant. Cum vero cessit voluptati, artes quoque eius, actusque marcent, & omnis ex languido, fluxoque conatus est. Immo, quod ibidem addit, vt externa monarchia, sic & animi regnum rectoris animi vitio in fœdam vitiatur tyrannidem. *Animus noster modo rex est, modo tyrannus. Rex, cum honesta intuetur, salutem sibi commissi corporis curat, & nil imperat turpe, nil sordidum. Vbi vero impotens, cupidus, delicatus est, transit in nomen detestabile, ac dirum, & fit tyrannus. Tunc illum excipiunt affectus impotentes, instantque* &c. quæ pluribus ibi egregie describit. Ostenso igitur tibi, mi lector, regno, in quo vera felicitas, indigitatisq; ad illud vijs, & ab illo deuijs, vt sæuam in te abs te tyrannidem effugias, rumpe moras, & in apertam felicitatis arcem iam i.

Animus noster modo rex, modo tyrannus.

CAPVT II.

Vir alijs virtute præcellens rex etiam aliorum est virtutis dignitate, ac regiæ scientiæ merito. Tum regna alia moralia.

TVi regnum adeptus, iure etiam in alios regnum ad te pertinebit: Claudianus in Honorio. 1

—— *Tunc omnia iure tenebis,*
Cum poteris rex esse tui.

Quo iure? Gemino. 1°. naturæ. 2°. regiæ scientiæ. Ad primum mecũ Democritus affirmat. *imperare natura propriũ est præstãtiori.* Ius tamẽ id naturæ sic intellige

Imperare propriũ est præstantioris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

tellige non vt contra ius regnare affirment philosophi principum aliquem, qui virtute inferior sit sibi subditorum cuipiam, sed id volunt, si cætera sint paria, & electio è solà fiat naturæ lege, nec erretur, imperium præstantissimæ virtuti deferendũ, & esse in homine, qui omnium sit optimus, ius, seu dignitatẽ ad regnum id naturale. Cæterum, quia vt plurimum fortes creantur fortibus, & à teneris ad Principatum institutio plurimum prodest, atque alias ob causas legitimus ad regna successionis vsus ad posteros transmissus est. nec est necesse principantem hominem semper reliquis omnibus præstantià virtutis anteire: naturæ ergo dignitate, ac decore, præstãtiori propriũ est imperium. Qui se maior sibi imperat dignus qui & alijs sibi ipsis non imperantibus imperet.

2 *Exempla ab Aristotele in naturà, quæ regnu defert præstantioribus.*

Effatum id Philosophi omnes vno ore pronũtiãt, & rationibus comprobant; inter primos Aristoteles politic. lib. 1. cap. 1, lib. 3 cap. 9. & 12. à quo nos hìc aliqua. In inanimis rebus non ne uides solẽ reliquis astris lucis copià imperitantem? In animà præditis, ac rectè constitutis corpus, ac perturbationes rationis expertes animæ, atque animo subijciuntur. In sexu fœmina marem veretur. In omni denique formà etiam prauà reipublicæ datur excellentiæ dominatio, licet aliæ aliam sequantur excellentiam, vel opum, vel nobilitatis, vel virtutis, quam vnam pro omnibus optima spectat respublica, à quà nos exemplum, & argumentum sumimus. Si enim in republicà qui virtute præ alijs elucet non imperet, quid illo ages? An Ostracismo tolles? At iniqua ea consuetudo iniqua-

Iniquus est Ostracismus.

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

rum est rerum publicarum; neq; enim iustum vt suæ cuiquam virtutis excellentia fraudi fiet. An ergo vir optimus pecori minusve bono, vel vni, vel pluribus subdetur? natura reclamat, inquit Ar. c. 12. lib. 3. polit. & ab ingenij sui solertià dignam rationem affert, quia sic pars toti præstaret. Interpretor: optimi viri virtus cæteris præcellentis si parem non habet, ergo instar habet maioris, seu totius, comparata cum aliorum ciuium minori virtute, quam excedit dum illi præcellit. Si ergo vir præstantissimà inter omnes virtute subijciatur minori virtute præditis, renitente naturà, totum parti subdetur.

Aristotelis locus politicus, ac obscurus, non è vulgo illustratus.

3 *Oppositio politica.*

Opponere tamen sic possis: esto, vnius virtus singulorum seorsim spectatorum virtuti cõparata præcellat, at omnium virtutibus, licet minoribus, composita? nonne vnius quantumuis præcellentis virtus minor erit tot hominum, ac virtutum collatis gradibus, multitudine, ac numero? respondeo. Cum ad regimen præcellenti, perfectàque virtute sit opus (vt ostendit Ar. 1. polit.) vbi imperfectæ pluriũ virtutes sunt, eæ nec dignæ, nec aptæ sunt imperio, etiãsi vnà omnes acceptæ gradum virtutis vnius præcellẽtis excedant. Superest ergo vt ille vnus imperet, in quo vno præcellens, perfectaque sit virtus. Habes exemplum à naturà in animantibus, quarum singulis robore, atque audacià leo inter quadrupedes præstat, estq; inter eas rex, licet earũ simul sumptarum vires collatæ vnius leonis viribus sint maiores. non ergo tã multitudinis, atq; indiuiduorũ, quã excellẽtiç, speciei, gradusve superioris ratio spectatur in regno.

Solutio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

4 Ex his disce quod obscure Aristot. 1. polit. c. 3. proposuit illis verbis, dum probat naturalem esse aliorũ seruitutem, aliorumque dominationem. *in ijs, quæ vitâ sunt orbata est imperium quoddam, tamquam concentus.* hoc est, natura in omnibus quoddam temperamentum, quendam ordinem, & quasi concentũ spectat dum inferiora semper superioribus subdit, & ad vnum quod excellat quæ inferioris gradus sunt tamquam in vnum consensum, concentumque adducit. sic ego cum prudentioribus eum philosophi locum interpretor. *Cum igitur* (concludit Arist. 3. polit. cap. 12. naturæ etiam in moralibus fidus interpres) *vel familia tota, vel ex alijs vnus aliquis virtute tantum præstet, vt eius virtus reliquorum virtuti omnium præstet, tum iustum hãc familiam esse regiam, & omnium dominam, huncque vnum regem.* paullo post: *reliquum est igitur, vt tali pareatur, & sit dominus non vicissim, sed omnino.* nempe perfectus rex etiam aliorum, qui uirtutis perfectæ præcellentiâ in se prius imperium sit assecutus.

Locus item politicus in Aristot. obscurus.

Eius loci nõ vulgata interpretatio.

5 Aurei sęculi mos fuit uirtuti regnum attribuere. describit Sen. ep. 90. *Primi mortalium, quique ex his geniti naturam incorrupti sequebantur, eandem habebant & ducem, & legem, commissi melioris arbitrio: Naturæ est enim potioribus deteriora submittere. Mutis quidem gregibus aut maxima corpora præsunt, aut vehementissima. Non præcedit armenta degener taurus, sed qui magnitudine, ac toris cæteros mares vincit: elephantorum gregem excelsissimus ducit: inter homines pro summo est optimus. Animo itaque*

Mos aurei sæculi politicus.

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

que rector eligebatur., ideoque summa felicitas erat gentium: in quibus non poterat potentior eße, nisi melior. Tantum enim quantum vult potest, qui se, nisi quod debet, non putat posse. sane deterioribus expedit à melioribus regi. Sic Philo Philosophus libro sepius citato *de probi libertate* affirmat ex Iudeorum legibus fratrum duorum patrem, alterius probi, alterius improbi, precari vt peior meliori seruiat, quia norat melioris imperio malum ad meliora reuocandũ, felicioremque futurum. Idem Aristotelis cõsilium lib. 1. pol. c. 3, vt qui corpore quidem valẽt, sed parũ animo, quos natura seruos appellat, ijs lubenter pareant, qui mente pollent; quia, inquit illis *melius est agere sub imperio*, vt cæco duci, claudo vehi; sic enim potioris beneficio perficiuntur. naturæ igitur merito, ac iure vir optimus rex est non sui tantum, sed etiam aliorum.

Expedit deteriori à meliore regi.

Allegoria politica e Philone.

Qui corpore solũ valent, pareãt animo valentibus.

Adde secũdum quod initio huius capitis aiebam, iure etiam scientiæ regalis, nempe perfectæ prudentiæ, cæterarumque virtutum, quibus vir eximiè bonus præcellit, regem eum esse. Id docetur rex Syriæ à Musonio philosopho, quem bonus ille Princeps antiquà benignitate, ac modestià inuisit, his rationibus: *Bonus vir esse nemo potest, quin & Philosophus. Siquidẽ philosophari est boni, honestique studium exercere.* mox *Cæterum quod philosophus omnino etiam regius vir sit, hoc modo percipies. Hominis regij est recte gubernare posse gẽtes, ac ciuitates, & dignũ esse, qui cæteris imperet. quis igitur fuerit magis idoneus ciuitatis præfectus, aut dignior hominibus imperare, quàm philosophus?* 6

Rationes cur Prĩceps debeat esse philosophus moralis.

Quid sit philosophari moraliter.

Prima ratio cur Princeps philosophus moralis sit oporteat.

Quippe decet philosophum, si verè talis sit, esse prudentem, temperantem, magnanimũ, iusta, & decora iudicare, cogitata efficere, dura tolerare. Idẽ & animosus, intrepidus, & patiẽs eorũ, quæ grauia videntur, fuerit: præterea beneficus, humanus, candidus; quo quidẽ viro quis ad imperandũ aptior, & paratior inueniri posset? nullus. Ratiocinatio hęc est: vir bonus est moralis philosophus, moralis philosophus est vir regius, hoc est philosophià morali (quā Socrates ex eodẽ Musonio ciuilem, ac regiam sciẽtiam nuncupat) est præditus; ergo eius scientiæ merito vir bonus est vir regius, siue rex. Paucis, & aperte Epictetus apud Arrianum lib. 3. dissertat. 26: *In quolibet genere peritum imperito imperare omnino necesse est. Qui igitur in vniuersum vitæ degendæ scientià instructus est, eũ quid aliud esse oportet, nisi dominum? Quis enim in naui dominatur? Gubernator. In vniuersum vitæ benè degendæ scientià quis instructus est, nisi vir bonus? ille igitur rex.*

Philosophia moralis regia scientia est. Socrates.

7 Qui rex, inquis, qui quos regat non habet, cuius regia scientia vacat à munere, qui si quem, vnum se regit? Hæc anteuisa sunt & Socrati apud Xenophõtem lib. 3 memorabilium, & Musonio: Quorum ille respondet: *quemadmodum qui citharam pulsare didicit, etiamsi non pulset cytharam, nihilominus cytharœdus est: & qui medendi artem didicit, etiamsi medicinam non faciat, nihilominus medicus est: ita qui imperatoriam artem didicit, imperator est, etiamsi à nemine ad hoc munus deligatur.* Et Musonius: *Quamuis autem bono viro non multi obediant, & obtem-*

Rex est etiã qui non habet quos regat. Exempla ad id aptissima.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

temperent, non propterea tamen regià priuatur digni-tate. Satis est enim si amicis imperet, aut vxori, & liberis, aut saltem sibi soli. Nec enim qui paucos curat, minus est medicus, quàm qui multos, modo medendi peritiam teneat, & musicus non minus est, qui paucos docet, quàm qui multos, modo musicam habeat facultatem, & qui vno aut duobus equis vtitur tam equestris est, quàm qui multis, modo equitandi peritiã calleat. Eadem ratione is, qui vni, aut duobus imperet, æque fuerit regius ac ille, qui multis dominatur, modo regnandi peritiam teneat.

Se regat qui non habet quos regat.

Huius regiæ prudentiæ sibi conscij priscorũ optimi, ac sapientissimi, volentibus, ac rogantibus populis, regiæ prudentiæ munera, in primis leges scribendi, exercuerunt. *Illo sæculo, quod aureum perhibetur* (apud Senecam epistolà paullo ante citatà) *penes sapientes fuisse regnum Posidonius iudicat. Hi continebant manus, & infirmiores à validioribus tuebantur: suadebant, dissuadebantque, & vtilia, atque inutilia monstrabant. Horum prudentia, ne quid deesset suis, prouidebat, fortitudo arcebat pericula; beneficentia augebat, ornabatque subiectos. Officium erat imperare, non regnum.* Inferius: *sed postquam subrepentibus vitijs, in tyrannidem regna versa sunt, opus esse cœpit legibus, quas & ipsas inter initia tulere sapientes. Solon, qui Athenas æquo iure fundauit: inter septem æui sapientià notos. Lycurgum si eadem ætas tulisset, sacro illi numero accessisset octauus. Zaleuci leges, Charondæque laudantur. Hi non in foro, nec in consultorum atrio, sed in Pythagoræ tacito illo,* 8

Reges aurei sæculi.

Vnde tot leges?

sanctoque secessu didicerunt iura, quæ florenti tunc Siciliæ, & per Italiam Græciæ ponerent.

9 Vin' exempla in vno plura priuati, quem tibi damus, regis, liberè, ac regiè se etiam in seruitute gerētis? Diogenem Cynicum philosophum inter optimos eius ætatis viros habitum memorant Diogenes Laertius, Philo, Epictetus captiuum à pyratis factum eorum scelera liberè, atque acriter castigasse, concaptiuos verborum solatio iuuasse, sibi atque alijs necessaria pyratas poposcisse, venalem expositum proclamasse, ecquis se dominum emere vellet? quid sciret ab emptore interrogatum: ἀνθρώπον ἄρχειν hominibus præesse, respondisse; emptum domino, filijs, vxori eius, totique familiæ præcepta rectè viuēdi tradere cœpisse, atque in aliena domo quasi pro œconomo, ac domino se gessisse; amicis in libertatem vindicare volentibus renuisse; apagite, cum diceret, non enim Leones serui sunt nutrientum, sed nutritores potius serui sunt leonum, quos timent. Xeniadi qui se emerat suasit debere illum sibi parère quamuis seruo, sed Philosopho, ac bono viro; sic enim gubernatori, ac medico, quamuis seruiant, paretur. Denique apud Epictetum dissertatione toties appellatà de se sibi hæc verba scripta reliquit: *licet tibi, ò Diogenes, & cum Persarum rege, & cum Archidamo colloqui, vt lubet*. non quod ingenuus, aut diues foret, sed quod virtute, ac morali scientià parem se regibus, ac regem agnorat. Ideo in dolio degens Alexandro Macedonum regi magno inuisenti nec assurrexit, & quærenti: non me times? quid es tu, respondit, bonum

Regis moralis exempla magnanima, & festiua.

Dominus seruo philosopho cur pareat?

num ne, an malum? ac regi bonum ſe affirmanti, ſtatim addidiſse: quis ergo bonum timeat? Tale igitur *regnũ*, mi lector, et in ſe, et in alios *mens bona poſsidet*. Quod vt mihi, ac tibi contingat toto animo voueo. Habes ſuperiore capite quibus vijs ad vtrumque interius, & exterius regnum eatur, dum virtus, quæ te in animi regno collocabit, eadem te naturæ, ac prudentiæ merito præſtantem aliorum rectorem præſtabit.

Quaſi per appendicem è Senecà indico tibi, & alia 10
regna moralia, quæ quaſi partes, ac prouinciæ ſunt magni illius interioris à virtute imperij. *Jmperare ſibi maximum imperium eſt*. ep. 114. *Hoc eſt regnum nolle regnare cum poſsis*. lib. 3. de benef. cap. 38. *Pluſquam regnare videtur, cui liceat cenſuram agere regnantium*. ep. 109 *maius regno eſt regias opes poſſe cõtemnere*. ep. 12. *regnum eſt, inter auaros, circumſcriptores, latrones, plagririos vnum eſſe, cui noceri non poſsit* lib. 1. de tranquill. cap. 8.

Varia regna moralia.

CORONA REGIA,

SIVE

ENCHIRIDION PRINCIPVM

E

LVMINE NATVRÆ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.84

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

SYNOPSIS
IN
CORONAM REGIAM.

Prior numerus caput, posterior paragraphos capitis indicat.

I. AVTHORES,

Et eorum loca insigniora, vel obscuriora explicata, vel correcta.

ARistoteles lib. 1. polit. vbi de seruis, cap. 6. nu. 2. coronæ regiæ.

Idem primo politicorum, cap. 8, cap. 18. coronæ nu. 3.

Idem 1. polit. cap. 8. & lib. 3. cap. 3. &c, cap. 20. nu. 3.

Idem lib. 3. polit. cap. 3, cap. eodem coronæ, num. 5.

Seneca vbi de morte communi, &c, cap. 8. coronę n. 1.

Idem de benef. lib. 2. cap. 7. & 8, cap. 12. coronæ n. 11.

Idem in Troade, cap. 8. num. 5. & seq.

Idē de clem. l. 2. cap. 3. correctus, cap. 10. coronæ n. 2.

Boetius l. 3. de cōsolatione met. 9, cap. 22. coronæ n. 2.

E sacris, cap. 10. coronæ, num. 4. cap. 11. nu. 3. c. 12. num. 3. cap. 20. num. 6.

Virgilius, cap. 17. num. 2.

Ausonius, cap. 8. num. 3. & seq.

Bias Philosophus apud Aristotelem moral. lib. 5. ca. 1, cap. 7. coronæ num. 4.

Alij præterea, præsertim Philosophi antiqui non vulgati, passim citati, & eorum loca lectissima exposita.

II. SIMILITVDINES, & FABELLÆ.

III. SYMBOLA, & HIEROGLYFICA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

XII. GRATIÆ.

XIII PHILOSOPHVS MORALIS.

LECTOR.

Vide denique capitum inscriptiones, & marginales notas &c,nos hìc plura præsertim minutiora omisimus.

Habes de virtutibus quibusdam insignioribus principis,& oppositis vitijs non pauca, etc.

Nos hæc pauca proposuimus, ad primum quendam aspectum.

RE-

REGIA CORONA MORALIBVS VIRTVTVM GEMMIS ORNATA.

CAPVT PRIMVM.

Regiæ corona philosophica forma proponitur.



Ristoteles cum videret iuuenum maximam multitudinem, deserto philosophiæ gymnasio, ad Isocratis Rhetoricã scholã certatim cõfluere, cępit & ipse ita suos auditores instituere, vt philosophicas controuersias oratoriè declamarent; cum diceret: *Turpe est nos silere, loquente Isocrate*. Diogenem etiam Cynicum conspicatus quispiam in dolio libros glutino compingentem, interrogauit quò id ageret operæ? *ne, inquit, cæteris omnibus agentibus, solus ego cessare videar, & vt omnibus scribentibus, opus & ego condam literarium, vel saltem exerceam librariam*. Quid ni & nobis effari liceat, amice lector, in tantà politicorum scriptorum quotidie prodeuntium multitudine: turpe est morales Philosophos tacere, tam multis sine philosophià politicas leges, & regia præcepta sonantibus? 1

Isocratis gymnasium celeberrimũ

Diogenes cur in dolio libros compingeret.

bus? & nos in hoc argumento aliquid ſcribamus, ne noſtrum atramentum conglaciaſſe videatur, pleriſq; omnibus tanto cum calore de republicà ſcriptitantibus. Præſertim cum alij vt plurimum politicos dolos euulgent; at nos pro moralis philoſophi officio virtutes regias, & politicas in publicam hominum lucem, atque vtilitatem proferre moliamur.

Finis authori propoſitus in his politicis.

2 Sybillam aiunt ſtatim à matris aluo eductam de mundi fabricà diſputaſſe. Noſtro etiam hoc æuo paſſim videas implumes pullos ſtatim ab ouo ſine moralis philoſophiæ intelligentià, vel ſcientià, de politicis diſceptantes, & regibus ipſis de virtute præcipientes. Quid ergo? morales Philoſophi ſilebunt? Haud decet. ſed —

Sybilla vix nata ſtatim philoſopha.

Scribimus indocti, doctiq; politica paſſim.

— *Et nos quoque poma natemus.*

Meminiſtin' igitur, ò lector, excluſo exteriore regno à felicitate, quemadmodum in interius, ac verũ virtutis imperium manu te duxerim? Age nunc iterum ad exterius, comite virtute, reuertamur, vt ipſa in imperio collocata veram felicitatem, à quà numquam deſtituitur, regnis omnibus impertiat.

3 Philoſophicà morali methodo, quemadmodum cum de ſingulis virtutibus agitur, & hìc vtemur. Pręfixo fine, media ad illum, immo poſito fine boni Principatus, quaſi pro virtutis medio, vitiorum extrema hinc inde inueſtiganda, & vitianda indicabuntur, & virtutes, ſeu mediocritates, quibus te ab extremis vtrinque reducas, edocebuntur. Duo igitur in Principatu quemadmodum in omni virtutis materià, extrema fugienda ſunt, excedentiæ alterum, alterum defec-

Hæc notato, ne putes ab authore dari ſus deque præcepta de regno.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

defectionis; hoc est & tyrannis, seu dura quędam imperitandi seueritudo, vnde odium paratur; & abiecta quædam lenitudo, seu lentitudo, à quà contemptus apud regendos progignitur. Ac eorum in locum authoritas, quà publicè prodesse possis, & apud populos beneuolentia, quà lubentes, ac facilè regantur, omni ope, ac studio parandæ sunt. Quæ Principi tum amorem, tum authoritatem conciliatura videantur, à nobis è ditissimo Philosophiæ moralis penu expromentur. Et quoniam hominem in altiore fortunà collocatum facilius est abuti potestate ad excessum, quàm parum vti; eam ob causam priore loco agemus de ijs, quæ Principi modum, ac modestiam comparare possint, posteriore de ijs, quæ authoritatem.

Duo extrema in Principatu fugienda.

Duo opposita duobus extremis in principatu.

Coronam regibus concinnamus, quà insigniti cũ felicitate regnent. Dextera coronæ pars amorem cõciliantia, sinistra vero authoritati fauentia continebit. E virtutum regiarum aliquot illustribus, quasi è gemmis maioribus aptabitur: tum minores ex antiquorum Philosophorum præceptis, ac decretis apponentur. Denique quantum in nobis erit, efficere conabimur, vt Principi fidissimam custodiam è morali Philosophià prouideamus. *Ratio* enim, teste Plutarcho ad imperitum ducem, *ex Philosophià assidens Principi, & veluti custos in mente recõdita, quicquid in potentatu periculosum est, tamquam in athletico habitu demit, & salubre tantum relinquit*. Age igitur iam à fine principium accipiamus. 4

Nota fidũ Principi custodem.

CAPVT II.

Bonus finis bono Principi variè ornatus proponitur.

I

Prima gemma coronæ regiæ.

Finis Principis.

Symbolum boni Principis, & finis in Principatu.

Ingeniosè inuentũ, & vtile, quod in laudẽ sũmi Põtificis Vrbani VIII &c.

MAxima regiæ coronæ gemma, quæ regiæ fronti semper immineat sit ea finis, quam bonus Princeps irreflexo animi oculo semper debet spectare, scilicet *salus publica* etiam præ sui priuatâ. Quod plane regium animi propositum vt memori menti tenacius hæreat, ac facilius occurrat, tibi, ò Princeps, sub hoc symbolo appingimus: Aluearium esto vnà cum Apibus, & melle, ac epigraphe Virgiliana: *sic vos non vobis*. Vt enim apes non tam sibi, quam humani victus vsui mellificant, sic verè Princeps alieno, & publico in primis bono allaborat. Felicius, ac venustius, vt nuper accepi, non nemo Principis in reipublicæ administratione finem persimili expressit emblemate, quod Barberini olim Cardinalis, nunc Vrbani eo nomine Octaui, ad supremum Romani Pontificij apicem recens euecti perfecit in laudem, cum finxit apes è gentilitio Barberinæ familiæ stemmate mella ferentes, & ad sacram Romani Antistitis tiaram rustici aluearij formà persimilem conuolantes, eadem additâ inscriptione: *sic vos, etc.* Quod sane nõ minus ingeniosè ad venustatem, quàm prudenter ad veritatem expromptum Princeps accipiat; [illegible]us officium est in vniuersam rempublicam dulcis-

sima

ſima publicæ vtilitatis mella irrorare.

De recto Principis fine plura, & ſolidiora perſcripſimus in diſceptationis de felicitate principatus capit. 3. Quæ ibi rationibus pro diſceptationis ratione iam firmata ſunt, hìc, vbi potius præcipimus, quàm diſceptamus, exemplis aliquot ad imitationem prouocantibus facilè confirmabimus. Principi finem ante omnia proponimus, quia ſine rectà finis prouidentià, fruſtra eſt omnis de regijs virtutibus præceptio. 2

Sine fine Prĩcipis explicato, vana eſt præceptio de regno.

Atque is eſt vt Principes præ alijs eam ſibi legem impoſitam exiſtiment, quà præcipitur: *nemo qui alios regit, ſibi ſe, ſed alijs natum arbitretur*. &: *ſalus publica homini politico, non ſui priuata cordi eſto*. Digna vox imperitante, quam ab Imperatore Traiano prolatam Plinius ſecundus diducit, ac laudat: *Si bene rempublicam, & ex vtilitate omnium rexero*, Dij me ſeruent. Bone Princeps *tibi ſalus tua inuiſa eſt, ſi non ſit, cum republica ſalute coniuncta. Nihil pro te pateris optari, niſi expediat optantibus*. Addidit idem Imperator & voci facinus immortalitate digniſſimum, quod Dio, Zonaras, Suidas, Victor ita referunt. *Cum præfecto prætorij gladium traderet, quo accingi moris eſt Imperatorem, ſtrinxit, & nudatum tenens, ait, Cape hunc, & ſi rectè imperauero, pro me; ſin aliter, contra me vtere*. Nimirum publicam vtilitatem etiam vitæ ſuæ duxit anteponendam. Et rex ille filio ægrè labores publicæ adminiſtrationis ferenti, & ad ſe accedentum frequentiam, aut etiam importunita- 3

Vnus, idēq; finis Principis variè explicatus, & ornatus.

Præclarum Traiani facinus.

Regnum nobilis est seruitus. tem asperè admodum remittenti: *nescis* (inquit) *o fili, regnum nobilem esse seruitutem?* Vt serui est heri utilitatibus inseruire, sic Principis bono Principatus. *Rodulphi Austriaci exemplũ singulare.* Rodulphus Austriacus Imperator satellites suos, à quibus tenuiores homines aditum Principis captantes reiectabantur, & ipse reiectauit, cum diceret ea uerba, quæ in annalibus sic habent. *Per Deum sinite homines ad me venire. Non enim ideo Imperator sum, vt in arculâ includar.*

4 *Optimi prĩcipis hieroglyficum.* Veri regis delitiæ sunt, atque otium, priuatis delitijs reiectis, assiduè publico uacare negotio, ad quod, ait Rodulphus, Imperator est. Augustus Cæsar, Titus Vespasianus, Seleucus, Nicanor, atque alij laudatissimi Principum, ut præceptum hoc præcipuum animo alligarent, pro insigni, atque emblemate publico gestarunt Delphinum anchoræ illigatum. *Delphini ingenium.* Nam ut id animal uerè φιλάνθρωπον, cum nautę in tempestatibus marinis anchoram iaciũt, illi circumplicatur, quo tenacius hæreat, ac nauim in undis firmet; sic Princeps reipublicæ statum, præsertim in aduersis, incolumem ut seruet, toto animo annitatur. Alciatus huc uidit embl 143.

Titanij quoties conturbant æquora fratres,
Tum miseros nautas anchora iacta iuuat:
Hanc pius erga homines Delphin complectitur, imis
Tutius vt possit figier illa vadis.
Quàm decet hæc memores gestare insignia reges,
Anchora quod nautis, se populo esse suo!

Præsit Prĩceps, vt prosit. In omni publico negotio Princeps commune bonũ tamquam anchoram habet sacram, ad quam confugiat,

giat, ne ullis iactetur erroribus.
Præsit ergo *vt prosit*. nam *præesse verbum officij est, non finis*, ut totà disceptatione de felicitate Principatus iam à nobis apertum est. *Præesse officium est, nō finis.*

CAPVT III.

Religio Principi necessaria, & apprimè vtilis.

IAm dexteræ partis coronæ regiæ secunda, & maior gemma modum, ac limites regiæ continet potestatis. Ij tum supra, tum infra sunt Principem. supra, Deum, sacerdotem, legem habet; infra, subditos, in quos regia ita extenditur dominatio, ut tamen certos extra fines illi sit nefas erumpere. 1 *Secunda gēma coronæ regiæ.*

Supra te, Princeps, Deum optimum maximū piè, ritè colito, submissè ueretor, obnixè orato. Pietatem regiæ statuæ basim firmissimam Synesius oratione de regno rectè posuit. sine hoc fulcro regnum omne labat, ac ruit. Plena exemplorum est omnis æui, atque omnium gentium historia. Pluribus ad hoc firmandum argumentis opus non est, quæ passim in hoc argumento apud alios inuenies, qui de Principis religione perscripsere. Natura docet supremo numini rerum omnium parenti etiam à supremis hominum uenerationem deberi; ac impio Principi nec Deum fauere, nec homines. si merito uis præesse, Deo subesto. *sic enim omnibus maior est* Imperator (Tertullianus ad scapulam) *dum solo vero Deo minor est*. Digna hæc submissio (immo, & plerunque causa est) 2 *Pietas est basis regiæ statuæ.* *Religioso Principi Deus, & homines fauent.*

quæ

quę alijs pręstet imperio. Nã verè ac venustè Venusius.

Dijs te Minorem quòd geris, imperas,

dum Imperatorem alloquitur. Dicam ne? verè tamẽ: Homines regem Dei verentem verentur vt Deum. Traiano Plinius: *sic fit vt Dei summum inter homines fastigium serues, cum Deorum ipse non adoptes.*

3 *Impia pseudopoliticorũ sententia.*

Pudeat Pseudopoliticos impiè de Principis religione sentientes, ac sanciẽtes regiæ dignitatis fastigium imminui submissis illis ad aras geniculationibus, muliebribusq; vt vocant, supplicijs. Quin immo nũquã altius rex exurgit, quàm cũ genu Deo submittit. Ethnicus Philosophus Diotogenes Pythagoreus Christianos politicos an docet, an premit? dum affirmat: *Cultus diuinus omnino regiæ dignitatis est. Quippe decet vt optimum ab optimo, summum à summo colatur.* Quæ verba etiamsi de officio regio interpretere, tamẽ & nostram sententiam obtinent. non equidem Principi suadeo vt semper in templo versetur, sed ita Prætorium, & Castra colat, vt Aras nec deserat. Manu & piacularem libellum, & gladium, si tempus, ac res tulerint, verset, sitque in vtroque Cæsar, ne in altero tãtum nihili habeatur.

Contra eam vel ethnici ipsi.

Princeps sit & religiosus, & fortis.

4 *Religio Prĩcipi etiam vtilis.*

Palladij Troiani allegoria.

Est vero religio non solum regiæ dignitatis, sed etiam vtilitatis, nam ea in rege virtus inexpugnabile regni est munimentum. ea Palladium illud est, quod Troiæ dum stetit, stetit & Troia, quo sublato diruta est. Scutum est contra exteros hostes. Vidit hoc nostra ætas, cum nuper Turcarum Tyrannus honorificentissimam legationem pijssimo, ac religiosissimo Imperatori nostro Ferdinando Austriaco transmisit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

misit pacē orãs ab eo, inquit, Principe, cuius religioni Cœlum militat, tot millibus hostium toties tam varijs in locis exiguo temporis momento profligatis. Deus pio Principi tector. Trismegist. apud Lactant. lib. 2. cap. 6. *Vna custodia pietas, pium enim virum nō malus genius, non fatum ipsum deuincit. Deus enim eum liberat, eripitque ex omni malo.*

Secūdo adde tutelæ ab exteris etiam à domesticis, & à populo beneuolētiam. Etiam simulatis regibus, ac verè Tyrannis perutile est *videri semper ea maxime curare, quæ ad Deum pertinent. nam & metuunt minus ne quid iniusti accipiant à talibus, si eum, qui præest, religiosum esse, Deumque curare existiment, & minus insidiantur, vt Deum habenti socium.* Arist. lib. 1. polit. c. 11. Pie rex, nec vllos tu metues, nec tui te metuent, sed amabunt. 5

Religioso principi non insidiantur homines. Ac ratio ex Arist.

Tertio regnum affert, ac latissime profert. Ethnicus licet C. Martius apud Liuium testatur, *fauere pietati, fideique Deos, per quæ populus Romanus ad tantū fastigij peruenit.* Austriacã familiã nostro, ac Patrũ æuo in tantã excreuisse potētiã miraris, vt eius imperio sol nunquã occidat? Rodulphū regiæ illius gentis authorē memoriã repete, cuius religioso, & iã omnibus noto facinori (cū Sacerdoti occurrit in venatione mysticã ostiã ad ægrotū ferenti) tã ampla Monarchiæ moles prædictione promissa, & eius posteris vnà cū religione cōmissa est. ergo *cū omnibus hominibus à Deo sis prælatus, præ omnibus eū honorare festina* Agapetus Iustiniano. & Socrates interroganti quì sceptrum gestãdum? omnia de regno præcepta vno de religione, 6

Imperiorū incrementa præmia sunt à Deo regiæ religionis, ac pietatis.

ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Aureũ Socratis verbum. Nulla Prĩcipis est virtus sine verà religione. Similitudo ad id.

ac pietate complexus, respondit: *religiosè*. Hanc nos virtutem cęteris regijs virtutibus præscripsimus, quia quemadmodum gemmantes Paui colores, etiam cũ ea auis oculatam caudæ pompam expandit, sine sole non radiãt, sic nulla in Principe virtus sine religione, quà supra se Deum reueretur, & colit.

CAPVT IV.

Quibus Princeps virtutem obseruantiæ debeat. Contra eam obices dißipati.

1 Tertia gẽma coronæ regiæ. Sacerdotiũ regno præstat. Exempla etiam ethnicorum.

SEd, & sacerdotium regià dignitate longe præstantius agnosce, vt illi debitam obseruantiæ virtutẽ (quæ tertia è præcipuis tuæ Coronæ gemma est) impendas, ò Princeps. Quid os contrahis? etiam ethnicis hoc notum, & admissum. Druidis Gallorum olim sacerdotibus reges parebant. Valer. Max. lib. 1. c. 1. de romanis: *omnia post religionem ponenda semper nostra Ciuitas duxit, etiam in quibus summæ maiestatis conspici decus voluit. Quapropter non dubitarunt sacris imperia seruire:* (audin?) *ita se humanarum rerum habitura regimen existimantia, si diuinæ potentiæ benè, atque constanter fuißent famulata.* D. Ambrosius cum Imperatorem in templo extra sacros ecclesiasticorum cãcellos adstare iussisset, *Purpura*, inquit, *regem facit non sacerdotem*.

Notent, & erubescant pseudopolitici.

2 Ratiene scur sacerdotium regno præstet.

Ratio nostræ pręceptionis non vna, prima ab obiecto, & ab officio. nam sacerdotij obiectũ, quo sacros ritus dirigit, immediate Deus est, quem colit, atque

alijs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

alijs colẽdum proponit; officium verò est sacris cum potestate pręesse, & virtutem religionis propriè exercere. At regni materia, obiectum, finis, officium sunt humanas res ac politicas administrare, reliquas virtutes infra religionem curare. Quis vero non videat & humanis diuina, & cæteris virtutum religionem infinitis interuallis antistare?

Secundæ semina iecit Aristotel. 1. ethic. ad Nicomachum cap. 2. nam quo altior finis eo altior facultas, quæ ad eum. Quo vniuersalior facultas, eo plures inferiorum fines amplectitur, & si omnium maxime architectonica sit, cæteræ omnes illi submittuntur. Quis ergo finis est sacerdotij? non ne humanæ felicitatis (non imminutæ, non accisæ, qualem mortalis hęc vita præstat) perfectissimum in vitę alterius æternitate, atque in Dei possesione complementũ? non ne supra naturam euehitur? At politica regis administratio quasi serpit inter humana, nec extra consuetam naturę vim effertur, nec nisi mortalia virtuti præmia elargitur. submittat ergo fasces immortalibus, quæ à solà sacerdotali dignitate, Dei cunctipotentis in terris vicarià, subministrantur. Putet sibi per allegoriam edictum, quod Æolo Neptunus apud Virgil. lib. 1. Æneid. 3

Naturæ lumẽ quid doceat circa præstantiam sacerdotij Christiani supra reges.

Non illi imperium pelagi, sæuumque tridentem,
Sed mihi sorte datum. tenet ille immania saxa,
Vestras, Eure, domos. illà se iactet in aulà
Æolus, & clauso ventorum carcere regnet.

Loci Virgiliani allegorià in rem nostram.

Verè aula, quasi Æola, siue Æolia, pluribus enim, ac sæuioribus turbinibus, quàm Æoliæ insulæ agitatur.

Aulæ aptissima ethymologia.

V Præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Præuiſa mihi quæ quis obijciat, ac memini fuiſſe
quidem olim ante Chriſtianam religionem, cum re-
gnum & ſacerdotium non ſolum eundem in virum
iungebantur, vt eſſet *Rex idem hominum, Diuum-
que ſacerdos*, ſed & regibus ſacerdotes ſubdebantur.
Licet bellicorum, aut ciuilium aliorum muniorum
multitudine, ac pondere preſſi reges ſeorſim à ſe crea-
rint ſacerdotes, qui ſacra tantum curarent, vt Liuius
lib. 1. de Numà narrat; Poſteriorum tamen tempo-
rum Imperatores Pontificatum Imperio iunxere. Ac
hodie Bramanes, qui Malabarum in Indià orientali
Bramanes cur in templo expirẽt. ſacerdotes, ijdem & eius gentis reges ſunt, atque vt
Deo ſacri ſacro in loco extremum ſpiritum efflare le-
ge iubentur. Diotogenes Pythagoricus in lib. de re-
gno: *tria* ſcribit, *ſunt officia regis, imperare, iudicare,
Deos colere*. Quin & D. Th. lib. 1. cap. 14. de regimi-
ne Principis affirmat: *In lege veteri ſacerdotes regibus
leguntur fuiſſe ſubiecti*. Ac ne id iniurià factum exi-
ſtimes, rationem præpoſuit, *quia in veteri lege pro-
mittebantur bona terrena*, licet *non à Dæmonibus, ſed
à Deo vero*. His adde ab ijs, quæ paullo ſuperius præ-
Ex D. Tho. quando nam regnum preſtet ſacerdotio. dixerat, vt ad inferiora lux tranſmittatur: *ſacerdotiũ,
& t[illegible]s diuinorum cultus* cum non vlterius tendit,
quàm ad *bona temporalia conquirenda, quæ omnia or-
dinantur ad multitudinis bonum Commune, cuius re-
gi cura incumbit*, tunc *conuenienter ſacerdotes regibus
ſubduntur*.

5 Hæc, & his plura mihi præuiſa, immo non tam cõ-
trà me, quam meæ ſententiæ firmandæ prouiſa ſunt.
nam cum noſtrum decretum in primis de Chriſtiano
ſacer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

ſacerdotio poſitum ſit, quod fine politico, ac regio longe altius ad immortalia, & diuina extollitur, nihil profecto contrà nos poſſunt quæcunque ab ethnico, ritu proferuntur. Nam ij ritus humanæ tantum virtutes, ac partes erant politicæ, regiæque curæ ad quã ſpectat in republicà prouidere, vt per virtutem religionis debitus numini cultus exhibeatur; non ſecus ac cæteras virtutes inferiores regis erat inter populos prouidere, ſepoſità, aut diſſimulatà cogitatione de vitæ poſt hanc vitam futuræ immortalitate. Quod ſi apud noſtros, vt Romanus Pontifex, idem pontificio, & regno potiatur, ſibi ipſe Regi quà ſacerdos eſt, præſtat. nec minus ethnicorum populorum aliqui reges ijdem, ac ſacerdotes ſe ipſis maiores quodammodo erant regibus ſacerdotes. At cum ſepoſitas in perſonas altera dignitas ab alterà ſeiunctim collata eſt, ecquis dubitet regi quantumuis maximo, ſecundùm Deum, verendum eſſe ſacerdotem, à quo uno ipſi reges criminum in Deum admiſſorum ueniam, & diuinæ gratiæ immortales theſauros ſubnixo genu, ac ſubmiſſo uertice rogent, & accipiant neceſſe eſt?

Quo loco, atque in honore à Principibus habendi 6 *Exemplum honoris habiti ſacerdotio præ regno.*
eſſent ſacerdotes D. Martinus generoſè facto magis, quàm uerbo tũc oſtendit, cum unà cum Imperatore Maximo, ac regijs Dynaſtis menſæ aſſidens, accepto ab Imperatore poculo, atque hauſto, illud ſecundo loco, non Imperatori, ſed ſacerdoti proceres inter accumbenti iuſſit propinari. Quod ſi te, Princeps, tui *Quà ueneratione Cõſtantinus ſacerdotes proſequeretur.*
ſimilium magnanima rapit æmulatio, Conſtantinũ Magnum Imperatorem ſequere, qui erga ſacerdotes

honorificentissime factis, ea etiam addebat verba, vt diceret: *si quando accideret vt in sacerdotem peccantem incideret, imperatoriam clamydem se illi oppansurum, ne quid honorificæ de eo existimationis imminueretur.* Ethnicos saltem Monarcas æmulare, Alexandrum Magnum Regem, & Alexandrum Seuerum Imperatorem. Quorum ille, cum bellico impetu contra Hierosolymas raperetur, ad obuij summi sacerdotis pedes repente venerabundus accidit, mutatà in amicitiam diritate. Alter verò, licet Seuerus, iudicatas ab se causas, à sacerdotibus patiebatur abiudicari. Iustiniani denique Imperatoris tibi, Princeps, non imparis iustissimæ sanctioni pareto, qui leg. *nos semper*, de Episc. & clericis, præfatur: *nihil sic erit studiosum Imperatoribus, sicut sacerdotum* σεμότη, hoc est proprie, maiestas, auctoritas, veneratio, reuerentia.

Exempla etiã ab Ethnicis principibus.

7 Quas virtutes Leontius Tripolis Lydiæ episcopus ob vitæ integritatem *regula ecclesiæ* appellatus, cum Eusebiæ Constantij Imperatoris vxori, superbæ fœminæ vellet suadere, his verbis, apud Suidam, rescripsit. *si me ad te venire volueris, debita Episcopis reuerentià conseruatà, vt ego quidem ingrediar, tu autem statim de sublimi isto solio descendens reuerenter mihi obuiam procedas, & caput meis manibus supponas benedictionem acceptura; ac deinde ego sedeam, tu verecunde adstes, cum iussero signo dato sessura; si hæ inquam, tibi conditiones placuerint, veniam ad te: sin alio modo, non tam multa dabis, tam magna non poteris, vt nos, honore Episcopis conuenienre neglecto, diuinum sacerdotij institutum violemus.* Audin? Hæ

Ecclesiasticæ magnanimitatis exẽplũ insigne.

demum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

demum voces sunt magnanimo dignæ sacerdote; quo magnanimi Principes dum se dignitate minores verbo fatentur, ac re præstant, exemplum exhibent, quo ipsimet ab inferioribus honore sint excipiendi.

Ab hoc hactenus firmato decreto plurima deriuantur corollaria maximas lites diremptura, quæ nos prudentibus prospicienda prouidenter omittimus, ne medio in cursu malignis lẽbũ scopulis illidamus. 8 *Nota.*

CAPVT V.

Regia obedientiæ virtus erga leges bonum Principem decet. Quibus, ac quatenus Princeps legibus illigetur, aut soluatur.

PRæter Deum, & sacerdotem supra te tertio loco est etiam lex, ò Rex. Illi parẽtiam debes, vt quartam tuo diademati gemmam apponas. *Patere legem, quam tuleris.* iubet Cato. fer & tu, ò Princeps, leges, quas fers. *non Princeps supra leges, sed leges supra Principem* Plinius in panegyr. & Ambrosius Imperatori Valentiniano. *Quod præscripsisti alijs, præscripsisti & tibi: leges enim Imperator fert, quas primum ipse custodiat.* Et leges præscriptæ sunt de legibus à Principe seruandis. Ex leg. *Digna vox* capit. de legibus vbi Theodosius: *Digna vox maiestate regnantis, legibus alligatum se profiteri, & re verà maius imperio est submittere legibus Principatum.* ex lege *Ex imperfecto* ff. de legation. 3.

1 *Quarta gẽma regiæ coronæ.*

Maius imperio est submittere legibus principatum.

decet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

decet enim tantæ maiestati eas seruare leges, quibus ipse solutus videtur. ex lib. 3 cap. de testament. *nihil magis proprium est imperij, quàm legibus viuere*. Solon interrogatus qui fieri posset ut aliquando ciuitates optime habitarentur? respondit: *si ciues Principibus, Principes legibus obediant*. En igitur ab hoc uno nostro præcepto sęculum aureum in republicà. In quà coram optimo Principi, qualē nos instituimus, liceat non mentiri: *Tantum tibi per te licet, quantum per leges. Ius summū facultate, & copià commodandi, non securitate peccandi experiris*. Pacatus in Panegyr.

Qui ciuitates optimè habitentur.

2 Legum parentes, hoc est morales Philosophi, Plato in primis 9. de legibus est à me, ac etiā quarto, ubi: *Paratum exitium illi Ciuitati video, in qua non lex Magistratibus, sed legi Magistratus præsunt: salutē verò illi, vbi lex, seruientibus magistratibus dominatur*. Huius auditor Aristot 1. Rhetor. ca. 1. & lib. 3. polit. cap. 7. 11, 12, hac de re dissertationem claudit affirmando necessum esse ut lex, nō quisquam, etiam Princeps, in republicà, uel regno dominetur. Ratio apud illum ea in primis est, quia lex sine perturbatione, atque errore (si quidem recta sit, de quà nos intellige) iubet, at hominum etiam qui præstant ægrè unum aliquē inuenias, cui non aliquando aliqua commotiuncula nubeculam aliquam ante mentis oculos offundat. Verumtamen (pergit idem Philosophus, etiam lib 5. eth. ad Nicom. capite 10.) cum lex uniuersalia ut plurimum contineat, & impossibile sit de omnibus singularibus præcipere, sint Magistratus, ac Principes, cum peculiaria se dant extrà leges, earum

Vnde ciuitatibus exitia?

Aristotelis Ratio cur lex nō Princeps dominari debeat.

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

non tam domini, quam interpretes, qui ea, quæ uniuersim à lege scripta sunt, peculiaribus negotijs, ac nodis explicandis adducant. Quare hortatur ille, 1. Rhetor ut leges quàm maxime possint ad peculiaria descendant, ut iudices quàm minime possint in illas. Quæ quidem leges sunt *res surda, & inexorabilis* (querelæ petulātum iuuenum apud Liu lib. 2.) *&c. nihil laxamenti, nec veniæ habens, si modum excesseris.* Denique nec ipsimet Principi lex uel cedit, uel parcit: Quippe numeroso, ac ualido rationum munita præsidio.

Leges quàm maxime possint, descendant ad particularia.

Aliquas earum rationum pręter allatas ab Aristot. 3
uide. Prima quam innuit Agapetus: *leges ab ipsomet Principe obseruandæ, vt earum obedientiam ipse suo exemplo subditos doceat.* nam ut uim habeat pręceptum, & facilè suadeatur, usu ipsius pręcipientis efficiendum est, ut appareat seruari posse, nec ulla subditis occasio se subtrahendi relinquatur, cum uideant ipsummet legislatorem legis quasi parētem legi ipsi, quam tulit, subditum esse, ac parentem. Quà de re plura inferius, cùm agemus de Principis, quo subditis ad uirtutem præire debet, exemplo. Nota sunt exēpla Zeleuci, qui ne lex de excęcandis adulteris (rectè nam. *Oculi sunt in amore duces*) infringeretur, adultero filio alterum, sibi alterum oculorum effodit; Charonidæ, qui lege latà ne quis cum gladio in Senatum ueniret, ut erat à uenatione ferro accinctus imprudens ingressus, atq; ab uno senatorum admonitus, statim suomet gladio incubuit. Factum non laudo, mentem excuso. Lycurgi uxor damnata est,

Rationes cur Princeps legibus teneatur.

Exemplar integritatis regiæ ac obedientiæ erga legis.

quia contra legem à viro latam, in festo mysteriorũ curru vecta est. *Absurdum enim fuerit (ait Philo de iudice) eos in culpà hærere, qui iura præscribunt alijs; quandoquidem ab his potißimum exemplum vitæ petendum: sicut enim ignis quæcunque admouentur calefaciens ipse primum innatà sibi vi calet, nix cõtrà suapte naturà frigida infrigidat & alia. Sic iudex ipse debet eße plenus iustitià, si alijs ius administraturus est, à quo ceu fonte manant fluenta dulcia legum, & potabilia sitientibus iustitiam.*

Similitudo, quà docetur iudicis esse ante alios colere iustitiam.

4 Secunda ratio à Demosthenis similitudine, qui aiebat: *Ciuitatis anima lex est.* &c. vt ergo anima totũ corpus, & singula mẽbra animat, tota in toto, & tota in qualibet parte; sic & lex nõ solũ in inferiora reipublicę mẽbra, sed & in ipsum caput, hoc est Principem trãsfunditur, ne capite exlege, idest exanimato, vniuersa reipublicæ moles corruat. Rex es, hoc est, non extra reipublicæ corpus, sed præcipua, & princeps eius pars, ergo & ad te legis anima pertinet. Mõstrum est, nec vmquam à naturà permissum, viuo in corpore caput exanime.

Ciuitatis anima lex est.

5 Tertia. Vox, & lex naturæ est sic edicens: *quod oneris imponi tibi non vis, id nec alijs imponito, qui eadem sunt conditione quà tu in eà re, quà de agitur: aut si alios oneras, & te ipse onerato.* Quid iustæ leges nisi iusta, & rationi adsonantia, & à virtute manãtia præcipiunt? Tun' ergo, quia Princeps, à iustitià, à ratione, à virtute alienus, atq; immunis es? *Quid iniquius, quàm quemquam rationem vitæ ab alio reposcere, qui suæ reddere non poßit?* Demosthenes. Vide D. Thomam

mam 1.2.q.96.art.5.& ibi scholasticos, qui prolixe probant Principem, qui legibus non paret, peccare contra prima naturæ principia.

Prĩceps ex-lex monstrũ est cõtra naturam.

Caue igitur, ò Princeps, ab ijs vocibus, aut tyrannicis, nempe Caligulæ, qui censebat *omnia sibi, & in omnes licere*, & Salustiani Memmij *impune quidlibet facere, id esse regem esse* definiẽtis, aut adulatorijs, nẽpe Senatus, populique Romani, qui Cæsarianæ tyrannidis timore decreto sanciuit, *Principem legibus esse solutum*; & Magorum Cambysi Persarum regi suadentum impium illud: *si libet licet*; & Iuliæ Augustæ castum priuignum ad facinus inuitantis, aientisque: *An nescis te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere?* sed his potius oppone laudatissima illa dicta, factaque tum Theodahadi regis apud Cassiodorum lib 20.epist.16.dicentis: *Cum omnia possimus, sola credimus nobis licere laudanda*; tum Anthemij Cæsaris, vt habetur in nouell. de Bon. vacan. qui *nihil amplius licere* (verba aliorum damus, ne nos aut temeritatis, aut seueritatis accuses) *bonis Principibus, nisi quod liceat priuatis*, aiebat. Immo reges Lacedæmoniorum non solum æqualem, sed & minorem delinquendi potestatem, quàm priuato cuique, sibi permissam arbitrabantur. Sane Cyrus apud Xenophontem ostendit Imperatorem ad omnia tolerantiorem, & legibus adstrictiorem, quàm priuati, esse debere. Adstrictioris adhuc sententiæ est Seneca in Troade, dum regem Agamemnona pronũtiantem inducit.

6 *Voces adulatoriæ ac damnatæ.*

O vocẽ verè regiam!

Minimum decet liberè, cui multum licet.

Nota, ò qui præes.

Nimirum dum rex minimum sibi attribuit, se verè maximum præstat.

7 *Repulsio difficultatis admodum inualidæ.*

Nam qui regium fastigium atteri putarunt, si rex æquali cum priuatis lege teneatur, ij profectò non vident Imperantis maiestatem in immensum apud populos augeri modesto, ac singulari æquitatis exemplo.

8 *Quibus in rebus Princeps lege soluatur.*

Non equidem abnuerim Principi à lege solutionem aut in ijs quæ ad eum spectant quà Princeps est, & ab inferioribus debet distare, puta in splendore familias, in domestico apparatu, atque his alijs; sed & in his, quò, saluà Principatus maiestate, priuatis erit vicinior, ac moderatior, eò & melior; Aut in ritibus, ac solennijs, quibus priuati alligantur, verbi causâ in condendis testamẽtis, &c. quorum loco sola Principis authoritas sat est, cum Princeps ciuilia ea subit negotia; Aut in rogandis, abrogandisve pro publicà vtilitate legibus, quod priuato licet nemini; Aut denique cum geminà vi lex polleat, quarum alteram *directiuam* circa ea, quæ agenda, vel vitanda sunt, alteram *coactiuam* seu *punitiuam* appellant, quà cauetur ne quis à legis præscripto aberret, ac si aberrarit, plectitur, ab hac posteriore vi Princeps solutus quidẽ est re, sed non iure. Silebimus nos, tu Sote, de Iust. & iur. lib. 1. q. 6. ar. 7. tu, inquam, vir grauissime, sine fuco, vt Philosophum decet, eloquere. Audiamus:

Verba Soti magnanima è puro fonte philosophiæ moralis.

Quod autem sua Principem lex non cogat, non inde venit, quod ipse non egeat, sed quod lex natura suà non queat. At vero hanc Principes exemptionem non inter priuilegia ducere debent, immo est illis iniqua con-

ditio;

ditio; subditi enim, qui non solum legis luce ducuntur, sed etiam eius pœnis stimulantur, duobus subsidijs ad virtutem vtuntur. Princeps autem altero destitutus est, dum nullus est, qui illum cogere possit, aut reprehendere audeat, immo vix vllus, qui veritatem doceat.

Quare merito laudatissimi Principes audierunt, 9
qui legibus ita se submiserunt, vt etiam sibi facultatē ab ijs abeundi ademerint; Antigonus Macedonum rex, Antiochus Asiæ tertius, Imperatores Gratianus, Valens, Theodosius, qui Prouinciarum, atque vrbiū suarum præfectis rescripsere, *si quid forte aduersum legibus iuberent, indulgerentue, ne admitterent.* Quin etiam Ægyptiorum regibus, dum inaugurarentur, solenne fuit iudices ad iusiurandum adigere, vt si quid forte aliquando rex eos contra ius iudicare iuberet, ne iudicarent. Claude nostrum hoc caput, syncere Sannazari, eà conclusione, quà elogium illud tuum clausisti, cum præclarum Neapolitani regis facinus dilaudasti, qui lege latà contra arma, postridie in publicum prodiens.

Hæc exēpla Principibus crebro relegenda.

Ostendit populo primus inerme latus.

Aurea tu illum illà sententià excepisti:

Publica nimirum res tunc sibi constat, & æquum
Imperium cum rex quod iubet ipse facit.

CAPVT VI.

Quos terminos habeat Principis temperantia in bonis priuatis.

1 TErminos regiæ poteſtatis, qui ſuperne ſunt iam vidimus, inferne etiam, hoc eſt erga ſudditos, ſi qui ſunt limites, quos vltra regi nefas ſit egredi, breui coniectu videamus. Regiæ dominationis; in ſibi ſubditos modum quendam, finem, ac terminum vocemus, & hinc quintam regio capiti gemmam afferamus. Illud tibi, mi Princeps, animo inſideat ſubditos tibi populos, non mancipiorum, ſed filiorum loco habendos, illorum bonis, ſiue quæ corporis, ſiue quæ fortunæ appellãtur, tibi haud licere pro libidine abuti; *nec tuam eſſe rempublicã, ſed te reipublicæ.* ſic Cęſar Adrianus ex Spartiano, cum primùm imperium accepit, coram Senatu profeſſus eſt: *ita ſe geſturum rempublicam vt ſciret populi rem eſſe, non ſuam.* & tu rempublicam vt rem verè publicam, non vt tui priuatam habeto. Principatum adeptus non modo aliena non es aſſequutus, ſed & tua, & te ipsũ ante alios alienæ vtilitati, & publicæ ſaluti mancipaſti. Hæç qui non videt puſilli animi eſt, ac fœminei, qualis vxor erat Antonini pij Imperatoris, qui, vt narrat Capitolinus, effuſè munificus, cum ab vxore argueretur auarà fœminà, quaſi parum ſuis eſſet relicturus, dignà illam appellatione, ac ſententià planè imperatoria retudit: *Stulta, poſtquam ad imperium tranſiuimus,*

Quinta gẽma regiæ coronæ.

Notet Princeps.

Reſpublica verè publica eſt, non autẽ priuati hominis.

Magnanimi Principis vox.

& illud quod habuimus ante, perdidimus. nec mirum, cum & ipsemet Princeps, si bonus est, totus alienus sit: tantum abest vt aliena illius sint.

Rationem prædictorum prodidit Arist. lib. 8. cap. 10. *regnum esse debet paternum imperium.* & *Tyrannicum imperium est heri erga seruos. in eo enim id quod hero vtile est agitur.* His appone, quæ sapientissime ibid. cap. 11 & lib. 1. polit. disputat de serui naturà, qui cum penitus in alienà, heri scilicet, potestate sit, quidquid habet, aut adipiscitur totum in ære heri est, qui eo quasi quodam vtitur instrumento animato. Quare idem Philosophus eodem cap. libri Moralium citati recte probat inter tyrannum, ac subditos, parum aut nihil amicitiæ posse intercedere, non secus ac inter mancipium, ac herum; nam seruus (more quidem antiquo ethnicorum) emptitius nihil, immò nec se sui iuris habet. *In vnà quaque autem ciuilitate eàtenus amicitia apparet, quatenus et ius*, affirmat initio citati capit. 11. libro 8. ethicor. Philosophus. vbi egregiè ostendit amicitiam superemi-nentiæ inter regem, & subditos, vt inter patrem, & filios. Quibus ex omnibus sic habe: Cum bonus Princeps subditos habeat, non vt herus, aut tyrannus mancipia, sed vt Pater filios, cumque inter regem, ac subditos amicitia, licet inæqualitatis, & supereminentiæ, versetur, atque amicitia cum eos interesse non posit, qui suas seorsim res, ac iura non habent, necesse omnino est fateare res, & iura esse quædam propria subditorum, quæ Principis nō sint, quæq; si, non publicæ vtilitati (cui etiā quæ Principis

Aristoteles de more rationem præcepti à nobis positi non vnam affert.

Seruus rationem habet meri instrumenti.

Amicitia supereminētiæ est inter Principē, et subditos.

Ratio intercedentis eius amicitiæ.

Quædā subditorū propria sunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

cipis sunt seruire debent) sed priuatæ suæ cupiditati adscribat, iniurius, atque iniquus efficiatur.

3 Ceterùm ne Aristoteles regiam dominationem nimis arcte metiri, ac parum supra priuatam euehere videatur, grauissimos alios authores, ac Philosophos mox adducam, qui res & iura priuatorum, ac Principum distinctius innuunt Sen. ep. 20. *sunt quidem cuncta sub vnius arbitrio, qui pro vtilitate communi solus omnium curas, laboresque suscepit.* Ius habet Princeps in bona priuatorum, sed cum communis necessitas exigit. & 7. de benefic. cap. 41. *Iure quidem ciuili omnia regis sunt.* Cur iuri, ciuile, addidit? vt signaret dominium Principis, quod appellãt altum, & ius pro communi ciuitatis, ac reipublicæ bono. Audi expressius, ac fugatis tenebris, 7. de clem. c. 5. Princeps. *Omnia imperio possidet, vt singuli sua dominio. Imperio* inquit eodem sensu, quo *iure ciuili, dominio alto* ad publicum bonum. ex his sapienter, distincte, ac modeste se profitebatur Tiberius *Dominum seruorum, Imperatorem militum, Principem cæterorum.* ne igitur fallare, ò Prudens Princeps, neue res inter se diuersas, quin & contrarias cõmisce, sed disce quæ Plin. in panegyr. *Diuersa sunt naturà dominatio, & Principatus; ita non alijs est Princeps gratior, quàm qui maxime dominum grauantur.* Parco pluribus; nam morali Philosopho sat est primos iuris fontes aperire, quos alij riuos in minores diducant.

Princeps omnia imperio possidet, singuli sua dominio.

Dominatio, & Principatus diuersa sunt.

Moralis Philosophus fontes aperit, alij riuos deducunt.

4 Verum quidem est quod Philosophus lib. 1. Polit. & ab eo D. Thomas de regim. Princip. aiunt, barbaris quibusdam nationibus, in quibus refractaria in-

genia

genia sunt, vel seruilia, vel effrenata, vel ut in pueris, ac fœminis, dominationi parum apta, ijs, inquam, inquit Philosophus expedire ab alio regi, etiam plerũque Tyrannicè; sed nos humanis Principibus humanos inter homines humaniter ad amorem principantibus, non barbaris, ac tyrannis hæc scribimus, quibus frustra à morali Philosophià præcepta canuntur.

CAPVT VII.

Principi modestia suadetur, quæ virtus excelsa est. Superbia vilis ac vana.

QVi eos qui supra, & qui infra te sunt terminos, nobis indicantibus, iam nosti, age iam & te ipsum in primis, ut te noris, ò Princeps, intuere. Necessaria tibi hæc tui agnitio, ut sextam inde regni gemmam *Modestiam*, lucidissimum regis ornamentum, educas. Mosi Deus hebreæ gentis Principi, ac ductori hoc portendit, dum dexteram tot ostenta in Ægypto patraturam in sinum iussit cōdere, quàm mox leprà fœdè correptam eduxit, ut animum eà contemplatione, ac memorià uelut in sinum cognitionis sui reconditum superbiæ morbo intactum præmuniret. Præstitit: ac dignissimũ optimo Principe cognomentum *mitissimus* adeptus est. 1

Sextagēma regiæ coronæ.

Allegoria dexteræ Mosaicæ leprà correptæ.

Hæreat potentum animis tumoris hic morbus, ni tempestiuè Philosophia medeatur. *nam* (quod Pacatus Panegyristes Theodosio eloquebatur) *cum indiscreta felicium pedissequa sit superbia, vix cuiquam* 2

conti-

Vix quisquam abundat fortunà, & indiget arrogantià.

contigit & abundare fortunà, & indigere arrogantià. Tam difficile est hominem in alto collocatum, & secundis fortunæ ventis afflatum non intumescere, vt meus author de breu. vit. cap. 17. sapienter, atq; acutè, ceu solet, enuntiarit. *nulli fortunæ minus benè, quā optimæ creditur. Aliâ felicitate ad tuendam felicitatem est opus.*

Felicitate ad felicitatē tuendā opus est.

3 Cauendum igitur Principi ante omnia à vilissimâ superbię lue, ne grauissimas apud Deum, & homines pœnas luat. Vilissimam appellaui, nam ne altum, specie falsus, superbiæ vitium existimes, scito id abiectissimum esse ac vilissimo cuique animo insidere. Sopatrum in epistolà ad Hemeterium fratrem audi, qui & dicto rationem apponit, dum Principem ad modestiam sic hortatur: *fugienda est superbia, & coniuncta ei vitia, vt sunt arrogantia, & pertinacia tamquam humilis, vilisque animi affectus. Sui enim obliuisci propter phantasiam breuis imperij magnam pusillanimitatem arguit.* Contrarià verò ratione magnanimum arguit, quamuis in alto, non extolli. Sen. ep. 121. *Maximum argumentum est animi ab altiori venientis sede, si hæc, in quibus versatur, humilia iudicat, & angusta.*

Superbia vilis animi morbus, & ratio.

Modestia in prosperis argumentum magni animi. Et ratio.

4 Quemadmodum aquilini partus generositas exploratur ab intento in solares radios obtutu; sic in luce Principatus mentis oculum perstringens

Degeneres animos tumor arguit.

Ecphantam Pythagoricum lib. de regno doctorem habeo, qui regem ait præcellens, ac viuum Dei simulacrum esse in regno tamquam in lumine collocatū;

tum

tum addit: *examinatur enim, & probatur dignitas regia non ſecus, quam auium Princeps Aquila, obuerſis ſoli oculis. Eadem eſt ratio de regno, vt quod diuinum ſit, & propter nimiam claritatem oculos obtundat omnibus, præterquam legitimis. Etenim multi ſplendores oculis obuerſantes, atque vertigines arguunt ſpurios, qui aſcenderunt tamquam in altitudinem inſolitam, &c.* Hinc vide cur Aquila volantum regina legitimi regis, ac magnanimi ſymbolum habeatur, & ficto regi Deorum Ioui apponatur, & à Principum Maximis, Romanis, Imperatoribus, ac Perſarum regibus regio pro ſtemmate vſurpetur. Vide etiam quò ſpectarit Bias ab Ariſtotele citatus libro 5. ethicor. capit. 1. cum ait: *Principatus virum oſtendit*. Intellige non ſolum cum Ariſtotele de perfectà virtute, quæ in Principe requiritur, vt & ſibi, & alijs bonus eſſe queat; ſed etiam ex meo ſenſu, ut quemadmodum ſol Aquilam, ita lux Principatus magnanimiter, ac non inſolenter tolerata verè uirum non effœminato, ac puſillo animo uana mirantem oſtentet, qualis eſt

Aptiſſima ſimilitudo, & exemplũ circa prædicta.

Aquila cur ſit ſymbolũ legitimi, ac magnanimi regis.

Cur item Iouis armigera, & regiũ, & imperatoriũ ſignũ.

Locus Biantis ex Ariſt. non vulgari ſenſu explicatus.

Quiſquis ingentes oculo irretorto
Spectat honores.

Faceſſite nunc, ò domeſtica Principum peſtis, aſſentatores, qui uentoſà uanitate regias aures inflatis, ac eorũ animos à modeſtià tamquam à re abiectà, & indignà Principe auocatis. Immo uerò ut nihil elatione vilius, ita nihil regali modeſtià eſt altius. Adeſte vos Principis uirtutẽ, nõ pecuniã, amantes ueri doctores.

Modestia in Pricipe gloriosa est.

Casiodore Var. ep. 44. *In principibus humilitas, ac modestia gloriosæ sunt, vt in mediocribus odiosa est iactantia.* Ab oppositis optime ratiocinaris. Nec tu venustè minus, auriflue doctor, homil. 3. in cap. Matth. *Sublimium maxima gloria est quàm maximè se submittere.*

Nihil in regno est, quo rex bonus tumere habeat.

6 Ac sane rex sanus quo tumeat? An victorijs? *metire vmbram tuam, nihilo reperies auctiorem*, Archidamus Spartæ rex Philippo post victoriam insolescenti rescripsit. An imperij amplitudine? Quotam partem orbis, qui punctum est, occupasti? An magni cognomento? Quis esse magnus in pusillo, atque in puncto potest? An genere omni delitiarum, quæ tibi etiam ad nauseam in promptu sunt? Profecto nec plures, nec maiores quam olim Sardanapalo Assiriæ regi. Ille tamen quanti istæc essent saltem in morte prodidit, dum suo sepulchro incidi iussit duos digitos medium, & pollicem in eâ figurâ cum inter se oppositis verticibus connisi leuem crepitum ad volam manus edunt. Quasi tacitus exclamaret: Iucunda omnia momentaneo sonitu leuiora, & citatiora vanescunt. *Perijt memoria eorum cum sonitu.* quo? an extremo illo æris campani ad exequias? O fallacia bona, quæ sic deserunt, ac deseruntur!

Moralis explicatio symboli in sepulchro Sardanapali incisi.

Locus è sacris de rerũ mortalium vanitate nõ vane explicatus.

Ab his exemplis & dictis tumenti animo qui medearis, & illum ad sanum modestię temperamentum adducas habes.

CA-

CAPVT VIII.

Principi ad modestiam adiumenta. vtriusque Senecæ, & Ausonij loca insignia explicata.

SEd & duo hęc habe, quæ tibi mox addo, è quibus quasi fœcundis parentibus regiæ modestiæ partus progignitur. Primum te mortalem, secundum regnum rem instabilem nosce. Ad primum Plin. Panegyr. monet. *Vt cæterorum hominum, ita Principum etiam illorum, qui sibi Dij videntur, æuum omne & breue, & fragile est. Itaque optimum quemque niti, & contendere decet, vt post se quoque reipublicæ prosit, moderationis scilicet, iustitiæque monumentis.* Habes quì etiam post vitam, alienam instituas vitã, ò Princeps. Et meum Senecam audi, ne gradu in republicà elatus alios tibi inferiores præ te temnas: *Æquat omnes cinis. impares nascimur, pares morimur. Conditor ille iuris humani, non natalibus nos, nec nominum claritate distinxit, nisi dum sumus. Vbi verò ad finem mortalium ventum est: discede, inquit, ambitio: omnium, quæ terram premunt, siremps lex esto.* Allegoria est à veterum legibus, ac iudicijs, in quibus prisco verbo præscribi solenne fuit: *Siremps esto*, idest de tali, aut tali re simile ius esto. Sic naturæ legum conditor, & æquus iudex Deus: *de mortalibus omnibus etiam Principibus siremps esto, æqua conditio, lex, iudicium, vt omnia in morte eodem iure censeantur,* pronuntiat. Quid te suspicis? despice potius in terram,

1 *Hoc caput sæpius relegendum ad rerum mortalium contemptum. Etiã Pricipũ vita breuis, & fragilis.*

Omnes æquat cinis.

Locos insignis Senecæ enodatus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

ram; unde, ac ubi tibi æqua fuit, eritque sors cum cæteris quibus nunc praes. Speciosum istud regni simulachrum, ut statua, quæ Babylonio Tyranno per quietem obiecta est, luteis nititur pedibus; quibus inspectis se Principes mortales meminerint, eòque grauius occasuros, quò grauiori regni pondere tam fragiles pedes premuntur.

Nabuchodonosoriæ statuæ allegoria moralis.

2 O uerè prudentes Principũ illos, qui diutinã mortis memoriã fastui sese offerenti offerebant? Mosen accepisti diuino ab alloquio ad turbas redeuntẽ, inaccesso splendore radiantem sibi faciẽ obduxisse linteo. At quo? Augustinus prodit: illo nempe, quo caput inuolutus ad sepulchrum aliquando erat efferendus. O iucũdum spectaculum, cum regius fulgor per modestiæ uelũ, quod mortis memoria texuit, blande trãslucet! Maximilianum etiam leges primum ex Austriacis Imperatorem capulum funebrem è querno ligno, ut narrat Lipsius, arcę uiatoriæ inclusum circumferre secum aliquot annos consuesse, quo scilicet moneretur id, quod Seuerus olim Imperator paullo ante mortem ad funebris urnæ conspectum effatus est: *Tu virum capies, quem orbis terræ non capit.*

Exemplum, & symbolũ non vulgatũ in Mose regiæ modestiæ.

Itẽ in Maximiliano Austriaco.

3 Cæterum Agatocles Siciliæ rex, siue Tyrannus regias etiam dapes modestià condiuit. De quo Ausonius Poeta Gallus cecinit eo epigrammate, cui titulus: *Exhortatio ad modestiam*, cum infit:

Itẽ in Agatocle Siciliæ rege.

Fama est fictilibus cœnasse Agatoclea regem,
Atque abacum samio sæpe onerasse luto.

Nobilioribus uasis regia mẽsa ornari non potest, quã luteis, seu testaceis, ijs enim lãcibus quasi speculis humanæ

manæ vilitatis, seu fragilitatis, ac modestię Reges redduntur memores.

Fercula gemmatis cum poneret aurea vasis,
Et misceret opes, pauperiemque simul,
Quærenti causam respondit. rex ego qui sum
Sicaniæ, figulo sum genitore satus.

Et quis rex, qui non à figulo genitore, at à figulino (quod vilius est) non prodit, cum mortales omnes ab vno parente proueniant, quem *Deus è limo terræ formauit?* vere Plato: *omnes reges à seruis, omnes serui à regibus originem trahunt*, si singulorum hominum auitas series per anteactas ætates memoriâ repetas. Præclarè denique Burdigalensis vates concludit:

Fortunam reuerenter habe quicunque repente
Diues ab exili progrediere loco.

Germanus in Gallo poeta sensus est nostrã omnino in rẽ: *O quicũq; repente (vt Agatocles) ab obscuro loco illustris extitisti, memẽto modestiæ, nec insolenter fortunã domi tuæ hospitantẽ habe, sed reuerẽter, vt diu volatilis illa hospes te sospitet, tã benignè ac modestè abs te accepta.* Qui verò sic interpũgũt, vt verba sonãt *O quicũq; habe reuerẽter fortunam.* i. Quisquis es, qui hæc legis, fortunã honorato. *Diues enim progrediere, etc.* i. in pręmiũ eius honoris, ac cultus fortuna te te in altũ repẽte efferet. Profecto qui sic explicãt, totũ implicãt epigrãma. Nã ex proposito regiæ illius modestiæ exẽplo efficiebatur vt docerentur cæteri omnes fortunati modestè se gerere, non autem vt quicunque fortunam reuerenter coleret, statim fortunaretur. Nec enim ab vllo fortunæ cultu Agatocles regnum adeptus est.

Locus ĩ Ausonio aliter, quàm vulgò solet, explicatus.

Ad

Ad ſecundum regalis modeſtiæ monumentũ, ideſt ad cognitionẽ, & cogitationem verſatilis regiæ fortunæ, memento, rex, ſi vllius rei apud mortales, ante omnes, *regni eſſe volubile pondus*, vt cecinit Statius. Prudentis eſt caſum ab alto facillimum timere. Immò.

Regni pondus volubile.

—— Quo fortuna altius
Euexit, ac leuauit humanas opes
Hoc ſe magis ſupprimere felicem decet,
Varioſque caſus tremere.

Sen Trag. eo maxime quòd nihil Eutichia fugacius. Eurip.

Felicitas res dialis eſt.

Οὐδ᾽ ὄλβος ἐ βέβαιος, ἀλλ᾽ ἐφήμερος.
Felicitas non firma, ſed dialis eſt.

Ego verò etiam cum Demetrio Phalereo Euripidem correxerim, ac dixerim, *melius habiturum ſi non diem, ſed momentum dixiſſet*. nam id momentum ſufficit imperijs, etiã quæ æterna videtur futura, euertendis.

Immo & momentanea.

Vſq, adeo res humanas vis abdita quadam
Obterit.

Ea vis eſt diuina prouidentia, quæ nulli parcit ſuperbiæ.

—— Et pulchros faſces, ſæuaſque ſecures.
Proculcare, ac ludibrio ſibi habere videtur.

Lucret. ideſt vates Philoſophus cecinit lib. 5. de nat. rerum.

5 Audiamus matronam pollentis olim Aſiæ regnatricẽ, euersà patrià, erepto regno, cęſis marito, ac natis, inter captiuas deploratoriè magis, quàm oratoriè documenta dantem ſuperbis:

Audite, reges, reginam malis edoctam.

Qui-

Quicunque regno fidit, & magnà potens
Dominatur aulà, nec leues --
ethnice canit Seneca)
-- *Metuit Deos,*
Animumque rebus credulum lætis dedit,
Me videat, & te, Troia. --
Me ferro vinctam, te flammà victam.
--- *Non vmquam tulit*
Documenta fors maiora, quàm fragili loco
Starent superbi.
Quid rex Priamus felicium infelix exemplum? Heu!
--- *Ille tot regum parens*
Caret sepulchro Priamus, --
In tam amplo regno nec exiguam terræ partem habet, quà tegatur.
--- *Et flammà indiget*
Ardente Troià.
In tam vastis incendijs rogo caret. Quis hæc monstra miseriarum cum horrore non admiretur?

Hæc rota est fortunæ potentum, quam olim Persarum rex Cyrus (Cedreno teste) tunc didicit cum triumphali curru inueheretur, cui quatuor captiuos reges trahendo subiugarat. Eorum vnus identidem respectabat: causam interrogatus, se rotam, inquit, ima summis mutantem contemplari, atque in eà rerum mortalium vices, ac in primis regalis Coronę volubilem ambitum agnoscere. Quo audito, statim Cyrus insolentiam & animi, & triumphi vnà cum captiuis dimisit. Persarum item rex Sapor Valeriani apud se Imperatoris captiui ceruicibus pedes, equum in-

6 *Rota fortunæ regiæ insigni exemplo prodita.*

Regiæ coronæ ambitus est volubilis.

insensurus, imponebat, vt in eo, credite Principes, aulicum vbiq; regnorum fastum premeret. similem in vsum Baiazeten Turcarum Tyrannum Magnus Tartarorum Imperator Tamburlanus ferreà caueà inclusum circumferebat, vnde Principes discerent etiam fortunatissimos caueis excipi, atque euolare fortunam. Heu sæuum aucupium! & vincula, & carcerum caueas caueas, ò quicunque dominatione latissimè prolatà, liberam in alios exerces potestatem. *(Quod regnum, ait Seneca de tranquill. c. 11.) cui non parata sit ruina, & proculcatio, & dominus, & carnifex? nec magnis ista interuallis diuisa, sed horæ momētum interest inter solium, & aliena genua. Scito ergo omnem cōditionem versatilem esse: & quidquid in vllum incurrit, posse in te quoq; incurrere.* Vin' cum eodem Philosopho reges non in regno, sed in rogo, & in carcere inuisamus? Addit ergo: *Rex es? non ad Crœsum te mittam, qui rogum suum & ascēdit iussus, & extingui vidit, factus non regno tantum, sed etiam morti suæ superstes?* Priamus extinctus rogo caruit, Crœsus etiam viuus impositus est, sed mox extincto deductus, vt non solum post regnum ereptum, sed etiam post vitam (quam amisisse tunc videbatur, cum in rogum quasi cadauer iniectus est) post vitam, inquam, sic amissam adhuc superstes viueret. Bis miser, qui nec mori permissus est, & vitam morte diriorem victus, atque inhonorus expertus est. sed age à rogo ad carceres descendamus. Ducit, ac dicit Seneca: *non ad Iugurtā* (te mittam) *quem populus Romanus intra annum, quem timuerat, spectauit*, & triumphatum à

Fortuna volatilis captat in retia.

Mario,

Mario, & nudum carcre inclusum, & inibi fame extinctum. *Ptolemæum Africæ regem, Armeniæ Mithridatem inter Caianas custodias uidimus. Alter in exiliũ missus est, alter ut meliori fide mitteretur optabat.* nã in itinere interfectus est. *In tantà rerum sursum, ac deorsum euntiũ uersatione, si non quidquid fieri potest, pro futuro habes, das in te uires rebus aduersis: quas infregit quisquis prior uidit*; & inde se ad modestiam composuit. Denique breui momẽto regnorum coronati soles occidunt, &

Res aduersas infregit quisqs prior uidit.

Quem dies uidit ueniens superbum,
Hunc dies uidit fugiens iacentem. Sen. Thyest.

CAPVT IX.

Regiæ modestiæ exempla, & utilitates.

Respice finẽ monuit Solon Crœsũ regias opes ostẽtantẽ, & iactantem. Et nos præsẽtissimũ remediũ 1
arbitrati sumus contra iniurios impetus, & nociturã iactantiam, si quando Principis animum incursarẽt, statim se mortalem meminisse, ac miseranda regnorum uolumina è præteritis prouidisse. Non tæduit me pedem in hoc fixisse, quia in alto regiæ sortis nullus periculosior scopulus animi extollẽtiã; et rarus in potentià non impotens. Modestiæ uirtutem non modo suadere, sed et persuadere Principi uiro conamur; ideoadhuc aliqua de eà suggerimus. Hæc penè una, dixerim, satis est ad Principis, ac regni felicitatem; Dum enim Princeps modestiæ comparãdæ gratià co-

Cur se paullo prolixiorem author uoluerit in hac regià virtute.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

gitationem in eum finem demittit, ac figit, in quem mortalia omnia occidunt, prudentiam haurit regalium omnium virtutum reginã, quà præditus in administratione publicà nec falli poteſt, nec fallere. Moſen adhuc Paſtorem Deus à caulà in aulam, à grege ad regnum traducturus, paſtoriam virgam ad terram iuſſit abijcere, atque illico illa ſerpens extitit; qui mox de caudà ſurreptus, rurſus in virgam redijt. Tibi propoſitum id ſymboli agnoſce, ò princeps. & tu ſceptrum ſaltem cogitatione demitte in eum puluerem, in quem à morte ſolueris: ſtatim ſerpentem prudentiæ indicem dabit. Caudam arripe *finem reſpice*, ſic tuto ſceptrum geres, ac talem te geres, qualem in exemplum bonorum Principum Plinius Traianum in Panegyrico ſic effert.

Moſaici facinoris allegoria.

2 *Vnum ille ſe ex nobis, & hoc magis excellit, atque eminet, quòd vnum ex nobis putat. nec minus hominem ſe quàm hominibus præeſſe, meminit.* Quid noſtra interſeram? eloquitur Plinius: quis non ſileat attonitus tam cõpti oratoris eloquio? ex cuius aliquot locis auream eloquentię quaſi catenulam damus. Bonus ergo Princeps, ac modeſtus *par omnibus, & hoc tantum cæteris maior, quo melior.* De modeſto eiuſdem in vrbem ingreſſu: *Tu ſolà corporis proceritate elatior cæteris (non curru, aut humeris elatus) & excelſior, non de patientià noſtrà quendam triumphum, ſed de ſuperbià Principum egiſti.* De eo iam inter ciues agente: *Ambulas inter nos, nos quaſi contingas, & copiam tui, non vt imputes, facis. Hæret lateri ſuo quiſquis acceſſit, finemque ſermoni ſuus cuique pudor,*

Modeſtia regia vario vnius Imperatoris exemplo mirè ornata à Plin. 2. in Paneg.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.84

dor, non tua superbia facit. regimur quidem à te, & subiecti tibi, sed quemadmodum legibus, sumus. Nam & illæ cupiditates nostras, libidinesque moderantur; nobiscum tamen et inter nos versantur. Emines, excellis, vt honor, vt potestas, quæ super homines quidem, hominum sunt tamen. Etiam in Circo circa Principem indiuisa comes modestia spectat, & spectatur, à quà longe magis theatrum, quàm ab Ædilium apparatu, illustratur. *Circus digna populo victore gentium sedes, nec minus ipsa visenda, quàm quæ in illa spectātur. Visenda autem cum cætera specie, tum quod æquatus plebis, ac Principis locus est, etc.* Atque hæc omnia saluà fieri possunt maiestate, cui nihil à modestià detrahitur. *nam cui nihil ad augendum fastigium superest, hic vno modo crescere potest, si se ipse submittat, securus magnitudinis suæ. Neque enim ab vllo periculo fortuna Principum longius abest, quàm ab humilitatis.*

Modestia in Principe nō officit eius maiestati.

At Carolus V. Christianorum Imperatorum decus, & noui orbis, præter Europæa regna, monarcha ter maximus, dignior, quàm Traianus, Plinianis elogijs; qui cum semper in tam alto fortunæ apice modestiam præ regijs omnibus titulis, præseque tulit, tum eo tempore, quo primum & solennem ingressum Mediolanum habuit. nam cum opulentissima Ciuitas instructissimo viarum apparatu suas opes penè vniuersas effudisset nouo domino excipiēdo, ille se in vili pileolo, & laneà atrà penulà spectandum per vias ingrediens dedit. nec mirum sic egisse illum, qui frequenter etiam sic loquebatur: 3

Caroli V. Victoris modestissima & exēplum.

Et verba. Quæ velut oraculum morale notato.

Quo quisque maior, eo se submissius gerat, voce plane imperatoriâ. Regium & illud fuit modestiæ specimen cum Ludouicus XIII. Galliarum nunc rex dignissimus tertium ante annum Bearniam Galliarũ Prouinciam victor ingressus, apparatã sibi ab ijs populis vmbellam auro ac gemmis fulgentem reiecit, eamque addixit Eucharisticæ hostiæ triũphali pompà eas per vrbes circumferendæ. Quo in facinore modestia, ac pietas pari victoriâ regio in pectore triũpharunt.

Ludouici XIII. nunc regis galliarum modestum, & religiosum facinus.

4 *Regiæ modestiæ vtilitates.*

Modestia ergo Principi nõ modo decori est ad laudem, sed etiam vtilitati ad tutelam, diuturnitatem, amorem, admirationem. Primo. Ad tutelam, quæ à moderatione animi fidelior est, quã ab armis. Sen. de tranquill. *Tutiores erunt superbiam detrahendo, & fortunam suam in planum deferendo.* Discite, Principes, moralem hanc custodiam, nec ab eà vmquam discedite, vt tuto, ac diu regnetis. nam etiã

Secundo ad diuturnitatem obtinendam in regno nihil potentius, quàm in alto positum nil altum immoderanter spirare. Cato: *Debent potentes parcè vti potestate, vt semper vti possint.*

Tertio ad amorem, qui regiæ modestiæ primogenitus est apud populos. Claudianus:

Publicus hinc ardescit amor, cum moribus æquis
Inclinat populo regale modestia culmen.

Quarto denique ad admirationẽ, quam à subditis habent Principes quasi Dij dum se homines modestè dictis, ac factis norunt. Pompeius fortitudine magnus, modestiâ maximus, dum exercitum per Græ-

ciam

ciã traduceret, & publicũ Gymnasiũ inuisens, æquali cum cęteris loco inter subsellia morales in primis philosophos audiret, audijt, & de se merito iactatũ illud:

Εφ᾽ ὅσον ὢν ἄνθρωπος οἶδας, ἐπὶ τοσοῦτον εἶ θεός.

Quatenus te censes hominem, eatenus nobis Deus es. *Acutũ monostichon in Principem modestum.*

Sic ille facilitate morũ armorum rigorem mollibat, animi modestiâ Martis molestiam lenibat. Estote ergo, Principes, sine superbiæ pompà Pompeij.

CAPVT X.

Clementia propria regij, & excelsi animi uirtus. Erudita, & arcana etiam è sacris ad rem proferuntur.

QVi sinistram regiæ coronæ partem elaboramus, in quà parte uitia, quæ pertinent ad extremũ excedentiæ, oppositis uirtutibus remouentur, abactà iam ope modestiæ superbià generatim in omni actione Principis, addo & speciatim Clementiam, quà in constituendis, siue etiam exercendis pœnis vtatur. Capiti regio adhuc morales medelas adhibuimus; rectum à recto fine statuimus; & erectum ad Deũ per religionem, flexile per obseruantiam erga sacerdotium, & per obedientiam erga leges effinximus, nec in aliena nimis pro pẽdulum, atque prominulum posuimus. Denique tumorem illi omnem applicità modestià detraximus. Iam ad regias manus descendamus, ac primo sinistram, ne in malis irrogandis nimis 1

grauiter

grauiter deponderet, clementiâ sustineamus. Accipite, ò Serenissimi, Serenissimum hũc Hiacynthum ad regij capitis Coronam, aut si malitis etiam, ad sinistrę manus ornamentum. Atque

Septima gemma regiæ coronæ.

Hæc micet in digitis septima gemma tuis

O rex: Rara profecto, quia maximè arduum est potẽtem impotenter non nocere; sed tamen *clementia in rege quo rarior, eò mirabilior*, ait Sen. lib. 1. de clementiâ, capit. 5. Post cuius authoris aureos libellos geminos de regiâ eâ virtute, hiscere non auderem, nisi me propositi argumẽti series, ac ratio vel inuisum prouocarent. Vtinã post tantũ Philosophum, etiã tantillũ

Aspirent nostris clementia sydera dictis

de clementiâ.

2 Quæ quidem ita Principi propriæ virtus est, vt inferioris esse non posit. Priuatus enim mititatem exerceat, non clementiam, quæ solius est superioris. Nam Senecâ definitore lib. 2 de clem. cap. 3. *Clementia lenitas est (cuius?) superioris in inferiorem*. Hæc præcipuus regiæ potentiæ finis est, quia rex creatur non vt obsit, sed prosit. Exemplum natura dedit in apibus, de quarum principe meus Seneca. *Rex ipse sine aculeo est, noluit illum natura nec sæuum eße, nec vltionem magno constituram petere, telumque detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exemplum hoc magnis regibus ingens est.* Post paucula vrget Principes Philosophus ad imitationem: *Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores, cum tantò hominum moderatior animus esse debeat, quantò vehementius nocet.* D tamen Basilius homil. 8. in Hexamer. non

Discrimen inter clemẽtiã, & mansuetudinem.

Quid propriè clemẽtia?

Rex creatur non vt obsit, sed vt prosit.

Regiæ clemẽtiæ symbolum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

vt Seneca, regem apum sine aculeo ponit, quin immo affirmat: *Regi apum aculeus est, sed eo ad vlciscendum non vtitur. Sunt hæ naturæ leges non scriptæ: vt quisque est maximà potentià præditus, ita tardum ad puniendum esse debere. Vtar*, inquit D. Paul. *traditâ mihi potestate non ad destructionem, sed ad ædificationem.* Nocere Princeps etsi potest nocentibus, ac debet, tamen ea finis præcipua non est, nec directò intẽta, sed iuuare, quia bonum per se, malum ex accidenti spectat natura. Sint ergo Principes Apiani, non Vespasiani: melliferi agminis Imperatorem æmulentur, non Vespas, quæ non nisi ad nocendum exercere norunt aculeum.

Locus Senecæ correctus.
Rex Apum habet aculeum, sed eo non nocet.
Quò quisque maior, eò ad nocendũ sit tardior.
Idest Apũ regem, non Vespas imitentur.

Clementiam (quis credat?) Seuerus pręimperatorijs alijs virtutibus sibi exercẽdam proposuerat, cum numum excudi iussit, in quo mulier exporrecto insidens leoni, altera fulmen abijciens visebatur, circumsculptis verbis: *Indulgentia Aug. in car.* Philippus Rex Macedum *clementiam gloriæ suæ theatrum* appellabat. Cui profecto construendo vtilius, atque honestius operam, atque industriam Princeps impẽdat, quàm lapideis molibus erigendis, quas aut *Imber edax, aut Aquilo impotens* tandem diruũt; at regium clementiæ amphiteatrum immortale vigens nullam timet temporum, tempestatumue inclementiam. Iustitiam alij cæcam, quæ affectu erga neminem trahatur, alij acuta tuentem dixere, quæ iura despiciat, ac dijudicet. Vt vt fiet, equidem cum D. Thomà lib. 1. eruditionis regię affirmarim, *clementiam iustitiæ ocellum* esse, sine quo Iustitia (si eo nomine digna) seue-

3
Seuerus clemens.
In numis antiquis clementię symbola.
Clementia regiæ gloriæ theatrũ est.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

riore zelo abrepta non tam delicta, quàm homines è vità deleat, & rem vniuersam publicam subruat. Quemadmodum hebræorum eruditi tradunt à cæco Lamecho Chaimum inter fruteta latitantem interfectum dum fera putaretur; sic homines corripiet, vitia non corriget quisquis iustum se sine clementię lumine profitebitur.

Iustitia non cæca, vt vulgo, sed habet pro ocello cleměntiã.

Similitudo ab hebræà non vulgatà traditione.

4 Principes, qui acceptà in alios potestate, Dei omnipotentiam in terris quasi viua quædam, ac præclara simulacra referunt, eam *parcendo maxime (vt Deo rite precantes effamur) ac miserando manifestent*. Si se Olympios, vt olim Pericles, amãt appellitari, olympici aeris tranquillitatem, & clementiam imitentur. Deos eos Principum iure appellatos existimem, qui Dei exemplo in hac rerum vniuersitate administrandà *omnia sciunt, non omnia prosequuntur, nec pœnà semper, sed sæpius pœnitentià contenti sunt*: vt est apud Tacitum in Agricolà. Principes vt Deus *longanimes* siue, vt hebræo uerbo effertur *latis naribus* appellari gaudeant. Quod loquendi arcanum ut paucis euoluam; scitum est eos, quibus amplæ sunt nares moribus esse mitissimos, ob facillimam irę, si quando efferuescat, per patulos narium meatus expirationem. Inde aquilinæ nares, ab Aquilæ rostro, quod curuitate referunt, appellatæ, ob decoram, quam humano pandunt in ore formam, atque amplitudinem, Imperium in homine portendunt, ac pariter Aquilis *regnum in aues vagas* natura *concessit*. Nullà ergo te re, Princeps, principatu, atque imperio dignum euidentius probaris, nullà propius ad Deum accesseris, quàm lõgani-

Principes olympij sint, & cur.

Cur Deus hebraicè latis naribus dicatur.

Cur mites quibus latæ sunt nares?

ganimi, & (dicere liceat) lati nare clementia. Quam in primis uirtutem si exuas, te Deo non minus, quàm hominibus, infensum, atque hostem scias. Nã preces Iouis, siue Dei filias (ingeniose magis an uerè? finxit Homerus. Qui filias nõ audit, in patrem iniurius est. Qui eas ab homine oblatas reijcis, à Deo reijciere.

Preces Iouis siue Dei filiæ.

Viden' illum si quando 5

——— *Flagranti*

Aut Athon, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Deijcit,

intactis hominibus, qui nefarijs sceleribus fulmina prouocarũt, ac meruerunt? sat illi est timorem mortalibus, ad eliciendam scelerum pœnitentiam, incutere; sat illi peccatum, non peccantem tollere, cuius *mortem se nolle* palam edixit. Sic leonem domitor, verberato cane, terrificat. Sic Persæ, teste Plutarcho, nobilem virum pœnis affecturi, detractas illi vestes, & in alto suspensas pro reo diuerberabant. Sic eorundem Persarum Rex Artaxerses cognomento Longimanus noxijs aliquibus viris tiaras iubebat pro capitibus amputari, & fila è galeris pendentia pro auribus incidi. O ingeniosas clementiæ artes! quibus Principes assequuntur vt & prauorum animi à scelere, & Iudicum manus à sanguine reuocentur. Maxima laus in Principe, si regia eius clamys humano cruore (incolumi tamen iustitiâ) quàm minime purpurarit. Hanc honestè ambire visus est Titus, qui *se lubentissimo animo Pontificatum maximum accipere professus est, vt puras à sanguine manus seruaret.* Sueton. in Tit. Hac se Pericles in extremo vitæ cardine meritò iactauit,

Mos Persicæ clementiæ.

Artaxersis Longimani clementiã.

Item & Titi.

Atque etiã Periclis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

uit, cum dixit: *Nemo meà operà pullatus vnquam incessit*; hoc est, nemini luctum feci carorum cæde: Hæc qui faciat non ego eum hominibus, sed Deo comparo. Verè etenim.

— *Sola Deos æquat clementia nobis*,

apud Claudianum monet Imperator imperaturum. Diuinum nempe est nullà extrinsecus iniurià percelli, ac quantò maior es, eò indignius existimato in inferiorem sæuire. Constantinum verè Magnum Imperatorem ad vltionem nescio qui concitabant contra eos qui statuam eius lapidibus impetijssent, aiebantque faciem Imperatoris à consceleratis hominibus fœdè vulneratam; tum ille manu faciem, & caput palpans, *ego vero inquit, & os, & caput sana mihi persentio*. Quid? Adrianus eo ipso die, quo Imperator creatus est, cum in quendam incidisset acerrime sibi olim infensum, *euasisti, inquit, factus sum Imperator*. In summà potestate imminutam ille sibi nocendi facultatem animo plane Imperatorio censuit, quam vilissimus quispiam totam pleno impetu ad vltionem effudisset. Abiecta quæque animalcula ledere semper paratiora sunt, & impotentiæ maximo argumentum est punire crudeliter: facilius enim est destruere, quàm erigere: Maior est bene, quàm male faciendi potentia.

Magni Constantini. &c.

Adriani apophtegmata ad clementiam.

6 Non solum magnanimo Principe indigna, sed & humanæ naturæ repugnans crudelitas est, quæ hominem efferat. Sen. *Quid istud delectari sono catenarũ, quocumque ventum est multum sanguinis effundere, aspectu suo terrere, ac fugare? Quæ alia vita esset, si*

Contra naturam est nimiũ sæuire.

Leones,

Leones, Vrsique regnarent? si serpentibus in nos, ac noxissimo animali cuique daretur potestas? Ipsamet actionis inexperta natura abstinet à suis, & statuta etiam inter feras similitudo morum est. Quin & ipsummet Principem destruit inclementia. Aptà similitudine Diuus Thomas citatus. *Ignis Zeli ardere debet in oleo misericordiæ: deficiente vero hoc oleo, ignis Zeli destruit Principem, sicut ignis, si desit oleum materiale, destruit lampadem.* Destruit vita potiorem honorem. Ratio apud Senecam. *Nulli Regi gloria est ex sæuà animaduersione, quis enim dubitat posse? at contra maxima, si vim suam continet.* Auget hostes dum aufert. Audite, atque infigite hoc animis Principum, ò aulici consiliarij. *regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo; parentes enim, liberique eorum, qui ita affecti sunt, & propinqui, & amici in locum singulorum accedunt*, salubriter Seneca monet.

Aptissima D. Thomæ similitudo. Mala inclementiæ etiã in inclementem.

CAPVT XI.

Quæ commoda Principi à clementià. Præcepta ad prudentiam in eius vsu.

VT contra Principem ipsum immoderata seueritas, ita pro Principe multimodis clementia est. Vin', ò Princeps, tutamen? Accipe: *Errat, si quis existimat ibi tutum esse Regem, vbi à Rege nihil tutum est. Securitas securitate mutuà pascenda est. Non est opus instruere in altum editas arces, nec in adscensum arduos colles emunire, nec latera montium ab-* 1

Saluũ principem etiã in aperto præstat clementia.

ſcindere, multiplicibus ſe muris, turribuſque ſepire. Saluum regem in aperto clementia præſtabit. Stertat ſane, ſi lubeat, contra Homeri præceptum totam noctem populi rector, ſui. ſ. ſecurus ſub vigili clementiæ cuſtodià. Vin' leuamen in publicæ adminiſtrationis onere, quod Atlanteis etiam heroum humeris intolerandum videtur? Credite, ò Reipublicæ adminiſtratores, plerunque grauiſſimum vobis regnum efficiunt, non tam refractaria populorum peruicacia, quàm veſtra inclementia. Date vos moderatiores, ò aliorum moderatores. Manum à vulnere, quà licet, abſtinete, ſceptrum facilius ſuſtinebitis. Aureum Platonis in epiſt. ad Dionem præceptum eſt, quo vno omnis aliena regendi difficultas porrò prorſus remouetur: *Obſequendo, & placendo hominibus* (quatenus ſcilicet licet) *rerum gerendarum commoditas acquiritur: auſteritas verò amicorum ſolitudinem parit*. Sic leuatur onus regnanti. Vin' etiam regnatis? Iamblichus in epiſt. ad Agrippam: *Imperij excellentia videtur apud vulgus hominum inuidioſa eſſe, ac eius præſtantia ipſis odioſa fit. Si verò id, quod graue, auſterumque eſt in imperio benignitate, ac humanitate temperetur, concinnum, mite, manſuetũ, & adeuntibus facile redditur: quale genus imperij in primis amant ſubditi*. Si clementia id, quod auſterum, ac graue videtur in regno, detrahit, quid in Principatu erit non amandum? quid non leue ſubditis? Vin' amorem à tuis populis? Affert clementia.

Quì leuetur pondus regiminis.

Qui vult amari lãguidà (ideſt clemẽti) *regnet manu*. Seneca poeta. Non ſolum à bonis ſed etiam à malis

lis amari uis? Docet id quì fiat Alphonsus Neapoleos rex: *Bonos iustitia conciliat, malos clementia.* sic ille respondit admirantibus, & quærentibus cur erga omnes etiam malos ita lenis esset?

Quì bones, & malos tib conicilies.

Quid? quod non solum malos conciliat, sed & fa- 2
cilius emendat clementia, quàm seueritas? Tibi, ò Princeps, Plin. in panegyr. ea scribit: *Beneficijs potius, quàm remedijs subditorum ingenia experire. Plus forte moribus confert Princeps, qui bonos esse patitur, quàm qui cogit.* idest qui longanimi, patientique clementià ad bonitatem adducit. Nam coacta, & inuita bonitas malitia est. Nec solum priuatim aliquos, sed & publicè uniuersam Ciuitatem mitis Princeps exemplis clementiæ ad meliores mores prouocat. Nec fallitur Seneca dum affirmat: *Constituit bonos mores Ciuitati Princeps, & vitia eius felicius compescit, si patiens eorum est, nō tamquam probet, sed tamquam inuitus, & cum magno tormento ad castigandū veniat. Verecundiam peccandi facit ipsa clementia regentis. Grauior multa pęna videtur, quæ à miti viro constituitur.* Hęc postrema de nobilibus in primis, ac generosis animis, quibus grauissimæ pœnæ loco culpa est,

Bonum non est coactū.

Cautè, ac prudēter de more Seneca.

Estque pati pœnam, quàm meruisse minus.

Ab ijs *remissius imperanti melius paretur.* nam (uniuersim de homine etiam ignobili ualet præceptum Senecæ) *contumax est animus humanus in contrariū, atque arduum nitens, faciliusque sequitur, quàm ducitur.* sponte homo ad bonitatem facilius sequitur suadentem, quàm trahentem inuitus.

Lubentius ducimur, quàm trahimur.

Cæterum ut practicis propius accedamus; Tu ò 3
qui

qui ſponte peccaſti, plectare pęnà non inuitus; tu qui plectis, adducare ad id penè inuitus. Memento humanũ eſſe peccare, vt humaniter corrigas. Quaſi oraculũ accipe Sopatri præceptum epiſtolà ad Hemetriũ fratrem: *Deſiderandum quidem eſt animam, quoad eius fieri poteſt, à vitijs puram eſſe: interim tamen cogitabis homini congenitum eſſe peccare. Quocirca qui punit homines tamquam impeccabiles, modum tranſgreditur recta, & ſecundùm naturam caſtigationis.* Biantem imitare, cum neceſſitas pœnas exigit. is quempiã morte damnaturus lacrymabatur. Interroganti cur fleret qui damnatum, ſi vellet, pęnæ poſſet eximere? reſpondit: *quia neceſſarium eſt naturæ affectum, legi ſuffragium reddere.* ò lacrymas à clemẽtiæ fonte manantes, & neceſſarià pœnà effuſum cruorẽ eluentes! At Agrippinus verus in regno Philoſophus conabatur ijs, quos damnabat, perſuadere, ipſis expedire dãnari. *Non enim tamquam inimicus ipſis,* aiebat, *nec ut latro, ſententiam in eos fert, ſed veluti tutor, & curator ipſorum: quemadmodum & medicus hominem ſecandum ſolatur, ac hortatur ſectioni ſe ipſum exhibeat.* Hortor & ego te, ò publicè Iudex, vt ad pęnę inflictionem quadam cum mentis clementis afflictione accedas, & animo non ſolũ clementi, ſed etiã gementi punias, ne pęnæ modũ excedas. Nõne optimũ, ac maximum regnatorem, & cõditorẽ Deum legiſti cũ fędiſſimis mortaliũ ſceleribus iratus, humanum genus, octonis hominum modo ſeruatis, penitus deleturus videretur, immẽſam aquarum vim è Cęlo quaſi lacrymas effudiſſe? Quid cũ minatur? *Stellabit,* inquit, *furor*

Aduerte ad hæc animũ.

Bion cur damnaturus quempiã lacrymaretur.

En Philosophi clemens in puniẽdo induſtria.

E ſacris recondita clementiæ veſtigia.

ror meus. Minutim, & in lacrymas abit diuini æstus pectoris cum homines cędit, quia etiã tũ suę cedit clementiæ. Equisones imitare, qui pullos indomitos vnà cum cicuribus nutriunt, nõ tollunt, sed acrius eos vrgent, premunt, ac arte quadã edormitant. Accipe ab Epicteto imaginẽ expressiorẽ: *Quemadmodũ bonus equorũ domitor, non bonos tantũ pullos alit, feroces autẽ famelicos relinquit; sed ambos ex æquo nutrit, magis verò castigat alterum, & cogit similem fieri meliori; sic etiam vir prouidus, & ciuilis facultatis peritus bonos viros beneficijs demereri, malos autem non continuo perdere conatur: sed de alimento quidem vtrisque prospicit, instituit verò, & vrget vehementius illum, qui rationi, & legi obstiterit.*

Epicteti similitudo ad clementiæ documentũ.

Cum clementiam tibi ex Philosophiæ legibus indico, socordiam ac supinitatem in iustè puniendo ne interpretere. Sen. *Tam omnibus ignoscere crudelitas est, quàm nulli parcere.* Ad praxim diuide iuxta ea, quæ mox indicabo. Nam primo in iustitia commutatiuà, in quà de alieno iure æquando, ac explendo agitur, cum alienæ rei nec tu ò Princeps (nisi publicam in rem) sis dominus, clementiæ non erit, sed iniuriæ, cuiquam indulgere vt quod alteri debet, ne persoluat. In distributiuà vero, pœnarum mitigationi, & clementiæ locus est. Audiamus Sopatrum epist. ad Hemetrium fratrem. *Quandoquidem lex sæpiuscule duriores peccatis pœnas irrogat, ius quod æquum (ἐπιεικὲς) austeram legum sententiam mitigans, inculpata mihi videtur vera, & liberæ gratiæ occasio. Verum iudicia quidem, quæ* 4

Clementiæ locus est nõ in omni genere iustitię.

occupantur circa iustitiæ emendationem in contractibus, omnino non agnoscunt gratiarum genus: quæ autē circa delicta versantur, mansuetam, & humanam gratiarum faciem non recusant. Pœnalium interpres legum Iustitia Gratiarum consortium non reijcit, immo numquam honestiore, ac tutiore comitatu stipata incedit, quàm cum gratias adducit.

Iustitia punitiua Gratiarum consortium non reijcit.

5 Secundo clementiā exprome in ijs potius iniurijs, quę in te illatæ sunt, quā in ijs, quæ in alios ò qui præes alijs Rationes utriusque dicti à me, ac diuisi audiamus à Senecà: *Quemadmodum non est magni animi qui de alieno liberalis est, sed ille, qui quod alteri donat, sibi detrahit, ita clementem uocabo, non in alieno dolore facilem, sed eum, qui, cum suis stimulis exagitetur, non prosilit; qui intelligit magni animi esse iniurias in summà potentià pati, &c.* Atque

Esto clemēs in iniurijs, quæ tuæ sūt, non quæ alienæ.

Magni animi est iniurias pati in summà potentiā.

———Ignoscere pulchrum
Iam misero, pœnæque genus uidisse precantem

succinit Senecæ Claudianus. Vltus es hoc ipso quòd te inferior est. Ob hanc Principis in suis prosequendis iniurijs (si tutò tamen, & cum iustitià possit) parcimoniam existimarim ego à Platone in Gorgià duas tantum puniendi causas afferri, aut corrigendi eius quem plectis, aut exempli, ne alij peccent exhibēdi; omissà, quam alij tertiam ponunt, ob tuendā authoritatem ipsius punientis, in quem peccatum est. Quasi vile quid, & cōtemptu dignum, & penè numquam à Principe cōmittendum id tertium Plato præterijt, vt penè mecum affirmat Agellius lib. 6. c. 14.

Plato duas puniendi causas affert.

6 Tertio agnosce causas puniendis peccatis, easque diuide

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

labis tantum pedibus sine vllà cesurà.

In quamlibet sedem licet admittere possint vnum quemlibet è quatuor disyllabis tantum pedibus, tamen in hac eutrapeliâ author ad prioris versus primā sedem iambum numquam admisit, in secundam nec iambum nec pyrrhichium, in tertiā non spondeum; in quartà solo spondeo vsus est. In posterioris vero versus sede primà quolibet è disyllabis, in secundà non pyrrhichio, in tertià nec spōdeo nec iambo vsus est. Superest syllaba, quæ, licet hìc longa semper sit, tamen eius ratio in quantitate non habetur, sicut & postremæ syllabæ in acatalecticis.

EVTRAP. VIII.

Viden' vt vitreæ
Saliens lymphæ, &c.

Monometri sunt acatalectici. Primus quisque cōstat trisyllabis tantum pedibus: secundus primà sede trisyllabis, secundà disyllabis. vterque sine vllis cęsuris. Primus quisque in vtramque sedem primam, & secundam admittit è trisyllabis eos solum, qui mediam habent breuem. Secundus quisque in priori sede eandem circa trisyllabos cautelam habet, ac rarissimè admittit molossum; in secundà sede hìc locus est spondeo, & iambo, licet & reliquis duobus disyllabis pedibus vti possis.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

EVTRAP. IX.

Virgato geris quid, Dameta, calatho?
Frondosa tolle tegmina, &c.

Trimetri sunt, & dimetri acatalectici con usitatis cęsaris. constant è disyllabis tantum pedibus. quorum quemlibet in quamlibet sedem licet possint admittere, tamen primus quisque apud authorem habet in primà, & tertià sede tantum vel spōdeum, vel choreum, in secundà, præter prædictos, etiam iambum, in quartà solos vel spondeum, vel iambum, in quintà solos vel pyrrhichium, vel spondeum, in sextà & vltimà solum iambum; licet nulla habeatur ratio vltimæ syllabæ. Secundus uero quisquis secundà, & tertià sede habet eosdem pedes, quos habet secunda sedes primi, quartà sede pyrrhichium, & iambum.

NENIA.

Extinctà Matre lacrymas, &c.

Constat è dimetris catalecticis, & acatalecticis, uno hypercatalectico, mixtis tum ex ijs, qui cęsuras poscunt, tum ex ijs, qui eas reijciunt. Exigendi sunt, ij uersus ad leges eutrapeliæ sextæ, & eutrapeliæ nonæ huius primi libri, quas reuise. tantum disyllabos pedes admittunt, &c. ut prædictum est, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

EVTRAP. XVIII.

Jngeni metas pubentis adhuc, &c.

Eæ columnæ constructæ sunt è vario metrorum genere pro exigētià, & varietate figuræ. nam in ijs sunt monometri, & dimetri acatalectici, qui pedes trisyllabos aliquos tantum admittunt iuxta leges octauæ eutrapeliæ huius primi libri. item dimetri catalectici, & acatalectici, qui pedum tantum disyllaborum aliquos admittunt iuxta leges sextæ, & nonæ eutrapeliarum. denique tomas aliquas heroici hexametri, & integros hexametros etiam admittunt. Ex prædictis patebit distincte singulorum quantitas prosequenti, & experienti minutim singula. Nobis satis est indicare iam apertas vias.

EVTRAP. XIX.

Hoc habe luteolum, &c.

Constat è dimetris catalecticis, qui sine cęsuris pedes tantum disyllabos admittunt iuxta leges secūdi cuiusque versus stropharum in eutrapeliā sextà.

EVTRAP. XX.

Cape fraga rubentia, &c.

Constat è dimetris acatalecticis cum cęsuris, qui disyllabos tantum pedes admittunt iuxta leges secundi cuiusque versus stropharum in eutrapeliā nonà.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

EVTRAP. XXI.

Cape lepusculum, &c.

Vt in eutrapelià octauà.

EVTRAP. XXIV.

A quarto versu ad vltimum,

Si naufraganti fauet innocentiæ, &c.

Vt in eutrapelià nonà.

EVTRAP. XXV.

En tenes tandem, mea vita, incolumis, &c.

Prorsus vt nona eutrapelia.

EVTRAP. XXVIII,

Ergon' ora petiturus &c.

Vt sexta eutrapelia.

EVTRAP. XXXI.

Cultor antri quem te vocem! &c.

Constat dimetris acatalecticis sine cęsuris disyllabos admittentibus iuxta leges primi cuiusque versus stropharum in eutrapelià sextà.

EVTRAP. XXXVIII.

Dum mi Deus fulgurantes, &c.

Vt eutrapelia sexta in vtroque versu.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

LIBER SECVNDVS.

EVTRAP. I.

Hanc venustulam verendo, &c.
Vide Eutrapeliæ sextæ libri primi leges.

EVTRAP. II.

Vetus poetæ proditur sententia, &c.
Secutus est hìc semel ueterum comicorum numeros, sed tamen ita parcè, ut in secundo tantum, & quarto uersu Trisyllabos tres pedes admiserit; in secundi quidem primam sedem creticum, in secundã sedem dactylum; in quarti uero uersus sedem tertiã antibacchium. cætera omnia metire è disyllabis iuxta leges primi cuiusque uersus stropharum in eutrapelià nonà libri primi.

EVTRAP. V.

Formosę mi puellę, &c.
Constat dimetris, acatalectico primo, catalectico secundo; qui admittunt & cæsuras, & disyllabos iuxta leges secũdi cuiusque in eutrapelià nonà libri primi.

EVTRAP. VIII.

Pupulę virginei, &c.

Omnes

Omnes dimetri catalectici ad easdem leges, ad quas secundus quisque in eutrapelià sextà libri primi.

EVTRAP. XII.

Quid biberium Meronem, &c.

Vt trigesima libri primi.

EVTRAP. XIII.

Nuper silonicapero,

Constat dimetris, & trimetris catalecticis, & acatalecticis mixtim, qui & cæsuras, & disyllabos admittunt iuxta leges eutrapeliæ nonæ libri primi.

CHOREA I.

Viuæ mortis instar Amor, &c.

Est Tetracolos octostrophos. Primus quisque versus est dimeter acatalecticus, sine cæsuris è disyllabis vt primus quisq; eutrapeliæ sextæ libri primi. Secundus quisque versus dimeter acatalecticus primo, & tertio loco trisyllabum habens sine cæsuris, vt secundus quisque geminatus eutrapeliæ octauæ libri primi, Tertius quisque versus est vt primus. Quartus quisque monometer acatalecticus primo loco trisyllabum, secundo disyllabum habens vt secundus quisque octauæ eutrapeliæ libri primi. Quintus quisque versus vt quartus. Sextus quisque versus dimeter catalecticus vt secundus quisque sextæ eutrapeliæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

trapeliæ libri primi. Septimus quisque versus vt secũdus. Octauus quisque vt sextus. en tibi quod similes uersus indicat similibus literis, & eorũ ordinẽ, hoc-

- Schema

A ————————
B ————————————————
A ————————————
C ————————
C ————————————
D ————————
B ————————————————
D ————————

In fine habet hæc chorea epoden, quæ reliquas antecedentes strophas non sequitur. sed quemadmodũ in Hetruscis cantionibus postrema strophe, quam caudam appellant, seorsim habet suos versus, & ordinem à strophis antecedentibus; sic & Author hìc in postremà strophe primo loco ponit dimetrum acatalecticum, qui trisyllabum habet in tertià sede, in reliquis disyllabos. Secundus, tertius, quartus versus dimetri sunt acatalectici sine cæsuris è disyllabis. Quintus est catalecticus. Sextus est brachycatalecticus. Eorum leges proportione sunt quæ aliorum è disyllabis in strophis præcedentibus. huius caudæ hoc est-

- Schema

A ————————————————————
B ————————————————
B ————————————————
B ————————————————
C ————————————————
D ————————————

EVTRAP. XIV.

Dic, Aurora, tam rubentem, &c.

Tota prorsus ut sexta libri primi.

EVTRAP. XXII.

Quid ni diem nox datura? &c.

Vt trigesimaprima libri primi.

IDYLLIVM.

Quà læti colles nitidas vere frontes, &c.

Vt eutrapelia decimatertia huius libri secundi.

LIBER TERTIVS

EVTRAP. I.

Virgo parens roseum, &c.

Vt octaua eutrapelia libri secundi.

EVTRAP. II.

Nocte vigil intempesta, &c.

Vt sexta libri primi.

EVTRAP. III.

Quid, ò lente, sub vmbrosà, &c.

Item & hæc vt sexta libri primi.

artes in liberalitate illiberales, quas memorat Seneca: *Post rem superbè promissam aliæ, atque aliæ moræ. Cum id quoque, quod impetrasti rogandum est. Hic rogandus est vt admoneat, ille vt sumat. sic vnum munus per multorum teritur manus, ex quo gratiæ minimum apud promittentem remanet: quia authori detrahit quisquis post illum rogandus est. Plerisque etiam hoc vitium est, ambitione prauà differendi promissa, ne minor sit rogantium turba. Quales (loquitur idem Seneca) regiæ potentiæ ministri sunt, quos delectat superbiæ suæ longum spectaculum, minusque se iudicant posse nisi diu, multumque singulis, quid possint, ostentent.* Hos dolos à te, Princeps, atque à tuis ministris, hos nodos absolue, qui Gratias arctant, & strangulāt. Quæ mala ne incidant, Gratias Poetæ tunicis sine zonà solutis effinxere, i. faciles, ac liberas.

Artes illiberales, ac dolosæ in largiendo.

Cur Gratiæ sine zonà.

Nè tamen ita solutæ, ac liberæ sint, ut temerè diuagentur. Aufer igitur, ò Rex, à tuis beneficijs temeritatem, ne in te Socrates iactet, quod olim in quendā, quem uidebat passim, & sine delectu beneficia largiētem: *Male tibi sit, qui Gratias Virgines scorta fecisti.* Quod fit cum uir Princeps ambitione audiendi: *munificus, ac magnificus,* ingētes opes sine iudicio in obuios quosque etiam immerentes prodigit. 8

Bellè dictū à Socrate in temerè largientes.

Sed cum tibi personarum in largitionibus delectū indico, non ita dico ut uni te addicas, ut unum aliquē tibi præ omnibus delectum habeas, cuius solius in sinum omnia profundas. Nam hac ratione plus inuidiæ, atque odij consequereris ab ijs, quibus non elargireris, quàm beneuolentiæ ab uno, in quem om- 9

Ne vni vnicè dones.

nia conferres. Stultum est, cum plures benemerendo tibi amicos efficere possis, unius tantum fauori uacare.

10 Quid præterea hic ego te moneam, ne de alieno, sed de tuo te munificentem exhibeas? Certum est quod ait Tullius 3. offic. *Qui alijs nocent, vt in alios liberales sint, in eadem esse iniustitià, vt si in suam rem aliena conuertant*; & quod Plin. in panegyr. *Tum demum gratissima esse accipientibus data, cum sciunt dari sibi quod nemini est ereptum*. Iniustitia magnificentiæ nouerca est. Ab hac igitur, atque ab alijs paullo ante memoratis extremis munificam manum prudenter abstine, o Princeps, ne pro uirtute uitia, & pro beneficijs iniurias conferre uideare.

Quod das nulli eripe.

11 Non omittam, dum occurrit, & Senecę monitum, & locum in eo authore ab admodum paucis acutè perspectum lib. 2. de benef. cap. 7. 8. *ne Principi quidem satis decorum est donare ignominiæ causà* paullo superius attulerat exemplum: *Tiberius Cæsar rogatus à nepote M. Allio prætorio, vt æri alieno succurreret: edere illum sibi nomina creditorum iussit. Hoc non est donare, sed creditores conuocare. Cum edita essent, scripsit, nepoti iussisse se pecuniam solui. Adiecta contumeliosà admonitione effecit, vt nec æs alienum haberet, nec beneficium. liberauit illum à creditoribus, sibi non obligauit.* Scomma est in ambiguè posito nomine nepotis. Nomen hominis, seu consanguinei scribere uisus est, & uitium in eo notauit nepotationis. *nepotes* enim Festo *luxuriosæ vitæ homines, quod non magis his rei suæ familiaris cura est, quàm ijs, quibus*

Locus Senecæ singularis non passim omnib. perspectus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Pater, auusque viuunt. Istæc scommota in beneficentià beneficia iugulant.

CAPVT XIII.

Præcepta Principi seruanda in vsu magnificentiæ circa donantem, & dona.

MVnificus quæ videt vt vitet, vidisti, iā vide quæ videat vt sequatur; hæc fere sunt senis literis *Q.* sena verba inchoantibus: *Quis, quæ, quibus, quo animo, quomodo, quando*, tribuat. *Quis*: se spectet Princeps potius, quàm eum, quem afficit beneficio. Alienam indigentiam regiæ fortunæ eminentià longissimè superet. *Vrbem cuidam Alexander donabat: (narrat Seneca) cum ille, cui donabatur, se ipse mensus tanti muneris inuidiam refugisset dicens non conuenire fortunæ suæ. Non quero, inquit rex, quid te accipere deceat, sed quid me dare.* Quàm plane regiam vocem cur tantoperè damnes, non video, mi Seneca, non negauit magnanimus Princeps se spectare accipientis personam, sed dantis vt pote regiæ, potiorem habendam rationem ostendit. Quid ni? Docet id vel nomen ipsum huiusce, quam suademus, virtutis: *Magnidecētia.* Quasi dicat in magnis largitionibus, quæ non nisi magnæ fortunæ viros decent *Magni* potius qui dat, quàm infimi qui accipit, spectandam esse *decentiam*. Sibi par idem rex, cū cuidam ex amicis pro dote filiæ aliquid ab eo petenti, quinquaginta talenta iussit repræsentari, ac dicenti, decem satis esse,

1

Alexandri facimus liberale.

Spectanda potius dantis, quàm accipiētis persona.

respondit. *decem accipere tibi quidem satis videtur, mihi vero decem dare non est satis*, Non sic olim illiberaliter argutulus Antiochus, de quo Plutar. in apophtegmat. regijs: Thrasyllo Cynico dragmam ab eo petente, regiũ non est, inquit, hoc dare: οὐ βασιλικὸν τὸ δόμα. Illo igitur subijciente da talentum; non est Cynicum, inquit, accipere οὐ κυνικὸν τὸ λῆμμα. *Turpissima est* (inquit Seneca) *eiusmodi cauillatio. Inuenit*

Illiberalis cauillatio à Senecà soluta.

quomodo neutrum daret. In denario regem, in talento Cynicum respexit: cum posset & denarium tamquã Cynico dare, & talentum tamquam rex. Dum se vtramque dantis, accipiẽtisque personam perspectare simulat, neutram vidit: sibi gloriam, Cynico pecuniam inuidit. Non procul ab isto fuit Alexander cum discũ ossibus refertũ Diogeni Cynico misit. Cui Philosophus id dictũ remisit: κυνικὸν μὲν τὸ βρῶμα οὐ βασιλικὸν δὲ τὸ δόμα *Cynicus, idest Caninus quidẽ cibus, at donũ non regium*. Iocari voluisti, atque vt arbitror, prudens errasti ò Rex, qui potius quid Cynicum, quàm quid regẽ addeceret spectasti. At vero cum alio Philosopho pro regià magnificentià fecisti, cum Anaxarcho dari quantum is postularet iussisti, ac dispẽsatori tuo, (pro more id generis hominum regiam dexterã cõplicantium) nimium, nempe centum talenta petit, inquienti respondisti: *Praclarè facit Anaxarchus, qui scit se habere amicum, qui talia dandi facultatem, & voluntatem habet*. Salue mi Philosophe: docuit te magnificentiæ alienæ virtus largè ditescere, dum tu Principẽ doces se ipsum videre, ac pro fortunę amplissimà dignitate, amplissimà manu munera spargere.

Cynici dicterium in iocosam Alexãdri largitionem.

Alexandri magnificentia in Anaxarchũ philosophum.

Quæ. Vniuersim non nisi magnifica, & Principe digna. Arist. *Magnifici est vt in quocumque genere quippiam fecerit, magnificè id faciat: quod enim eiusmodi est, & superari facile non potest, & ita se habet, vt sumptus dignitas postulat*. Speciatim *rara, publica, mansura, literaria, sacra*. Magnifici sunt Principis. Primo *rara*. nam doctor meus: *quod voles gratum esse, rarum effice: Quis patitur sibi imputari vulgaria? munera nō tam pretiosa, quàm rara, & exquisita sint, quæ etiam apud diuitem sui locum faciant: sicut gregalia quoque poma, etiam post paucos dies itura in fastidium, delectant, si prouenère maturius. Illa quoque nō erunt sine honore, quæ aut nemo illis alius dedit, aut nos nulli alij*. Aut si alij, atque alijs eadem dederis, ita data sint, vt singuli aliquid insigne, ac peculiare habere videantur, quo se alijs prælatos existiment. *Licet ita largiri, vt vnusquisque etiam si cum multis accepit, in populo se esse non putet. Nemo non habeat aliquam familiarem notam, per quam speret se propius admissum. Dicat: accepi idem, quod ille, sed vltro: accepi quod ille, sed ego intra breue tempus, cum ille diu meruisset. sunt qui idem habeant, sed non eisdem verbis datum, non eadem comitate tribuentis. Ille accepit cum rogasset: ego cum rogarer: Ille accepit, sed facilè redditurus, sed cuius senectus, et liberorum orbitas magna promittebat. Mihi plus dedit, quamuis idem dederit, quia sine spe recipiendi dedit*. 2

Magnifici est vt i quocunque genere magnificè agat omnia. Qualia esse debeant regia beneficia.

Sic largire, vt licet multis, singulare tamen aliquid singuli accipiant.

Secundo *publica* quæ non nisi à publico viro, hoc est Principe facilè possunt, ac decet promanare: *prætoria, fora fontes, domus hospitales, arces, oppida, munimenta* 3

menta mœniorum & his non inferiora. Non satis habuit Cæsar exsiccare pontinam paludem, quà re mirè vicinis Populis consuluit; sed etiam per mediam illã pontibus plurimis erectis viam strauit, vt iter in vrbẽ & breuius esset, & commodius. Imperator Claudius triginta hominũ millia vndecim annis in opere perpetuo habuit, dum fucinum lacum emittere studet, qui finitimos agros sæpenumero inundabat. Tacitus Augustus dum Hostiẽses muneribus suis iuuare vellet in cõdendo publico opere, quod ab illis fuerat inchoatum, centum columnas è lapide numidico illis dono dedit, quarum singulæ pedum trium, ac uiginti fuisse dicuntur. Quid Cæsar Augustus? is merito gloriabatur Romam ex lateritià marmoream à se factam. Adhuc Flaminiæ, Appiæ, atque aliarum uiarũ summà cum laude fama uiget. Sed publicæ in primis calamitates, aquarum inundationes, agrorum sterilitates, bella, pestes, incendia, terrarum tremoribus collapsæ urbes, & si quæ alia talia regiæ magnificentiæ ita propriam, ac necessariam exhibent materiam, & Principis opem ita exigunt, ut si neget, suo desit officio. In his te exerce, mi Princeps, atque hæc suburbanis uillulis, ac domesticis hortulis ad priuatam uoluptatem comparatis, & comptis publicè profutura fac præferas. Memor Aristotelicæ sententiæ: *Magnificus, non in suum, sed in publicum decus sumptuosus est*, ad eam te ne fictè fingito. Posthabitis Adonijs uiridarijs breui uere uirentibus, tu -

Regia, & imperatoria opera magnificentiæ.

In publicis calamitatibus proprius campus est regiæ magnificentiæ.

4 Tertio. *Mansura* diu apud Posteros beneficia exequere. Magnificentiam ad seros usque nepotes longum

gum

gum in æuum extende. Proderis etiam cum non eris apud præſentes, à corpore abſens. Immortale tuum ſit beneficium: immortalem beneuolentiam, & laudem referes:

Semper honos, nomenq; tuum, laudesque manebunt.

Beneficiũ perſtabile cõtra ingratitudinẽ accipiẽtis remedium eſt, & iuſtum danti ſolatium. Sen. *Eo quidẽ magis duratura quæremus, quia nunquam admonere debemus: ipſæ res euaneſcentem memoriam excitent.* En & aliud compendium in bonum benefici: ſuperbiam, importunitatem, inuidiam fugit, ne vnquam beneficium memorare, aut imputare ingrato cogatur: res ipſa dum durat, perpetuum eſt monumẽtum apud eum qui accepit, quo monetur officij erga benefactorem. Ac præterea *pauci ſunt tam grati, vt quod acceperint, etiam ſi non vident, cogitent. Ingratis quoque memoria cum ipſo munere incurrit, vbi ante oculos eſt, & obliuiſci ſui non ſinit, ſed auctorem ſuum ingerit, & inculcat.* Alioquin belle dictum à Plauto: *leuior plumà eſt gratia.* Cuius etiam memoria ſtatim auolat ab accipientum plurimis. Proditum eſt memoriæ Conſtantinum Auguſtum, quò molles illa Bizantinæ vrbis diuturnior eſſet, e littore Baiano puteolanum puluerem nauibus comportandum Curaſſe, vt eo calci commixto ſtructura eſſet ſolidior. In oriente dum ædificaret, calcem ab occidente reportabat, ne publicum eius beneficium vnquã occideret. Prouidebas ac forte etiam expertus eras, ſapiẽtiſſime, ac Chriſtianiſſime Imperator, ſapienter id dictum: *apud paucos poſt rem manet gratia: plures ſunt, apud*

Stabile beneficium remedium eſt cõtra ingratitudinẽ accipientis; immo & contra faſtũ dantis.

Leuior plumà Gratia.

quos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

quos non diutius in animo sunt donata, quàm in vsu. Ergo si fieri potest, consumi munus meum nolo: Extet hæreat populis meis, & conuiuat. Viue diù quicunque talis es, Princeps, ac tu etiam tuis conuiue beneficijs. Quorum tamen nulla magis diuturnant, quã -

5 - Quarto *literaria*, hoc est quę literarum, ac scientiarum alunt, fouentque studia, *publicæ Academiæ, Collegia, Bibliotecæ*, ac talia; vnde prodeũt opera, quę

Nulla beneficia diuturniora sunt literarijs.

——— *Nec Iouis ira, nec ignes,*

Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas,

vt ethnicus vates cecinit. Hæc si tuis sumptibus eduxeris, atque alueris, exegeris *monumentum ære perennius*. Nullum in publicam rem vtilius beneficium conferri potest à Principe quàm efficere vt in publicis Musæis ingenua, & ingeniosa iuuentus ad honestarum disciplinarum præcepta conformetur. Hoc quasi fundamẽto politica omnis felicitas nititur. Hoc Musarum otio iners otium, atque ignorantia, quæ vitiorum omnium fontes sunt, arescunt, & regna pacatæ virtutis lætissimis frugibus vberantur. Parco pluribus rem satis per se promicantem illustrare vel philosophorum sententijs, vel Principum virorum exemplis. Tu antiquorum Principum memorias recole, quorum magnificentiâ vel publica Athenea, vel publico commodo instructissimæ Bibliotecæ patuerunt. Lucullum audieris inter cæteras laudes præcipuam hanc duxisse, literas publico beneficio promouendi, fouendique. cum numerosissimam, atque ornatissimam Bibliotecam extruxit, & instruxit, quæ cunctis pateret; statutis etiam ad ambulandum porticibus.

Institutione scholasticâ iuuẽtutis nititur politica omnis felicitas.

ticibus. Post omnia pono, quæ ante omnia sunt, quæ-
- Quinto *sacra* libuit appellare beneficia, vt *ædificia* 6
sacrorum hominum, ac templa Deo, Diuisq; dicata, & digna templis amplissima donaria. Habes in his ubi aliorum, ac tuam religionem, & pietatem exerceas. Hæ inexpugnabiles regnorum arces sunt, nam nisi habeas ubi & à quibus populorum sceleribus iratum numen supplicibus uotis leniatur, nec armorum, nec pacis munimenta quidquam ad regni tutelam, ac firmitatem prodesse poterunt. *Nisi dominus* (qui templa, & religiosas sedes, in quibus colitur, incolit) nisi dominus *custodierit Ciuitatem, frustra vigilat qui Custodit eam.* optimæ custodiæ, ac turres urbium sacræ illæ sunt moles. Augustus, ut narrat Suetonius, præter alia immensarum impensarum opera, & munera in Capitolini Iouis cellam sexdecim millia pondo auri, gemmasque ac margaritas quingenties HS unà donatione contulit. Quid uero numini non debeat religiosus Princeps, dum hæc audit, in adulteri ac parricidæ nō numinis, sed hominis publicā ædem esse congesta? sed ethnica omittamus: uise mecum nunc animo Hierosolymanū quod & Tacitus lib. 5. histor. uocat *immensæ opulentiæ templum,* & Philo legatione ad Caium: *Templū præ alijs omnibus nobile, atque illustre, in quod Oriētis, & occidētis totius oculi coniecti, quod tamquā sol ipse vsquequaque lucet, &c.* In quo extruēdo in dies oneribus portādis septuagīta millia uirorū occupata desudabant, & octogīta millia latomorū operi insistebant. Hoc demū est regiā pecuniā non solū magnificè impēdere, sed etiā consecrare.

Sacra ædificia inexpugnabiles sunt regnorum arces, & ratio.

Hierosolymani templi miracula.

CAPVT XIV.

Erga quos, & quo animo magnificentiam exerceat Princeps. Inserta nonnulla in rem Principis, & regni.

1 DAntis persona, & re danda perspectis, sequitur tertio loco videndum *quibus* magnificè liberalis vir, ac Princeps elargiatur. Ante omnes sacris heroibus, atque heroinis, quod hominum genus, vt publicæ vtilitati, ac Deo vacarent, sibique illum atq alijs placarent, patrimonijs in egenos distributis, totos se in diuinæ prouidentiæ sinum abiecerunt. Hi vobis, ò Principes, à numine prouisi sunt, vestra quos alat beneficentia. His è sacris oraculis illud est pronuntiatum: *erunt reges nutritij vestri: mamilla regũ lactabimini.* nec magnum est, vt D. Paulus affirmat, ò Princeps, si à quibus vos sacra, & immortalia diuinæ opis, ac cœlestis eruditionis dona percipitis, ij à vobis vitę necessaria demetant. Quanti vestra vestrorumque regnorum id interest? cum horum virorum laboribus, atque adhortationibus effrænis populorũ multitudo nouarum rerum studiosa in officio, & debito suis Principibus obsequio contineatur? Hi sunt, qui paratas post hanc vitam sceleratorum animis pęnas dum promulgant, humanas mentes religioso, ac salutari timore percellunt, sine quo ad publicam pacem, & concordiam politicæ parum pęnæ proficerẽt.

Principes à Deo prouisi sunt, religiosis hominibus alendis tamquã eorũ nutritij.

E re politicà est relgiosos beneficijs regij: promereri.

2 Artium, sed liberalium præcipuè, præstantia insi-

gnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

gnes insigni liberalitate amplectimini, Principes. Quæ geritis aut strenuè in castris, aut iustè in vrbibus obscurà obliuione inuoluta occident, nisi sapientum scriptorum eloquentià, quasi quodam sole illustrentur. Vestris illi beneficijs immortalitatem rependent, dum vestras laudes transmissis ad posteros egregijs literarum monumentis perpetuò personabunt. Sed fortasse fabula narratur surdis. O vbi nunc aurea illa sęcula quibus aut Hiero Rex Syracusanus Archimelo poetæ, qui regiam nauem elegāti epigrammate celebrauit, in alià naui mille modios tritici Athenas in ipsum vsque Pyræi portum omni suo sumptu donum transmisit; aut Magnus Alexander in vnam historiam animalium Aristotelis pręceptoris sui conscribendam conferat octingenta talenta, hoc est nostræ pecuniæ ferè quadringenta, & octoginta aureorum millia; aut Vespasianus e Fisco Rhetoribus annua centena, idest quasi bis mille, & quingentos aureos constituat; & poetæ Seleio Basso quingenta, scilicet penè duodecim millia aureorum, & quingētos, censum tunc equestrem, vnà donatione largiatur; aut Antoninus Caracalla in singulos Oppiani poetæ versus, quos Imperatori dicarat, & quorum numerus mirè ingens adhuc est, in singulos tamen poetæ versus magnificentissimus Imperator singulos aureos eius sæculi monetæ, qui nostrates duo sunt, iubeat rependi? prædicta narrant Suet. Plinius. Athæneus, &c. Vbi nunc aliquis Leo Græcanicus Imperator, aut illi Princeps quispiam non absimilis? qui liberalium disciplinarum professoribus ingentem pecuniam ita

Quanti interfit Principis literatos viros fouere.

Exempla Principum virorum erga literatos liberalium.

velit repræsentari, vt Eunuchum submurmurantem (en regiæ auaritiæ in aulis antistites) hæc in milites rectius erogari, grauiter increpitũ reijciat, ac optet: *Vtinam meis temporibus ea contingat felicitas, quæ militum stipendia in literatorum salaria commutet?* Suidas narrat, & alij. O dignum imperio votum! sed hoc nostro sæculo irritum. Incultas alicubi ac penè mutas querimur Musas? Quid mirum? sine Gratiarum choro musæ haud bellè concinunt. Rara nunc eloquentia, quæ Cleanthis lucernam oleat? At infundendum est oleum quibus opus est lucernà, diceret Anaxagoras. An nos potius dum hæc dicimus oleũ, & operam perdimus? Sane Principes erga doctos viros benefici opes non perdunt: immo vel hac vnà liberalitate reliquum sibi vulgus deuinciunt, & regnũ maxime firmant. Nam cum plebis capita Docti viri sint, quorum consilijs, atque adhortationibus ea regitur; si tua, ò Princeps, munificentia, tibi reipublicæ capita, & sapientum amorem conciliarit, eadem operà cæterum rudioris plebeculæ corpus facilè pellexeris, dum prudentes tibi deuincti reliquam hominum multitudinem in tui amorem adducent. Post -

Felicia tempora, in quibus militaria in literaria stipendia licet cõmutare.

Nostrorum temporum auaritia in doctos publicè perniciosa.

Musæ sine Gratiarum choro nõ canunt.

Oleum infundendum quibus opus est lucernà.

Ratio solida, & politica cur munificè tractandi sint docti viri à Principibus.

3 - Hospitibus laute excipiendis regalis magnificẽtia pateat. Eius virtutis insigne id munus est, & officium. Arist. *Quæ etiam ad hospitum susceptiones, & dimissiones attinent*, ad magnificum scilicet pertinẽt. Aeneam apud Didonem regaliter hospitantem, famulatum, ordinem, opulentiam, apparatum vide -

Regia hospitalitas.

Vt *domus interior regali splendida luxu*
Instruitur, medijsque parant conuiuia tectis.

Arte

Arte laboratæ vestes, ostroque superbæ:
Ingens argentum mensis, cælataque in auro
Fortia facta Patrum, &c.
A*spice vt aulæis iam se Regina superbis*
Aurea composuit spondà, mediamque locauit.
Conueniunt, stratoque super discumbitur ostro.
Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo
Cura penum struere, & flammis adolere penates.
Centum aliæ, totidemque pares ætate ministri,
Qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant.
Suspice: *dependent lychni laquearibus aureis*
Incensi, & noctem flammis funalia vincunt.

Conuiuium antecessere donaria, secutæ venationes, & alia. Quæ, & multo plura Principis animo hospitalis munificentia suggerit.

Qui sic hospites excipit, ac dimittit liberaliter, an 4
captiuos à vinclis non liberet? Nobiles aliquos ad summam rerum inopiam deuolutos suis opibus non alleuet? Quin immo, cum vtrumque regiam in rem, & publicam maxime cedat, cumulatissimè vtrumq; præstabit. Tullius apud Lactantium lib 6 qui de vero cultu est: *hæc benignitas etiam reipublicæ est vtilis, redimi à seruitute captos, locupletari tenuiores. Hanc ego consuetudinem benignitatis largitioni munerum longe antepono. Hæc est grauium hominum, atque magnorum.* Sen. 1. de Clem. *nullum ornamentum Principis fastigio dignius, quam illa corona: OB CIVES SERVATOS.* Ad Neronem hæc dicta, de cuius sub initiũ imperij munificentià etiam alij scriptores illud seorsim; *Senatorum nobilissimo cuique,*

Digna regio capite corona: ob ciues seruatos.

sed

sed à re familiari destituto annua salaria, & quibusdam quingena constituit. Imperium sibi Principes & numero hominum, redemptis captiuis, & splendore augent inopi ditatà nobilitate.

5 Denique vt cuique gratissima obueniant munera Principis, videndum est, vt cuiusque accipientis genio, ingenioque sint apta. Senibus seria, & ad vsum; iuuentuti iucunda, & ad voluptatem; sacra religiosis; sapientibus literaria; & quæ alia quibusque alijs pro ætate, studijs, & honestà cupiditate facere videbuntur; cum eà tamen prudentià, pro quà Seneca monet, *ne dum grata mittere volumus, suum cuique morbum exprobratura mittamus, sicut ebrioso vina, & valetudinario medicamenta, maledictum incipit esse, non munus, in quo vitium accipientis agnoscitur.* Vnicum hoc habe, quod ad accipientum personas attinet, de beneficijs præceptum, in quo cetera: *Cuique quæ placitura speras donato.* Ego enim cum Plauto.

Apta personis accipientibus donanda.

A quo cauendũ Principi dum donat.

——— Nullum beneficium
Esse duco id, quod cui facias, non placet.

6 Ad quartam transeo in magnificentià prouidentiam, quam proposueram gemino verbo: *Quo animo?* Verè magnifico, idest non cedente referenti beneficium, non auaro & gratiæ relatæ cupido, sed lubenti, libero, ac liberali. Tria hæc membra paucis mecum illustrent Philosophi. Quid est, ait Phornutus in fabularum allegorijs, quod tres Gratias poetæ pingunt, pictores fingunt? nisi vt qui prior beneficiũ dedit, sed ab homine grato etiam recepit, ne cedat, sed magno ac victore animo beneficium iteret, & geminis

Gratiæ cur tres ex Phornuto.

nis vtrimque collatis tertium apponat? Ipsum audi: *Tres dicuntur Gratiæ, quandoquidem non rectè fuerit illum, cui remuneratum est, benemeritum gradum sistere, sed iterum est beneficium parandum, vt sine intermissione id fiat.*

Cur virgines?

Virgines item Gratiæ, meà quidem interpretatione ne ab ijs remunerationis partum exigas. Egregiè Seneca: *demus beneficia, non fœneremus. Dignus est decipi, qui de recipiendo cogitauit cum daret. Hoc & magni animi, & boni proprium est, non fructum beneficiorum sequi, sed ipsa.* Magnificentiæ, ac beneficiorum certissima merces est magnificè, ac bene fecisse. In ipsà virtutis actione virtutis optimum præmium est. Quid ab homine expectes etiam gratissimo, nisi mortale? Si animo verè magno, ac magnifico beneficium dedisti, nec speratis, & contemptis inferioribus, spem tuam, & cupiditatem ad æterna erige, quæ tibi à iustissimo numine rependentur. sed Christianũ oratorem & Philosophum audiamus cap. 12. lib. 6 de ver. cultu. *Tenendum est igitur omnimodo, vt ab officio misericordiæ spes recipiendi absit omnino. Huius enim operis, & officij merces à Deo est expetenda solo: nam si ab homine expetes, iam non humanitas erit illa, sed beneficij fœneratio: nec potest videri bene meruisse, qui quod fecit, non alteri, sed sibi præstat: & tamen eò redit vt quod alteri quisque præstiterit, nihil ab eo commodi sperans, verè sibi præstet, quia mercedem capiet à Deo.* eloquenter, sapienter, acutè.

Hęc ad magnanimitatē in dando beneficio.

Ridentes præterea, & solutis tunicis Gratiæ quid 7
innuunt, nisi vultu hilari, animi lubentis indice, libe-

Cur ridentes Gratiæ?

rali,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

rali, non modo manu, ſed & mente, magnificis largitionibus vacandum eſſe? cum *in beneficio iucundiſsima ſit tribuenti voluntas*, & hac demum ratione verè ſit liberalitas, *quæ quia à libero animo proficiſcitur, ita nominata eſt* Sen. de vit. bea. & de benefic. *Quemadmodum ſol non expectat preces, & incantationes, vt exoriatur, ſed illico fulget, ac ſalutatur ab omnibus: ita neque tu expectaueris plauſus, ſtrepitus, & laudes vt benefacias, ſed ſponte confer beneficia, & æque ac ſol amaberis.* Epictetus ſed ab animo ad modum deſcendo, & —

Vnde dicta liberalitas?

CAPVT XV.

Modus, ac tempus regiæ munificentiæ præſcribuntur, prolatis inſignioribus locis è veteris Philoſophiæ, & ſacrarum literarum monumentis.

1 QVo-modo. ex adiunctis magnificentiæ Princeps magnos ſumptus faciat à philoſophiæ penetralibus depromo. Modus eſto, penè dixi, ſine modo. *ſplendide*; nam regiæ Gratiæ nõ nudæ, vt vulgares, ſed ſplendidà in veſte ornatæ incedunt *Plenè*, vt nihil in beneficio deſiderari, nihil omnino gratiæ deeſſe videatur. nam vt ſcribit Philo, *Beneficentia, ſicut Luna, numquam pulchrior apparet, quàm cum plena eſt.* & Seneca: *curæ habebis, ſi gratè æſtimari quæ præſtabis voles, vt beneficia tua illibata, vt integra ad eos, quibus promiſſa ſunt, perueniant, ſine vlla, quod aiunt,*

Regiæ Gratiæ ſplendidà in veſte.

Beneficẽtia vt luna, nunquam pulchrior quã cum plena eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

aiunt, *deductione*, idest detractione de summa; *large* ait Arist. *eo quod nimis exacta ratio paruifici est: considerabitque magis quomodo pulcherrimum, ac decentissimum opus efficiatur, quàm quanti constet, quomodoque fieri minimo pretio possit.* Hæc verè philosophica Principum auribus, atque animo instillate, ò Principum Consiliarij, & ò quicunque regios pueros in regni spem, & successionem educatis. Regius animus assuescat operis magnificentiam potius quàm pretium, aut sumptus expendere.

Pusilli animi est nimis exacta ratio in donando.

Regius animus expendat potius rei donandæ magnificentiam, quàm pretiũ etiãsi carum.

2 *Cumulatè, atque officiosè* vt rem, ac beneficium verborũ humanitate, ac benignitate cumules. Qualia ferè, quæ ponit Seneca: *Cur, cum aliquid desiderasses, non olim scire me voluisti? Cur tam diligenter rogasti? Cur quemquam adhibuisti? Ego verò gratulor mihi, quod experiri animum meum libuit: postea quidquid desiderabis tuo iure exiges.* In hunc ferè modum *adijce bona verba rebus bonis*, & beneficium tuũ exorna, vt regium quid redoleat ab hoc benignæ orationis cumulo, atque eminentiâ. *Ideo* (Plutarchus) *Mercurium Gratijs Prisci illi associarunt; quod Oratio maxime gratiosum illud, & amabile desiderat*, hoc est ad rem nostram propius, *quod beneficia commẽdat oratio. Itaque* nullà verborum acerbitate *exasperanda sunt beneficia, nec quidquam illis triste miscendum. Etiamsi quid erit de quo velis admonere, aliud tempus eligito.* Aptè quidam beneficium asperè datum, *panem lapidosum* appellauit. Quidquid dederis Attico sale condito, cuius tanta vis est, vt etiam negata eo aspersa sapiant, ac placeant.

Humanitatis formulæ, quibus beneficia ornes.

Cur Gratijs Mercurius additus?

Beneficium asperè datũ panis est lapidosus.

Attico sale beneficia etiam negata sapiunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

3 *Modestè* tamen, nè pompam atque inuidiam tuæ magnificentiæ imponas. *iucundæ sunt quæ cum daret mihi superior, non exultauit supra me, sed quàm potuit benignissimus fuit, descenditque in æquum, & detraxit muneri suo pompam.* Ac memento, rex, tua beneficia *non ideo videri maiora, quò tumultuosius data sunt: vanam esse superbiæ magnitudinem, & quæ in odium etiam amanda perducat.* Igitur *quàm dulce, quàm pretiosum est, si etiã gratias* modestus Princeps *sibi agi non est passus?* Quid si etiam *occultè* dedit, siue vt inanis gloriolæ auram à se reflaret, siue vt verecundæ inopiæ amici occurreret? Nihilominus &c.

Detrahenda est beneficijs pompa.

4 *Palàm* non solum modestus, sed & Magnanimus Imperator tribuat, ad captandam sibi necessariã suorum populorum beneuolentiam, & ad augendum accipientibus decorem. Optime meus author distinguit: *Quædam beneficia palam danda, quædam secreto. Palam quæ consequi gloriosum est: vt militaria dona, & honores, & quidquid aliud notitià pulchrius fit. Rursus quæ non producunt, nec honestiorem faciunt, sed occurrunt infirmitati, egestati, ignominiæ, tacitè danda sunt, vt nota sint solis, quibus prosunt. Interdum & ipse, qui iuuatur fallẽdus est, vt habeat, nec à quo acceperit sciat.* Penè indigitat exemplum D. Nicolai Myrani Episcopi, cuius in peruigilio dũ hæc scribo, recẽs mihi ab eiusdem virtutum lectione memoria illud ingerit insigne beneficentię facinus, quo ter iniecto noctu per fenestram pecuniæ sacculo, triũ Virginum periclitanti pudicitiæ succurrit; & trium

Distinctio necessaria in donando.

Gra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Gratiarum Chorum absoluit. Huic non absimile Laertius de Arcesilao Crantoris Philosophi discipulo narrat, qui Ctesibij amici ægroti, & pauperis, sed & paupertatem suam dissimulantis puluino sacculum clam, subiecit; quo inuento Ctesibius ait. Ἀρκεσιλάου τὸ παίγνιον, *Arcesilai hic ludus*. ludus verè gratiosus, ac liberalis.

Arcesilai ludus liberalis &c.

Modo à *modo* tandem aliquando ad *quando*, sex- 5
tum, ac vltimum eorum, quæ Principi magnificè largienti ante omnia ante oculos uelim obuersentur uẽtum est. Quod ergo tempus regali magnificentiæ proprium est? *Velox, opportunum, diuturnum. Velox* ut quàm citissimè donet. Ob id acutè aliqui Gratiarum pedibus addidere talaria. Nam gratissimum beneficium est quod aduolat. & *Gratia quæ tarda est, ingrata est Gratia*. Comicus.

——— *Quid? tu non intelligis*

Tantum te Gratiæ demere, quantum moræ adijcis?

Tantũ Gratiæ adimitur quantũ moræ adijcitur.

Beneficium qui differt, beneficio manus affert, hoc est vitam illi, ac lucem, quam à celeritate habet, aufert; atque vna tempus perdit, & Gratiam. *Nulla ergo mora sit*, nisi in accipientis verecundià. *Primum est antecedere desiderium cuiusque, proximum sequi. Illud melius, occupare antequam rogemur. Si non contingit præuenire, plura rogantis verba intercidamus, ne rogari videamur*. Si præterea euenit vt aliquid necessariæ moræ aliquando interueniat, *euitemus omni modo ne deliberasse videamur*. Vulgata vox est: *Bis dat qui cito dat*. rationes eius dicti à Seneca tibi seligo. Prima *cum in omni officio magni æstimetur*

Rationes cur Gratia celer & gratior est, & videtur maior.

 dantis

dantis voluntas, qui tarde fecit, diu noluit. Voluntas, quæ in beneficij promptitudine apparet, alterum, & quidem potius, est beneficium; ab eà enim iucundum est omne beneficium. Altera ratio: *Cum homini probo ad rogandum os concurrat, & suffundatur rubor, qui hoc tormẽtum remittit, multiplicat munus suum.* Adde ab Apuleio: *non leui mercede emit qui precatur; aut paruum pretium accipit qui rogatur.* Ergo & *huius facienda est gratia amico, & cuicunque, quem amicum sis promerendo facturus.* Quas ob causas ego affirmarim non solum esse bis, sed & ter gratum, quod cito est datum, ob ipsum beneficium, ob voluntatis promptitudinem, ob pudoris, & precum remissionem. Atqui magnifici Principis Gratiæ vulgaribus, & consuetis, præstare cum debeant, quod alijs præcipitur vt cito dent, ita sibi apponat, vt & diuinet cuiusque voluntatem, & beneficio præueniat. Sic enim, vt ostensum est, erunt tres in vnà Gratiæ.

Non leui mercede emit qui precatur.

Non solum bis, sed & ter dat qui cito dat.

6 *Opportuna* post hæc sint Principis munera, & *diuturna* seu perseuerantia, continuata, &c. *Opportuna* quidem, quia (vt rectè Valerius: *Dono ipsi gratiam magnitudo quidem sua, sed efficaciorem aliquanto opportunitas conciliat.* &: *momentis quædam grata, & ingrata sunt.* & quæ natura pretiosa non sunt, in tẽpore data, fiunt.

Donum opportunum gratius.

7 *Perseuerantia* verò quia *est ita naturà comparatũ, vt antiquiora beneficia subuertas, nisi illa posterioribus cumules. Nam quamlibet sæpe obligati, si quid vnum neges, hoc solum meminerunt, quod negatum est*, ait Plin. lib. 3. ep. 4. Aptà similitudine rem aperit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Seneca: *Perdet agricola quod ſparſit, ſi labores ſuos deſtituet in ſemine. Multà curà ſata producuntur ad ſegetem. Nihil in fructum peruenit, quod non à primo vſque ad extremum æqualis cultura proſequitur: eadem beneficiorum eſt conditio: niſi illa adiuueris, perdes. parum eſt dediſſe; fouenda ſunt.* Et parens vnà, & nutritor ſuorum beneficiorum Princeps, quæ magnificè aliquando fecit iugi alat beneficentià, vt ad dignam regio animo magnitudinem excreſcant benè promerita. Beneficiorum frequentia quantumlibet ingratos (niſi repugnet prudentia) cinge, ac vince. *Qui inſtat, & onerat priora ſequentibus, etiam ex duro, & immemori pectore gratiam extundit.* Facilè ingratum feceris, cui raro benefeceris, quia beneficij, & gratię libenter homines obliuiſcuntur. Ratio è philoſophià eſt apud Dionem Caſſium lib. 46. *Quòd dedignantur videri beneficio affecti, tamquam minores.* Densà beneficiorum ſerie, magnanime Princeps, hāc hominum ſuperbiam ſubige: vince in bono malum. Incruentus, & dignus Principe triumphus, non armorum, ſed beneficiorum multitudine, non militum, ſed munerum frequentià de animis hominum triumphare.

Cur homines facilò, ac libenter beneficiorū acceptorum obliuiſcantur.

Huic benefico triumphatori Gratiarum ſertum, & coronam imponit Iamblichus in epiſtolà ad Dyſcolium aureis illis verbis, quę hìc ad ea, quę hactenus pręcepimus, coronidis loco lubet apponere, vt Magnificus Princeps paucis habeat, ad quę animum pulcherrime formet. Ait ergo: *Inter omnia Principum opera plurimi facio, & admiror magnanimitatem, &* 8

magni-

magnificentiam, & maxime cum benemerendo de hominibus, non exactis, & auaris rationibus vtuntur, neque parcunt in largitionibus, nec tamquam in lance trutinæ æqualia pro æqualibus commutant: sed gratias ingenuè proferunt non tantum ex vase fundentes ipsas, vt poetæ canunt, nec alijs huiusmodi organis inclusas: sed nudas, intectas, & sine velamentis externis continuas, sibique cohærentes benigniter, & beneuolè porrigunt, vt decet, & gratiosum est. Huiusmodi enim Gratiarum decus merito coronam Imperij appellauerim. Bonus Princeps ad benemerendum dextrà *longimanus* esto. quod cognomentum Antigono regi fuit: Dei manus imitetur, quæ in sacris Canticis allegoricè describuntur *tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis. Tornatiles*, ac teretes, quæ munera non continent, sed undequaque defluentia dispergunt. *Aureæ*, quasi benignitatis fodinæ, unde ingens auri copia solandæ inopum egentiæ. *Plenæ hyacinthis* cęlestium gratiarum. Quid plura? Ne quidquam continerent, sed beneficia statim ab illis sine obice, ac morà defluerent, clauis trãsfixæ quasi clauibus reseratæ patuerũt. Humanissimas Dei manus rex apud homines quicũque est imitetur, ac talem se præstet hominibus, qualem sibi uult Deum, cuius diuinæ beneficentiæ ipse Rex in primis ad se, suosque regẽdos egens est. Philo: *Deus nullius indiget, Rex solius Dei. Imitare igitur eum, qui nullius eget, ac largiter impertire petentibus misericordiam, non summo iure, nec restrictè cum supplicibus agens, sed omnibus quæ ad vitam degendam pertinent petentibus præbens.*

Gratiarum corona regio capite digna est.

Quid sit moraliter Principem esse dextrà longimanum.

Loci è sacris allegoria.

Nihil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Nihil Principi vtilius ad lucrum, honestius ad laudem est ipsà magnificentià. Verè circulus Gratiarum est dum munera, quę à Principe ad priuatos cum laude prodeunt, ad Principem à priuatis per gratitudinem redeunt. Similitudinem aptissimam addit Pacatus. *Cum infra Principem voluantur omnia, vt ille, qui cuncta ambit Oceanus, quas suggerit aquas terris, recipit à terris; ita quidquid in Ciues manat à Principe, redundat in Principē: & rei, & famæ bonæ consulit munificus Imperator. Lucratur enim gloriam cum dat pecuniam reuersuram.* Infensos, atque inuictos hostes Princeps muneribus facilius, quàm armis obtinuerit. Sic Pyrrhus epirota cum hostibus potentioribus non ferro, sed auro pugnandum dictitabat. Denique Alexander Seuerus interrogatus: *Quis optimus Rex? Qui, ait, amicos donis conseruat, inimicos beneficijs amicos facit.* 9

Gratiarum circulus egregiâ similitudine à Pacato explicatus.

Cū hostibus potētioribus nō ferro, sed auro pugnādum est.

Quis optimus rex? Audi hìc Seuerum.

Proinde audi, ò magnanime Princeps, hortatorem Lactantium, & lactis instar generosi ab eius verbis regios spiritus imbibe, dum ille pro me sic perorat: *Quid ergo dubitas bene collocare id, quod tibi forsitan eripiet aut vnum latrocinium, aut existens repēte proscriptio, aut hostilis aliqua direptio? Quid verère fluxum, & fragile bonum facere sempiternum? aut thesauros tuos custodi Deo credere, vbi non furem, prædonemque timeas, non rubiginem, non Tyrannum? Qui apud Deum diues est, pauper esse numquam potest. Magni & excelsi animi est despicere, & calcare mortalia. Quantum diuitijs inter cæteros, tantum opere præcellas. Neque nunc suaderi tibi putes vt rem familiarem* 10

Magnanima, & eloquēs adhortatio Lactātij ad liberalitatem.

Audite, haurite ò Principes.

miliarem tuam minuas, vel exhaurias, sed quæ in superuacua fueras impensurus, ad meliora conuertas. Vnde bestias emis, hinc captos redime: vnde feras pascis, hinc pauperes ale: vnde homines ad gladium comparas, hinc innocentes mortuos sepeli. Quid prodest perditæ nequitiæ bestiarios facere locupletes, & instruere ad flagitia? transfer ad magnum sacrificium male peritura, vt pro his veris muneribus habeas a Deo munus æternum. Hæc non solum Christianæ religionis sed cuiuscunque sectæ Principi proclamantur. Nam aperta diuinæ prouidentiæ ratio docet munificentiæ tum apud mortales, tum apud Deum ingentia esse præmia reposita. Denique à fine Principis sit finis capitibus de magnificentià cum monito: *Princeps, esto beneficus, quia vt id sis à Deo es Princeps.* Democritus: *Princeps non ideo creatus est, vt læderet, sed vt iuuaret.* regij muneris partes sunt digna singulis partiri munera.

Principis est munus, munere larga manus.

Secus enim, cū, qui potest, quid prodest non prodesse?

CAPVT XVI.

Necessaria Principi Populorum beneuolentia, & curanda. Quædam speciatim ad eam obtinendam indicantur.

1 ERgo Magnificentia, clementia, modestia, & reliquæ adhuc à nobis Principi memoratæ virtutes plurimum Principi prosunt ad cōciliandam sibi suorum

rum populorum beneuolentiam. Cui rei vt Princeps maxime studeat omnium sapientum idem est consilium. Musonius: *Conandum est Principi vt verendus potius sit subditis, quàm metuendus*. Pythagoras: *magis cupere debes, vt conuersantes tibi te vereantur, quàm metuant. Reuerentiam enim admiratio, timorem odium comitatur*. Philo: *simul cum potentià mansuetudinem serua, vt non timendus, sed reuerentià dignus videaris illis, qui in te inciderint*. Horroris, at veritatis plenissimũ est, Principem nec à Deo amari, qui vitio suo ab hominibus nõ ametur. Quod Plin. Panegyr. dum optimum Principem Ciuium amorem amantem alloquitur, sic eloquitur. *Adeo nihil tibi amore ciuium antiquius, vt ante à nobis, deinde à Dijs, atque ita ab illis amari velis, si à nobis ameris. Et sane priorum Principum exitus docuit, ne à Dijs quidem amari, nisi quos homines ament*. Optimus ille Princeps, de quo Sidonius: *timet timeri* Ama, Princeps, amari. Nam

Verendus potius, quã timendus princeps esto.

Timeat timeri Princeps.

Nihil tibi amore Ciuium vtilius ad Imperij firmitatem, ac diuturnitatem. Philosophorum Princeps lib. 8. ethic. cap. 1. de Principatu prælocutus, addit: *Quomodo sine amicis custodiri, conseruarique posset? Quanto enim amplior, tanto etiam periculosior est*. O veram & admirandam sententiam! Opponis mihi amplitudinem Imperij? At quò amplior, eò dissolubilior, nisi amoris vinculo colligetur. Aristotelicæ sententię ratio ea sit, quod quò plura, & maiora bona quis posidet, & plura habet, quæ alienam cupiditatẽ alliciant. At, *non tutè possidetur quod ab omnibus* 2

Regnũ quò amplius, eò periculosius sine amore. ratio.

(saltem à pluribus) *desideratur* ait Theophrastus. Sin autem sint amici, salua tibi res tua est. Alias rationes tum à difficultate conciliandi plurium voluntates, vt vnum ferant dominantem, tum ab eo quod à liberis plurium voluntatibus pendet, attuli iam in disceptatione de infelici Principum felicitate. Si lubet, reuise. Nunc aio regias domos tutissimas esse amoris excubijs. *Frustra se terrore succinxerit, qui sceptus charitate non fuerit, armis enim arma irritantur. Vnum est inexpugnabile munimentum amor Ciuium.* Consentiunt Plinius, & Seneca.

Inexpugnabile munimentum amor ciuium.

3 Iam ad praxim vt amoris hic circulus initium aliquod habeat, primo incipiat à Principe: quippe superioris est, ac ditioris prouocare beneficio. Ecphantæ Pythagorici Philosophi præceptum est: *oportet omnẽ beneuolentiam institui primum à rege in subditos, deinde vicissim à subditis erga regem: qualis nimirum Patris existit erga filium, pastoris erga gregem, & legis erga vtentes ipsà.*

Superioris est incipere amoris circulum ratio.

4 Prudentias deinde peculiares addunt sapiẽtes, quibus Princeps assequetur subditorum amorem. Velut primo pœnas, etiamsi necessarias, inferioribus magistratibus exequẽdas committere, præmia ipsummet Principem largiri: illud ad odium euitandum, hoc ad amorem sibi conciliandum. Xenophontis est in Hierone generatim de duplici genere operationum documentum ad quod plures aliæ odij, vel amoris illices: *Functiones mihi videntur aliæ in odium adducere, aliæ rursus cum gratia, beneuolentiaque peragi. Itaq; docere, quæ sunt optima, & eos, qui ea pulcherrime præ*

stant,

stant, laudibus, & honoribus afficere, hæc quidem functio cum beneuolentia coniuncta est. Cæterum qui secus, quam oportet agit quippiam, hunc conuicijs afficere, cogere, mulctam dicere, punireque (nam & hæc facere necessitas est) cum odio, maleuolentiaque coniunctum est. Censeo itaque viro Principi sic agendum, vt si quis eget coactione, hunc alijs puniendum tradat: cæterum cum præmia reddenda sunt his, qui rem bene gesserunt, id per se ipsum faciat, &c. Ratio huius præcepti nisi me fallit mens, ea mihi videtur. Inuidiosa si exerceat Princeps in subditos, & populi odium in se concitet, maximo id est impedimento ad rempublicam bene gerendam, ad obsequij facilitatem, ad fidei firmitatem, ad ijs, quæ casus tulerit, facilè prouidendum, ad fiduciam in animis miserorum excitandam, vt ad suum Principem, quasi ad publicæ salutis medicum, ab eo solamen, & opem reportaturi, confugiant. Quæ omnia, & quibus plura, si non in causà principe, sed in minoribus administris, quasi quibusdam instrumentis desiderentur, & ad eos aliquid publici odij pertingat, vt liquidus amor vniuersæ multitudinis in vnum Principem redundet, parum aut nihil detrimenti respublica subit. Ac instrumenti est etiam suo cum dispendio in bonum principis causæ laborare, vt ipsa facilius in inferiora sibi ipsi per beneuolentiam adhærentia vim suam transmittat.

Pœnas Pri̇̄ceps per alios, præmia ipse distribuat.

Ratio præcepti proximè positi.

Laudatur exemplū raræ prudentiæ in Philippo II. Hispaniarum, & noui orbis monarchà, cum ad colligendam filio Principi regnaturo subditarum sibi gētium beneuolentiam, seuerum promulgauit edictū: 5

Prudentia Philippi II. quà beneuolētiā filio regnaturo cōciliauit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

ſed clam Principi ſignificauit vt populis edici curaret ſe apud Patrem, ac regem effecturum omnino, vt lata lex quam primum abrogaretur. Mox & dicto fidem felix rei exitus, & Principi publicum amorem benigna interceſſio conciliarunt.

6 II. Cum tamen præcipitur publicorum munium inuidioſa quæ ſunt ad inferiores adminiſtros reijciēda, ne ita intellige, vt diſſimulandum tibi putes, atq; impune ferendum, ſi quis aliquando tuorum Iudicū, aut aulicorum, ò Princeps, ſeuerè nimis, vel pœnas exerceat, vel quiduis aliud perpetret, quo populare odium exæſtuet. Nam cum læua mens hominum quidquid delirant ſerui herile imperium interpretetur, tuorum malefacta domeſticorum publicà te inuidià etiam inſontem onerarent. Solon igitur audiatur: *Principatum adeptus prauis miniſtris ne vtitor: eorum enim, quæ illi peccarint culpa in te transferetur.* & Iſocrates geminè: *Imperium gerens nullius mali operà ad gubernandum vtitor: Illius enim peccatorum cauſæ in te referentur.*

Principi cur prauis miniſtris non vtendum.

7 III. Si re aliquando nequeas; at animo, conſilio affectu, commiſeratione, atque alijs officijs, quæ in amicitià etiam priuatà verſantur, ſaluà maieſtate, populum demeretor. Regiæ prudentiæ præceptum eſt apud Xenophon. 1. pæd. *vt autem quis ametur à ſubditis, id quod mihi videtur eſſe maximum, eadem eſt ratio, quæ ſi quis amicis carus eſſe cupiat. Oportere enim puto vt beneficium appareat. Sed hoc inquit, fili, difficile eſt, vt in eos ſemper beneficium conferre quis poſsit in quos velit. At illud certè poteſt, vt vnà cum iјs lætetur,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

tetur, quibus aliquid boni contigerit: & vnà tristetur, si quid acciderit mali: & opem ferre alacriter studeat eorum difficultatibus: & præcaueat ne quid errent: & enitatur prouidere ne quid item decipiantur. Quibus in rebus magis se quodammodo socium debet præstare.

Habes quì amorẽ tuorũ habeas, etiamsi donare, aut cõdonare nequeas.

IV. Seorsim cura, & sollicitudo publicæ administrationis publicè cognita publico erga Principem amori fomes præ alijs omnibus est aptissimus. Non tam officiosa, quàm officium, & necessaria exquirit populus à Principe, quem ideo creatum, & omnibus præpositum norunt, vt vnus omnium curas in se susciperet, omnium necessitatibus prouideret. Talem laudat, & coram eo exclamat Panegyristes: *o verè Principis reconciliare æmulas ciuitates, tumentesque populos non imperio magis, quàm ratione compescere; intercedere iniquitatibus magistratuum, infectumque reddere quidquid fieri non oportuerit; postremò velocissimi syderis more omnia inuisere, omnia audire, & vndecunque inuocatum statim veluti numen adesse, & assistere*! omnia inuisere, inquit, sed non inuisè, idest ne nimium aliena Princeps inquirat, quasi priuatis omnium arcanis interesse velit, ne quidquam sibi abditum etiam in interioribus ciuium ędibus esse patiatur. Tyrannicum id esset, & odij non amoris illicium. Moderatè igitur scire aueat, & eatenus aliena, quatenus opis egent, vt faueat. Quoniam ergo de quo agimus *hoc non fit verbis*; *Rex, vt ameris age* quæ regij muneris propriè sunt, idest, otio, ac delitijs non necessarijs procul fugatis, rege, ac satage rerũ publicarum, tuam omnem operam, ac te ipsum penitus 8

Ad quæ Princeps creatus, & quæ præstet, ametur.

Caue ab hoc scopulo.

tanquam

tanquam seruum publicum commodis populorum impende. Vide Augustum, quem, non dicam delitiæ, sed nec ægræ quidem valetudini cura necessaria retrahebat à confluentium causis publicè audiendis. De quo Suetonius: *Ipse ius dixit assiduè, & in noctem nonnumquam si parum corpore valeret, lecticà pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans &c.* Talē principem nulla est tā efferata populorum barbaries quæ non amet, nec *paratissimi* sint vt ait Seneca: *obijcere se pro illo mucronibus insidiantium, & substernere corpora sua, si per stragem illi humanam iter ad salutem sternendum sit.*

Exemplum admodum rarum.

9 Tu igitur, optime Princeps, foris quidem odium hostium ne time, at domi, & tuo in imperio tuorum amorem ama. Ad quem quæ hactenus in hac dexterà parte coronæ regiæ, quam tibi ornauimus, collocatæ sunt gemmæ virtutum, quasi arcana quædam phyltra mirificè pollent: Nullæ vero Magæ ad popularem hanc amicitiam copulandam potentiores, quam Gratiæ, quæ licet virgines, tamen amorem & pariunt, & alunt, & roborant. Quem vt perpetuum obtineas à tuis, hæc tibi moralis præcipit philosophia, idest regia scientia, quam in te votis omnibus expeto regnare, o Rex gentium. Nunc iam age -

Gratiæ potentissimæ Magæ ad phyltra .i. beneficia ad amorem cōciliandum. Gratiæ licet virgines Amorē pariunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

CAPVT XVII.

In hac alterà Regiæ coronæ parte auctoritas vera, & necessaria Principi ex virtute, & Ciuili sapientia proponitur.

AD sinistram regiæ coronæ partem dextro omine nos conuertamus. In eà locabuntur à nobis quæ reducant Principem ab altero extremo quod virtuti regiæ opponitur, in quo deficit Princeps ab officio; vnde non tam odium, quàm contemptus à populo in Principem languidè, ac sine authoritate regnantem enascitur. Equidem non abnuo in regnatrice virtute facilius declinari ad fastum, quàm ad vilitatem, atque ideò paucis opus esse monitis ad authoritatem Principi commendandam; attamen quoniam in hac vià regià lapis aliquando hic obijcitur, ad quem Princeps possit offendere, nec minus ad publicam calamitatem, & regni euersionem contemptus, quàm odium pollet, vt Philosophus lib. 5. polit. cap. 10. pluribus euoluit; ideo suas virtutes, ac gemmas etiam sinistrę regij diadematis parti adstruamus, à quibus ornamentum accipiat, & firmamentum, ad eam regibus authoritatem comparandam, sine quà viribus defectum iacet imperium. 1

Sed vide ne pro solido corpore inanem vmbram amplexere mi Princeps. Splendor ab externo apparatu conquisitus sine vero virtutis lumine, regiam authoritatem non tuetur, sed risum meretur. Audi

Plutarchum lib. ad imperitum imperitantem, affectatum in Principe fastum aptissimo exemplo irridentem. *Multi regum, & Principum sine mente imperitos statuarios imitantur, qui Colossos putant ita demum magnos videri, si multum diuariatos, distentos, & hiantes fecerint. Nam & illi (Principes inquam) grauitate vocis, aspectus asperitate, difficultate morũ, & conuersandi aspernatione magnitudinem, ac seueritatem imperij exprimere se putant.* Qualis olim Rana, quæ Bouis magnitudinẽ conspicata, vt illi se parem faceret, tamdiu intumuit, donec dirrupta est. Sic aliqui dynastarum dum virtutis maiestatem tumore simulant, contemptum, quẽ vitant, incurrunt. Apud Iouem aliquando Hircorum querela fuit indignantium quod Capellis barbam, virile ornamentum, cõcessisset. Tum Iuppiter: capellæ, licet barbigeræ, nũquam tamen, ò hirci, masculum vestrum vigorem referent. Sic est: *imperium in virtute est, non in decore*, aiebat Alexander Seuerus, & hoc saltem dicto verus Imperator. Cui sententià par Alexander Macedo, Darij regià potitus, & mensas auro graues, parietes ostro uestitos, laquearia gemmis fulgentia stomachatus, *hoccine, inquit, regnare est?* Nequaquam, magne Princeps, sed in scenà est fingere. In quà tamen & inepta fictio iure olim damnata est, cum Pantomimus ad ea cãtici uerba: *Agamemnona magnum*, regiam magnitudinem effecturus protensis in altum brachijs, & surrectis in digitos pedibus constitit, sed ab erudito spectatore audijt: *longum non magnum finxisti*.

Similitudo egregia Plutarchi in vanè affectatã ab externis authoritatem.

Fabella ad idẽ de Rana Bouis magnitudinem affectante.

Altera de Hircis qui barbam Capellis inuidebant.

Igitur imperium, & authoritas ĩ virtute est, non in decore.

Lepida de Pantomimo historia.

Nimi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Nimirum magnus ille Princeps est, quem in Latino rege prodit Virgilius *hærentem obtutu in vno*, atq; alta cogitatione *defixum, & omnes casus expendentē*; idest cui prudentia, & virtus maiestatem conciliant. *oportet* (ait Aristoteles apud Stobęū) *prudentes Magistratus non propter officium, aut imperium, sed virtutis causà admirationem sui parere: vt etiam immutatà fortuna, eisdem laudibus digni censentur*. Quare præclarè sapientiæ arca, Petrarca lib. 1. de remedijs vtr. fort. dialogo 96. sic mihi sese aperit: *non cultus exterior, sed internus habitus, & mens regia regem facit*. Apage igitur, ò verè Princeps, affectatam speciē fictæ auctoritatis ab externis, & veram admitte. 2

Quis magnus, & grauis rex ex Virgilio.

CAPVT XVIII.

Virtutis præstantia in Principe necessaria. Rationes eius necessitatis. Ad eam compendia. Vtilitates ab eà.

ATque eam tibi sola virtutis præstabit præstātia. Heroa cæteris imperio præstantem non vulgaris, ac notę communis virtus, sed heroico gradu præstans addecet. Hac regiæ *Maiestates, ac Celsitudines* speciosarum appellationum decora tueantur, & non modo in alios, sed ante alios in primis se ipsæ dominentur. Cato maior *pessimum esse Principem, qui imperare sibi ipse nequiret*, affirmabat. *Non minus tuis appetitionibus* (ait Isocrates) *quàm ciuibus imperes*. Id tę monet, ò Princeps, nomen tibi à Græ- 1

Regiæ coronæ non a gēma.

Principem virtus ī gradu heroico decet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

cis inditum, quo vno & rex, & sibi imperans notantur. Ecphantæ Pythagorici ex lib. de regno, animi solertis aduersio est: *Primum Dei, deinde regis proprium est, vt nulli subijciantur, sibi vero ipsis imperent: vnde & αὐτάρχης apud Græcos dictus videtur παρὰ τὸ ἑαυτοῦ ἄρχειν.* Qui sibi per virtutẽ præest, ac imperat, inter cætera id etiam assequitur, vt rectè alijs præesse, atque imperare perdiscat. Accipe à Plutarco ad imperitum ducem aptè positum exemplum. *Oportet, quemadmodum amussis, cum plane recta, & minime peruersa fabricata est, cætera quibus admouetur, & accommodatur, dirigit; similiter quoque Principem, vbi didicerit imperare sibi ipsi, & animum suum rectè instituerit, & mores habuerit bene compositos, ita demum subditos regere. nec enim cadentis est currere, aut incompositi componere, aut parère nescij imperare.*

Principis nomẽ apud græcos deductũ: à sibi imperando.

Oportet eũ qui alijs leges fert ad virtutes primo ipsum virtute præstare, ac præire.

Plutarchi ad eam rem similitudo euidens.

2 Virtute præcellat Princeps primo vt hac veri regis notà distet à Tyranno, *conuenit enim vt alijs semper is virtute præeat, & secundum ipsam imperio dignus æstimetur, non secundum opes, aut potentiam, aut vim armorum. nam ista etiam vulgaribus hominum, brutis animantium, & tyrannis communia sunt: illud verò solis bonis viris peculiare est.* Diotogenes Pythagoricus lib. de regno.

Rationes politicæ cur virtute præcellere debeat Princeps.

Secundo. Vt iure, ac meritò virtutis regnum adeptus, non sorte accepisse reputetur. Naturà enim regnum in alios debetur præstantiori. Quod Aristoteles pluribus docet in politicis lib. 1. & nos (iam legeris opinor) toto capite secundo è Parænеticis exposuimus, & confirmauimus. Contra naturam, & graue

Naturà regnum præstantiori debetur.

Nota.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

graue est regi à deteriore, vt aït Democritus. Et Cyrus. *Imperium non conuenit ei, qui nihilo ijs, qui sunt sub imperio, est præstantior*. Sit ergo Princeps ex antiquà populi romani ad optimum acclamatione, *tanto maior, quanto melior*.

Tertio. Perfecta in Principe virtus requiritur, (quocumque sensu perfectam interpretere virtutē, ceu pluribus expositum est cap. 8. superioris disceptationis de Principatus felicitate) quia inquit Aristot. lib. 1. polit. cap. 8. *opus, & munus simpliciter est Architecti:* hoc est, virtus Principantis architectonica, & vniuersa est, quà inferiorum peculiares virtutes in effectione versantes supremum in finem diriguntur. Vniuersa virtus Imperantis est, quæ morales omnes virtutes cōplectatur: τελείαν ἀρετὴν, & καλοκἀγαθίαν. græci appellant. *Quare imperantē quidē morali virtute præditum oportet esse perfectà*, ibid. Philosoph. Ac musonius pariter: *In vniuersum necesse est vt rex bonus, nec verbo, nec opere vnquam delinquat, omnique in re consummatus sit. Si quidem opus est ipsum, vt veteribus videbatur, viuam esse legem, æquitatem, & concordiam machinantem, iniquitatem vero, ac seditiones arcentem, animoque in subditos paterno Iouem æmulantem. Talis autem quo esse modo quispiam potest, nisi cæteris naturà præstet, optimaque sit disciplinà imbutus, easque omnes virtutes assecutus, quæ hominem deceant?* Audistin? lex viua, & amussis, ait Plutarcus, prima, princeps regula, exemplum inferioribus ad virtutem rex esto. At quale sit exemplum, nisi perfectum? Perfectæ igitur in Principe virtutis sit-

3

Aristotelis locus non vulgaris explicatus.

Quæ virtus vniuersa in Principe.

Perfecta virtus Principis est propria.

Ratio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

4 Quarta ratio, quia, vt dignitas, ita & virtus regia in alto collocata prototypa, & exemplaris sit necesse est. Vt *regula primum recta sit oportet, deinde quæ applicentur, corrigat: ita Princeps primum ipse vitijs careat necesse est, deĩde alijs leges præscribat*. Plutarchus. At Diotogenes Pythagoricus rempublicam quasi lyram ad Principis mores temperari dum affirmat, quis non videat summè temperatum in Principe animum requiri, ne vitiorum discordia vniuersam republicã discindat? *Instar lyræ rempublicam bene gubernandã concinnare debet rex, vbi prius in se ipse iustissimum terminum, & legis ordinem constituerit: sciens quod populi concinnitas, cuius imperium Deus ei commisit, ad ipsum accommodanda sit.*

Virtus Pricipis prototypa esse debet.

Similitudo.

Respublica vt lyra ad Principis mores temperatur.

5 At quo adminiculo assequetur rex vt perfectum virtutum exemplar se populis præbeat? nempe si supremi rerum regis, ac parentis Dei exemplar sibi proponat imitandum. Ecphanta pythagoricus regiam hanc, seu potius diuinam artem reges olim docebat lib. de regno, dum sic scribebat: *cæteri quidem homines à vitijs suis sanctissimè purgantur, si Principibus suis similes euadant, siue legem principem, siue regem habuerint. Principes verò qui non habent quod naturà suà præstantius imitentur, illi non longius abire debent, sed statim à Deo vtilitatem petere*. Idem post plura: *Assimilabit* rex *se ipsum vni tãtum optimo* idest Deo, *& omnes alios sibi vndequaque similes fieri studebit*.

Rex Deo, populus regi assimiletur.

6 Scire aues quasnam speciatim virtutes in Deo (castigatius loquar cum Theologis: *attributa Dei*, rex imitetur? Sthenidas Locrus Pythagoricus lib. de reg. indicat:

Quæ in Deo rex æmuletur.

indicat: *Imitabitur* rex *Deum quàm optimè si magnanimum, sapientem, & paucorum indigum sese præstiterit, paternum animum in subditos gerens. Hanc enim ob causam præcipuè Deus existimatur primus esse parens Deorum, ac hominum, quoniam omnibus subiectis sibi benignum se præbet, nec vnquam cessat gubernatione suà neglectà. Nec satis putauit se creatorem omnium esse, quin etiam nutritor, præceptorq; bonorum omnium, ac legislator omnibus ex æquo est: talis & ille debet esse, qui in terrà, & inter homines rex futurus est.* Hoc est è naturà in politicis sanctè, ac uerè theologari, & Principibus eas in Deo quasi dicam uirtutes aperire, quarum imitatione fiat, ut etiam eos populi, ceu Diuos reuereantur, æmulētur, diuinæ authoritatis, maiestatisque uicarios in terris arbitrētur.

Diuinæ uirtutis æmulatorem Principem facillimè, ac suauissimè sequuntur populi communi quodam studio regium ad exemplar se se componendi. 7
Causà ex eodem Sthenidà est in beneuolentià populi erga regem, ut ita dicam, deiformem. Mirus planè orbis, seu potius aurea catenula imitationis, & beneuolentiæ inter Deum, Principem, & Subditos. Deum Princeps imitatur, Principem Deus amat, Deo amicū Principem etiam populus amat, amatum amans facilè imitatur. *non enim fieri potest vt absque beneuolentià alterum alteri simile euadat.* Itaque *qui Dei virtutem imitatur, & ei carus est, quem æmulatus fuerit, & amplius subditis: nullum enim Deo carum homines odio prosequuntur.* Contrarià uerò ratione, ut monet Eusebius, *Homines inobedientes sunt illis, qui cum iniustè viuant,*

Orbis, seu catena imitationis, & beneuolētiæ inter Deū, Principem, Subditos.

Qui facilem obedientiam Princeps à subditis cōsequatur.

viuant, alijs praesse volunt. obedientiam autem facilē ad ea, quæ Princeps vel ipse, vel per aliū præcipit, apud subditos efficiet quiuis, qui quæ ipsum facere decet diligenter exequitur, & eorum, quæ agere conuenit, subditis se se exemplum præbet.

8 Vide quanta uis exempli, & quo compendio non solum authoritatem, sed & beneuolentiam, & obsequium subditorum obtineas. Regij exempli authoritas blandè id efficit, quod timor cum periculo uix potest. Aurea Dionis Romani accipe: *Quæ velis eos, qui sub tuo sunt imperio, & sentire, & agere, eadem tu & loquitor, & facito: sic enim eos facilius, & melius institueris, quàm ijs, quæ legibus constituuntur, supplicijs: illud enim æmulationem, hoc terrorem habet. & facilius quis optima imitatur, quæ videt opere fieri, quā cauet pessima, quæ audit verbo uetari.* Et Pacatus: *sic est enim, sic est, exasperat homines imperata correctio, blandissimè iubetur exemplo.* Quæ, ut pleraq; alia imitatus est in Plinio secundo, qui & melius, & optimà ratione apposità explicat unde ea in exemplo uis, ut tam facilè ad imitationem sui alios alliciat? *Vita Principis censura est, eaque perpetua. Ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur: nec tam imperio nobis opus est, quàm exemplo. quippè infidelis recti magister est metus. melius homines exemplis docentur, quæ in primis hoc in se boni habent; quòd approbant, quæ præcipiunt, fieri posse.* Inite alacres hanc, ò Principes, perfectæ, atque exemplaris viam virtutis, quà nulla certior, ac breuior ad pondus in imperio possidendum, sed amore tamen in vos populorum alleuandum. finis

Exēplo melius, quàm legib. Princeps, &c.

Ratio prima.

Infidelis recti magister est metus. Secunda ratio.

nis capiti Velleius esto lib. 2. *facere rectè ciues suos Princeps optimus faciendo docet, cumque imperio sit maximus, exemplo maior esse debet*. Nonum hoc esto regij diadematis margaritum, *virtutis præstantia*. *Nota.*

CAPVT XIX.

Virtutis præstantia supplet in Principe si quid ad externam speciem desit.

QVo quidem margarito Princeps insignis ita fulgebit, vt si quid forte in eo spectantum oculis minus appareat speciosum, interiore virtutũ splendore victum vix appareat. Agesilaus rex breuis corpore, claudus pede, bellicà fortitudine multorum proceritatem, ac firmitatem deiecit, Spartiatarũ omnium, ac plurimorum exterorum regum gloriam superauit. Spartianus de Seuero Imperatore narrat. *cum pedibus æger esset, idque milites anxiè ferrēt, eiusque filium Bassianum Augustum fecissent, tolli se, atq; in tribunal ferri iussit; adesse deinde omnes Tribunos, Centuriones, Duces, cohortes, quibus authoribus id acciderat: sisti deinde filium, qui Augusti nomen acceperat: cum animaduerti in omnes authores facti, præter filium, iuberet, rogareturque omnibus ante tribunal prostratis, caput manu tangens ait: Tandem sentitis caput imperare, non pedes?* Ac si nobiscum diceret, à virtute, atque ab animo, non à specie corporis solidã regiæ maiestatis auctoritatem promicare. Vt inter medicos Hippocrates, licet strabo, imbecillis, paruus, defor-

1

Optimè in eos, qui homines è trũco spectant.

Mira de Hippocrate.

deformis, neminem tamen curasse dicitur, quem non persanarit, nemini quidquam prænuntiasse quod nõ inciderit; sic etiam Rex publicus Medicus, licet æger corpore, publicos morbos virtutis præcellentià, & vi, summa cum auctoritate fugabit.

2 Regem olim aues creaturę, cum plumea plebs formosis Paui coloribus capta regiam illi dignitatẽ summo consensu accineret, sapientem annosæ Corniculę sententiam tandem adprobauere dicentis: *quid nobis in periculo regij proderunt colores?* Regnum ergo ad Aquilam martio animo præditam detulere. Virtutem in Principe vel ipsa plebs, externi fermè splendoris admiratrix, tandem tandem agnoscit, suspicit, deueneratur. Nec nos Principi splendorem quendam à bonis corporis, & fortunæ abdicimus, quæ si virtuti accedant mirificè illam ornant, & nimiumquantum valent ad auctoritatem; sed sola, sine virtute, potius obsunt, atque odium non sine contemptu exciẽt: sola virtus, etiam sine dote fortunæ suam tuetur dignitatem.

Fabellæ documento in Principe nõ tam externam speciẽ, quam internam virtutem spectãdam, &c.

Virtus etiã sine dote fortunæ diues est.

3 Virtuti comes prudentia si quid natura, vel fortuna peccarint, *solerti corriget arte*. Philippus II. Hispaniarum, & noui orbis Monarcha gracili, & ferè breui erat corpore. is proceriores proceres aliquot stans geniculantes in alloquium admittebat. Admirantibus id aulicis dynastis, *non decet*, inquit, *quemquam rege esse maiorem*. Idem ad grauitatem erat pauciloquus, & cubicularijs quæ vellet solo nutu significabat. Sed has ille artes regiæ virtutis præcellentià ita fulciuerat, vt summam apud suos populos auctorita-

Bellè dictũ à rege.

Vide qui suppleas ad authoritatẽ, quã natura negauit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

ctoritatem non affectaſſe, ſed promeruiſſe iudicaretur.

Arduum, opinor, ô Princeps, tibi negotium à philoſophia edici arbitrabere, dum audis virtutem vndequaque perfectam opus eſſe ad regiam adminiſtrationem, atque auctoritatem. At ſcito tamen nihil tibi præter ea præcipi, quæ priuato viro bono præcipiuntur. eſto vir bonus, vt bonus ſis Princeps. nam uerissimè ſancit Ecphanta Pythagoricus: *vna, eademque virtus tum cæteris imperat, tum vitæ propriæ moderatur*. Noſter item Philoſophus lib. 3. polit. cap. 3. propriè diſputat, & conficit, eandem eſſe uiri boni, ac perfecti cum boni magiſtratus, ac Principis uirtute. Ratio apud illum præter cæteras, quia uirtus alios regentis prudentia in primis eſt, quæ ut in Ethicis patet, uirtutum omnium complexum quendam obtinet, ſi quidem perfecta ſit, qualis in Principe ſit oportet. At uir bonus, ac perfectæ uirtutis idem & ſummæ prudentiæ eſt; conueniunt igitur in eandem uirtutem uir, ac Princeps boni, atque in utroque perfecta uirtus præcellit, ac regnat. 4

Eadem virtus eſt & viri boni, & boni Magiſtratus.

Ratio.

Perfecta prudentia virtutes oēs cõplectitur.

Quare (concludit Ariſtoteles libri tertij polit. caput duodecimum) *erit & diſciplina, & inſtituta eadem, ſeu quæ efficiant & bonum virum, & politicum, & regij ſtatus peritum*. 5

Vide de his in diſceptationibus ſcholaſticis.

CAPVT XX.

Ciuilis prudentia Principis propria virtus est. Huc erudita, & loca illustria ex Platone, atque Aristotele in Ciuilibus.

1 *Decima gēma regiæ coronæ.*

POst præstantiam uirtutis suadeo tibi, Princeps, sapientiæ, ac prudentiæ, in primis politicæ, hoc est regiæ, præstantiam, quà fiat ut re gnodignus, quod posſides, habearis, & auctoritatem apud tuos habeas. Regum ſapientiſsimus prouerbiorum cap. 4. *Poſside ſapientiam, in omni poſſeſsione tua acquire prudētiam. exalta eam* (hæbraica lectio) *& exaltabit te.* ſeu *deducet te equitantem in cælum.* Alloquitur priuatum quemque hominum, & uiam ad regnum aperit. Ambroſius lib de Chain, & Abel, quadrigam fingit quatuor uirtutum (quas uocant) Cardinalium, rotis uolubilem, quà ſupra homines ſapientem in triumpho, quaſi regem euehit ſapientia. Pergit Salomon: *dabit* (ſapientia, & prudentia regia) *capiti tuo coronam gratiarum* (vt Septuaginta interpretantur) *& corona inclyta proteget te.* A prudentià regiam coronam promerèbere, & cōſequère tum ad decorem, tum ad protectionem; rex enim ſapiens, ac prudens & ſuos, & ſe ipſum cum auctoritate tuetur. notum, ac verum illud Clitarchi: *regem prudentem diadema non efficit; mens enim eſt, quæ imperat.* Quid ergo regem conſtituit, niſi regendi peritia? Varijs exemplis id explicat Socrates apud Xenophontem lib. 3 &c. de quo

Quadriga virtutū, in quà ſapiens triumphat.

Regem prudentē diadema non efficit.

Socrate

Socrate Atticus ille author: *Reges autē, & Principes non illos esse, qui sceptra ferūt, dicebat, nec illos, qui aut à quocunque contigit electi, aut sorte, aut violentià, aut deceptione aßumpti fuerunt: sed qui regere sciant. Cū enim quisque fateatur Principis quidem proprium esse iubere quid oporteat facere, subditi verò parère: ostē debat & in naui illum principem, esse qui sciat: patronum verò nauis, & alios nautas omnes obedientes sciēti. Ac in agricultura quicunque habeant agros, & in corporum exercitatione qui se exercent, cæterosque omnes qui poßideant aliquid, quod indigeat curà, si ille quidem scire putent, de eis curam habent: sin minus, scientibus non modo cum adsint, parent, sed etiam absentes inuocant, vt illorum consilio quæ oporteat, agant. In texendo verò mulieres quoque monstrabat maritis dominari, propterea quod illæ quidem artem texendi sciant, illi autem ignorent.* *Varia exēpla è Socrate cur Princeps eße prudens debeat.*

Auctoritas ex opinione prudentiæ orta maximū, quod optari possit à Principe, adiumentum affert ad facilem, ac felicem regni administrationem, quod adiumentum est populi promptum ad imperata obsequium. Xenoph. lib. 5. pediæ Cyri: *libenter illis homines obediunt qui sibi ipsis recte consulunt.* Prouidit hoc Salomon; ideo à numine tantum expetijt, atq; impetrauit *cor docile, vt populum iudicare posset, & discernere inter bonum, & malum:* lib. 1. reg. capit. 3. Cuius quidem regiæ sapientiæ specimen, quod exhibuit in diremptà lite duarum meretricum, dum non liqueret vtra infantuli mater esset, quātum illi apud populum conciliauit auctoritatis! *Audiuit omnis* 2 *Insigne cōmodū Principi ab opinione prudētiæ. Obsequium promptum maximum adiumētum est ad facilitatem regiminis.*

 Jsrael

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Israel iudicium, quod iudicasset rex, & timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum, iudicium. ibid. Meritò Socrates principatu dignũ vult esse διαλεκτικώτατον, optimum ratiocinatorem, *vt intelligat quid quaque in re vel boni, vel mali sit*, Xenoph. memor. lib. 3.

Princeps sit bonus ratiocinator.

3 Ita Principi necessaria est Prudentia, vt sine eà indignus principatu iudicetur, & facilè contemnatur. rationem habes in Aristotelis politicis lib. 1. cap. 8, & lib. 3. cap. 3. & sæpius in Ethicis, quia nimirum, cum virtutum aliæ in appetitu rationali, aliæ in sensitiuo resideant, itemque aliæ imperantes, aliæ obsequẽtes, ac pàrentes sint, esto reliquæ virtutes, fortitudo, temperantia, liberalitas &c. Communes sint imperantibus, & obsequentibus; prudentia tamen quę princeps est inter virtutes partis rationalis, propria principantis est, & lux debita reipublicæ oculo, idest Principi; in eo verò qui paret non tam prudentia, quàm bona opinio requiritur, quà bene opinetur de imperante, atque eius prudentià, eaque ductus opinione libenter obsequatur. Imperantes enim virtutes, & quę mentis sunt, dirigunt eas, quæ sentiẽtis appetitionis sunt, vt pote inferiorum luces ac duces. Vide 6. ethic. c. vlt. & penult. Nunc audi lib. 3. polit. cit. cap. 3. *Prudentia sola virtus est eius, qui præest propria: aliæ namque necessariò videntur esse communes, & pàrentium, & imperantium. Pàrentis certè non est prudentia, sed bona opinio.*

Quàm necessaria Prĩcipi politica prudentia. Ratio solida, & philosophica, è philosopho.

Prudentia virtus est propria solius regẽtis, reliquæ virtutes cõmunes imperãti, & pàrẽti. Bona opinio pro prudentià satis est ĩ obsequẽte.

4 Huc vidisse videntur Ægyptij dum oculum in sceptri vertice, Principi simbolũ posuere, nec minus sacer

Vulgati hieroglyfici è sacris explicatio.

cer ille vates, qui à Deo interrogatus. *Quid tu vides fili hominis?* respondit: *virgam vigilantem ego video*, nempe hieroglyphicum Principis prouidentis, ac prudentis; qualem Argum Peloponnesi regem narrant historiæ, fingunt verò poetæ toto corpore oculatum; qualem signat regulus inter serpentes, & dracones coronatus, qui nare nouit cum piscibus, ingredi cum pecudibus, volare cum altilibus. Quin & Draco παρὰ τοῦ δερκεῖν acutissimè videre, & serpens ὄφις ab ὄπτω à videndo appellatur. Quibus ideo, & aurei velleris, & aureorum pomorum, & pretiosissimi cuiusque thesauri custodia concredita est. non aliter Principem, cui publicæ rei administratio, & custodia commissa est, illustri prouidæ sapientiæ oculo vigilacem, atque insignem fas, & iura postulant. Aureo igitur serpente regium sibi caput coronet; purpuream clamydem, vt bissinam olim vestem hebræus Pontifex, ocellet; sceptrum Pauonis pennà maritet, Reguli draconis pelle conuestiat, vt omnia prospicere, omnibus omnia fieri prouidentiæ ope cõdiscat. Eam Principi authoritatem imperatoria Prudentiæ virtus parabit, vt subditis ad obsequium satis futurum sit notum illud; αὐτὸς ἔφα *ipse dixit, aut iussit*.

Cur Argus rex cẽtoculus?

Regulus serpẽs regis symbolum. Draco vnde dictus? Cur draconibus thesauri custodiendi traduntur?

Regius ornatus ad prudentiam symbolicus. Ex verbalĩ hebræa versione.

Altera ratio necessariæ in Principe prudentiæ, latet in ijs verbis Philosophi citatis è lib. 3. polit. cap. 3. 5
Parens est veluti tibiarum opifex, imperans verò tibicen, qui vtitur. Hoc est: Princeps politicæ harmoniæ concinnator est, in Reipublicæ choro præcentor est: omnes illius nutu regendi sunt, ac temperãdi. Vt

Locus insignis in politicis Arist.

In Reipublicæ choro præcentor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Vt ergo cum auctoritate id tanti muneris præstet, cæteris necessum est sapientiâ præstet. Audiamus Philosophos extat apud D. Augustinum. lib. 2. de ciuit. Dei cap. 21. fragmentum è fine lib. 2. de rep. Ciceronis, qui Scipionem Africanum è Platonis. 4. de republicà edicentem inducit hæc: *vt in fidibus ac tibijs, atque cantu ipso, ac vocibus concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis; quem immutatum, ac discrepantem aures eruditæ ferre non possunt, isque concentus ex dissimillimarum vocum moderatione cõcors tamen efficitur, & congruens: sic ex summis, & medijs, & infimis interiectis ordinibus, vt sonis, moderatà ratione ciuitatẽ consensu dissimillimorũ cõcinere, & quæ harmonia à musicis dicitur in cantu, eam esse in ciuitate concordiam arctissimum, atque optimum omni in Republicà vinculum incolumitatis, &c.* Quanta nationum, ætatum, ordinum, sexus, ingeniorum, institutorum, appetitionum etiam inter se pugnantium, magnis in imperijs varietas? Quàm difficilè, quod Plato docuit in ciuili, animos omnium in ciuitate decenti quadam fortitudinis, temperantiæque mixtione componere, & quasi acuta grauibus ritè miscere? vt ciuium animi vel fortitudinẽ uersus, quasi in acutum supra modum ne intendantur, uel temperantiã uersus, quasi ad graue nimis ne remittãtur. illinc enim efferati, effœminati uero hinc tandem euadunt. Profecto, quod Mediolanensis uates, ac Iuris peritus cecinit,

Aptissima imago regij officij è fragmento non vulgato M. Tull. de repub.

Difficile est nisi docto homini tot tendere chordas;
Vnaque si fuerit non bene tenta fides;

Ru-

Ruptaue (quod facile est) perit omnis gratia cōchæ,
Illeque præcellens cantus ineptus erit &c.

Quis tam difficilem Lyram, nisi sapiens aliquis Apollo, idest prudens Princeps temperet? meritò Imperatores Laureà fronde coronabantur, quæ musarum præsidi erat dicata. An ut sciremus regnandi prudētiam, quasi quandam publicæ harmoniæ ad Reipublicæ leges esse adtemperantiam, quam Princeps moderaretur, ut ex ea dignus auctoritate regià cēseretur? *Cur Laurus Imperatoribus dabatur?*

Addit Plato citato libro de ciuili, à texturæ imagine symbolum regij officij, ac scientię. *Hoc vnum* (inquit) *& integrum regiæ texturæ opus est, vt nunquam moderatos mores seorsim à fortibus esse permittat, sed vtraque ingenia inuicem per opinionis eiusdem consensionem, per honores, vituperationesque per alterna cōiugia contexens, telam ex his lenem, optimeque cohærētem efficiat &c.* & superius: *Ex* ingenijs, *quæ ad fortitudinem magis vergunt staminis vice propter solidos mores esse censet: quæ autem ad modestiam, molli teneræque materiæ similes, imaginem habere subtegminis crocei coloris. Ea denique quæ in contrarium, diuersumque naturà tendunt, hoc modo vincire inuicem, & contexere nititur.* Quasi textoria quædam ars circa polymitam Reipublicę telam regia sit administratio. Huc opinor, mentem aduerterat rex Ezechias, dum æger ad mortem cōnquerebatur: *Præcisa est velut à texente vita mea.* Huc Philippus Secundus Hispaniarum rex, cum diceret regiam prouidentiam textoriæ adsimilem in eo esse, ut uarios Reipublicæ motus componat; & quasi abrupta quædam fila, concordiæ 6

Regiū opus instar texturę ex Platone, atque etiam è sacris.

Locus sacer politicè non vt vulgò explicatus.

Philippi regis de rege symbolum.

nodo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

nodo connectat populorum animos ad publicæ felicitatis verè auream telam conflandam. Hanc qui calleat artem homines supra hominem admiratione, auctoritate, laudibus efferunt. Ac meritò nam *Principis est virtus maxima nosse suos* ad singulorum aptum moderamen. Quæ quidem virtutis, ac regiæ sapientiæ celsitudo decima est imperatoriæ coronæ gemma par syderi. —

CAPVT XXI.

Regiæ prudentiæ comparandæ magni momenti subsidia proponuntur.

1 EN ad eam tibi, rex, comparandam subsidia. Primum sapientum, ac prudentum virorum in publicis negotijs consuetudine vtere. Etenim vt cecinit Euripides in Antigone: *sapientes euadunt Reges conuersatione sapientum*. Illis in primis te crede, quorum perspecta fides meretur, vt quæ suadent credas, & qui non omnia quæ dicas vel agas adulatorijs laudibus excipiunt. Quin potius *fidos putato qui reprehendunt, non qui laudant*, regem monebat Isocrates. Cuius occasione sententiæ hìc tibi pauculis verbis quidquid Plutarchus toto libro de discrimine adulatoris, & amici disserit, indico scilicet: *Adulator Principis etiam vitia palpat; verus ac fidus amicus, vel consiliarius solam virtutem adprobat, vitia prudenter, sed syncerè pungit, non vngit*. Quoniam verò non omnia scire omnibus datum est, pro rerum varie-

Fidi qui reprehendunt, non qui adulantur.

Neruus, seu medulla discriminis inter adulatorē, & verum amicū.

varietate, in vnaquaque peritissimos consule, Imperatoris Alexãdri Seueri exemplo cui, narratore Lampridio, *fuit consuetudo vt si de iure, aut de negotijs tractaret, solos doctos, & disertos adhiberet, si verò de re militari, milites veteres, & senes benemeritos, & locorum peritos, ac bellorum, & castrorum, & omnes literatos, & maximè eos, qui historiam norant: requirens quid in talibus causis, quales in disceptatione versabãtur, veteres Imperatores, vel Romani, vel exterarum gentium fecissent*. Prudenter ille.

Regiam hãc prudentiam omnes reges imitentur vt fiant prudentes.

At non satis è re suà Principum illi, qui rerum mere sęcularium consilijs, atque administrationibus sacros homines admouent, quorum est diuinis, nõ humanis vacare negotijs. Nicephorus Gregoras histor. 3: *spiritalis contemplatio, & ciuilis administratio vt plurimum inter se non iunguntur*. In quam sententiam perlegenda est Synesij Cyrenensis Episcopi epistola 67. Ciuilia negotia magno cum detrimento regnorum religiosis viris Principes viri dum committunt, oleum, vt est in prouerbio, & operam perdunt; & magno pretio infelices rerum exitus emunt. Singulis mortalium Deus pro vitæ instituto, ac munere vires, atque animum affundit. Prudentia, in primis politica, longo publicæ rei gerendæ vsu conquiritur, qui ab hominibus abest, quorũ vita in cęlestium rerũ contemplatione conquiescit. Moralem tamen Philosophiam excipe, quæ sola verè regia est sapientia. Quà imbutus affatim vir Philosophus de regno rectè quidem potest præcipere, sed præcepta in vsum traducere, eorum est virorum, qui Principum aulas,

2 Viri sacri, procul ab ambitione, & ab aulicis.

Ciuilis Philosophus in primis aptissimus est reipublicæ administrãdæ.

non qui sacras ædes, incolunt.

3 Illud Leonis Imperatoris in primis memento: *quid facto opus sit, cum multis delibera: quæ vero agere volueris cum paucis communica, & vbi optimum ex omnibus cōsilium ceperis, apud te solum tene, ne aduersarijs hoc indicetur, & cōsilijs illorum appetare.* Quod non solum ad insidias euitandas facit, sed etiam ad authoritatem tibi, Princeps, comparandam, & pondus addendum ijs, quæ iusseris, dum populus abs te vno inuentum, & profectum existimat, quod Reipublicæ vtillimum experitur. Iuppiter, vt est in fabulis, ductâ in vxorem Meti, (cuius nomen græcè consilium signat) cum fœtu concepto partui vicina foret, eam antequam pareret, vnà cum fœtu vorauit; tum è Iouis capite armata Pallas prodijt. non aliter Princeps rectè à consiliarijs concepta, sibi (nam illi consulta Senatus elaborantur) assumat, & ea quasi author in publicam lucem, atque vtilitatem emittat.

Magni momenti præceptum.

Fabulæ insignis allegoria in rem politicam.

4 Secundum ad ciuilem prudētiam præceptum esto (si fortè aut adulantum insidias vereris, aut vera canentum liberas uoces delicatis auribus ferre non didicisti) ut à uiuis ad mortuos, à liberis, ac loquacibus ad libros cum silentio loquentes ueram, meramque è moralium philosophorum decretis de regno sapiētiam te transferas. Sic, ut narrant, Demetrius Phalereus Ptolomæum regem hortabatur, ut libros de regno scriptos emeret, ac legeret. Nam de quibus amici reges admonere non auderent, ea in libris esse scripta. Hi tibi sint in delitijs, hos consule. Hæc interioris regiæ tuæ domus sint ornamenta, quæ firma

Libri morales fidi Pricipum monitores.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

ma sunt regibus, ac regnis adiumenta. Sapienter Alexander, qui bellicam prudentiam ex iliade, Homericà se hausisse profitebatur, Darij Persarum à se deuicti pretiosissimum μυροθήκιον uertit in ὀμυροθήκιον, conditis in regià eà arculà Homeri libris. Tu uerò quæ in sapientum monumentis ad regnum pręcepta legeris in animo potius, quàm in arcà recondito, & cum usus postulat, sapienter expromito. Præ omnibus tamen libris lege leges (quod monuit Plato dialog. 12. de leg.) & eas intellige. nam lex lux animo est, à quà regia prudentia tibi aperietur, & recta mens; ut græca nominum adsonantia indicat νόος, νόμος. *Lex lux.*

Tertium idque optimum ijs pręsertim, qui non hereditario iure, sed electionis merito, ac suffragio reipublicę clauo admouentur, est, in priuatę fortunę vsu ferendo notasse, ac didicisse quæ ad rectè gerendam rempublicam facere plurimum videbantur. Iustè monet Clitarchus: *si parère non didicisti, imperare ne aggreditor.* & Solon: *Impera; si prius parère didiceris: nam parère cum didiceris, imperandi artem tenebis.* Aristoteles idem affirmat, & exemplis in re militari confirmat. lib. 3. polit. cap. 3. de Imperio ciuili, *quod eum qui præest, oportet parenda* (inquit) *discere; vt præfecturam equestrem qui præfecto paruerit; præturam belli qui prætori; & tribunatum qui Tribuno; & Centuriatum qui Centurioni.* Hauserit fortè à suo præceptore Platone, qui affirmabat numquam laude dignum fore dominum, qui ipse non seruierit. M. Tullius. lib. 3. de leg. vbi de magistrati-

Prodest subesse antequā præsis, & passum esse, quæ imperas.

bus: neque solum ijs præscribendus est imperandi, sed etiam ciuibus obtemperandi modus. Nam & qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est. & qui modestè paret, videtur qui aliquando imperet, dignus esse.

Qui modestè paret dignus qui aliquando & imperet.

6 Hæc fortasse præ cæteris fecerunt, vt Aristoteles lib. 3. polit. cap. 11. electionem in regnum successioni anteponat, & lib. 2. cap. 9. hoc nomine Carthaginienses laudet, & Spartiatis præferat, qui stirpe reges legebant. Proinde Plinius etiam alloquitur electum Principem in Panegyr. *Quàm vtile est ad vsum secundorum per aduersa venisse! Vixisti nobiscum, periclitatus es, timuisti. meministi quæ optare nobiscum, quæ sis queri solitus;* nam (ò præclarum, & regio animo ad modestiam, & prudentiam infigendum?) *priuato iudicio Principem geris; meliorem imo te præstas, quàm tibi alium precabere.* Adde Imperatori reginam tunc optimam de se apud Virgil. 1. Æneid. canentem.

Arist. sententia in politicis an successio electioni anteponenda.

Vtile est ad vsum secundorum per aduersa venisse.

Priuato iudicio Principem gere, ò Princeps.

Non ignara mali miseris succurrere disco.

Disce & tu, ò Princeps, ex ijs, quæ priuatus pertulisti, talem te subditis præstare, qualem tibi præstantem voluisti. Qui non patitur vix compatitur. Hoc non fit solà cõtemplatione, sed peculiari habitu, ac facilitate opus est, quam induas rerum difficilium, atque aduersarum perpessione, vt malis doctus, regni habenas cum dignitate moderere. Hinc videas laudatissimum esse magistratus omnes, post Principem, nõ esse perpetuos, sed sub interualla in ordinem priuatorum redigi, vt cæteris æquati discant cum cæteris ea

Vtile est magistratus non esse perpetuos. Ratio, &c.

pati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

pati etiam cum aliquà difficultate, quæ facillimè in magistratu iubentur. Optima igitur regnatricis prudentiæ magistra est non leuis experientia. Quam prudentiam precellenti cum virtute coniunctam vbi possideris, regià inde abundè instructus eris auctoritate. Pro quà vt quædam nunc posui, ita mox addam aliqua, quæ illam imminuunt, vt ab ijs quicunque regnas, abstineas.

CAPVT XXII.

Regiæ auctoritati quæ officiant. Tum pluscula breuia præcepta ad regiam virtutem.

AVthoritati populorum rectoris (sic Principem appellat Homerus) maximè aduersantur, & contemptum inducunt. 1

Primo minimis se immiscere negotijs, ac ministerijs, singulis interesse, obire per se se, atq; exequi quæ ad inferorum magistratuum attinent munia. Parce tibi, ac tuæ maiestati, o Princeps; minora permitte minoribus; Summa te summum decent negotia. Per singula dum te versas, singulis dees, & dum vnà occuparis in parte, quid peccetur in alijs peruidere non potes. Memento regis esse agere omnia non effectione, sed imperio. Videt oculus, ac prouidet inferioribus membris quid quodque peragant, & eius officium est pro omnibus in speculà præstare. Propria regentis virtus est, vt ab Aristotele in politicis audisti, non executiua (vt loquuutur) sed Architectonica,

Prĩcipis est Architectonica nõ executiua. Rationes ad rẽ.

ca,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

ca, imperatiua, præceptiua. Platonem in politico, siue ciuili fac audias, illique obaudias; sic ait: *regiæ maiestatis officium est, nõ vt ipsa quidem agat, sed vt agere valentibus imperet, cognoscatque imperiũ, & vim rerum illarum, quæ in ciuitate plurimum pollent, opportunitatis, & importunitatis præcipuè: cæteras verò facultates iussa capescere, & mandata transigere.*

Notate qui præestis, ne in odium, & vilitatẽ incurratis apud subditos.

2 Suspice Dei cuncta regentis exemplar, atque imitare. De quo Philosophus, ac vates Boet. lib. 3. de Consol. met. 9.

Boetiani loci nota insignis, nec vulgata.

O qui perpetuà mundum ratione gubernas
Terrarum, cęlique sator, qui tempus ab æuo
Ire iubes, stabilisque manens das cuncta moueri.

Similitudines regij officij architectonici.

Primus ille motor immotus cũcta mouet. Princeps, vt Pręcentor in choro, nutu magis, quã cantu alienas canentum voces temperet, & quasi sedens ad clauum, politicæ nauis cursum moderetur. ne, si secus agat, ac rerum priuatarum ipsemet satagat, contemptum, & odium suorum incurrat. ne tibi præceptum hoc nostrum elabatur, *memori fac mente reuoluas* persæpe magnificum id Imperatoris apud Plutarch. lib. de fortunà responsum, cum ab eo non nemo sciscitaretur *quis esset cum neque arma, neque arcum, neque cetras in ordine ferentium censeretur? sum,* inquit, *qui hisce omnibus vtor, atque impero.*

Princeps est qui nihil ipse, nisi alijs imperet, & imperata fieri curet.

3 Secundo. Contra auctoritatem est nimia in Principe familiaritas, & consuetudo cum subditis. Qui videri volunt nimium ciuiles, fiunt viles, & *parit conuersatio contemptũ, raritas conciliat ipsa rebus admirationem,* teste Apuleio de Deo Socratis; & Liuio lib.

Nimium ciuiles fiunt viles.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

35. cōtinuus aspectus minus verendos magnos homines ipsà satietate facit; & Tacito, tum 1. Annal. maiestati maior ex longinquo reuerentia; tum in Agricol. omne ignotum pro magnifico est. Pericles exemplo sit, qui antea familiaris maxime, & comis, simul rempublicam attigit, ab omni cętu amicorum, & cōuiuijs abstinuit, uitæ genere quodam subducto, & planè mutato. Causam addit Plutarchus in eius uità: *Comitas enim facilis fastum omnem atterit, & in familiari consuetudine agrè custodias illud opinionis de te augustum.* At in hoc etiam ne quid nimis, audiatur Seneca: *miscenda sunt ista & alternanda solitudo, & frequentia.*

Comitas facilis fastum atterit.

Tertio. Authoritatem regiam infringit si rex ita se in unius, aut plurium arbitrium dedat, ut precario rempublicam (quod quidam in regno intolerādum aiebat) gerere uideatur. Cum *Princeps per improbos ministros velut in auctione positus nundinatur*, ut apud Capitolinum Misitheus, Præfectus prætorio, Gordianum Augustum alloquitur. Hoc est *vim principatus resoluere*. nam *ea demum est imperandi ratio, vt non aliter constet, quàm si vni reddatur*. Tac. 1, & 2. annal. Caueat prudens Princeps ne occasionem in se præbeat acuti dicterij, quo Ammianus lib. 18. Cōstantium Imperatorem perstringit, qui nimium se impenderat in fauorem, & potentiam sui cubicularij: *mercari* (inquit historicus) *complures nitebantur Eusebij fauorem cubiculo tunc præpositi, apud quem (si vera dici debent) multa Constantius potuit*. Rectam Imperij rationem inuertūt reges aliquem è suis 4

Ne cuiquā Princeps se mancipet.

Lepidissimū dicteriū, & plenum documenti.

ad

ad nimiam potentiam euehentes, cui potius parère, quàm imperare putentur. Apud Constantium non tam Eusebius ille, quàm apud Eusebium Cõstantius, quasi non Imperator, plurimum posse videbatur. Audiant qui sic se abijciunt, ex epistolà Lupi Abbatis ferrariensis ad Carolum Caluum Imperatoris Ludouici filium perscriptà aureum illud monitũ inter cætera, quæ tota illa epistola complectitur ad regnum optime administrandum. sic habet: *ne vos cuilibet ita subijciatis, vt ad eius arbitrium omnia faciatis. Cur enim regium nomen prætenditis, si regnare nescitis? Vt pace cunctorum dixerim, non expedit vobis & populo, vt aliquem vobis æquetis, ne dum præponatis. Quoniã Deus, qui scit quid sit in homine, præmonet: ne des potestatem filijs tuis in vità; quia melius est vt illi te deprecentur, quàm tu illos. Si filijs hoc non est concedendum, quantò minus alijs? Vicem vos gerere Dei quis ignorat? At ipse dicit: Gloriam meam alteri non dabo. non admittentur ergo à vobis, &c. ne gloriam vestram ipsi inter se partiantur, & meliorem amorem alienent à vobis.*

Regia monita ex antiquo monumento.

5 Habes iam, ò Princeps, à nobis quæ authoritati officiant, vt vites; habes & virtutes, quæ ad auctoritatẽ faciant, vt cum potestate imperes, ac tui te vereantur. Habes & quibus præfulgeas virtutibus, vt te ament. Quæ igitur pro authoritate, & quæ pro modestià, & facilitate sunt ita vsurpato, vt nunquam altero careas oppositorum, hoc est modo grauitate modestà, modo modestià graui vtere pro rerum opportunitate. Aliud est contraria miscere, ac temperare, aliud

Distingue.

LYCEI

Pars Tertia,

SEV

VIRIDARIVM,

in quo per

EVTRAPELIAS, siuè

VRBANITATES

Poeticas

Virtus feriatur.


CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M.DC.XXVI.

Apud Euangelistam Deuchinum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84





AMICO LECTORI.



RBANO VIII. Pontificum maximo, Vatum optimo recẽs ad ecclesię clauum euecto, poeticæ, atque ingenuæ nunc demum prodite Vrbanitates. Ac tu, mi lector, serijs paululum sepositis, in Hortos Musarum vnà mecum iam descendito. Tantisper feriemur, vt animus post ferias vegetior remeet ad res serias. Poeticè ἐυτϱαπελεῖν, honestè, atque ingenuè ingeniosa in arte quì ludere liceat, exemplis variè propositis, animo propositum est meo. Laudem poeticam (quæ frondea, & flaccida est) floccipendimus, qui hæc non ad famam, sed ad honestæ poeseos breue specimen proponimus. Memini enim cum mihi olim adhuc iuuenescenti, & sermones de re poetica (vt ea ętas me tunc ad ea studia rapiebat) cum amicis conferenti sæpius accidit audire qui dicerent, non posse quempiam in rebus sacris, & honestis ita poeticè versari, vt Anacreõticam venustatem, Catullianam tenellitudinem, Propertianos affectus, Ouidiana lumina, Martialeos sales imitatione assequeretur. Sinè quibus profecto

Opportunitas harum eutrapeliarum, edendarum.

Authoris propositũ in his Eutrapelijs.

Sine quib insipida sit Lyrica poesis. virtutibus poetica omnis, pręsertim ea, cui à Lyra nomen, colore omni, & quasi vitali calore defecta marcet exanimis. Quam ego sententiam & bonis ingenuæ iuuentutis moribus, & vero aduersam existimabam. Hac enim fieri vt iuuenes ab honestis argumentis poeticè ornandis tanquam ab opere desperato deterriti, totos se ad amatorias ethnicorum poetarum nequitias canendas, & imitandas conferrent, in quibus vnis veneres omnes regnare, quas vnas Lectoribus sapere posse arbitrarentur. Quantum porro hæc opinantes à vero resilirẽt nec breuius, nec melius me rebar euicturum, quàm exemplis variè productis ab ingenio tunc iuueniliter gliscente. Conatus sum, licet forte non assecutus.

Visus tamẽ sum amicis, qui nostros eos lusus tunc videbant, operam non lusisse; ac facturus è poeticà, immo è morali re (quo pręcipuè spectaram) si proderentur. Illum ego amicorum in me, measque musas amorem amabam quidem; sed tamen maiorem eorum numerum subuerebar, quibus humanæ naturæ vitio præcipuum studium est in aliena literarum studia cynicos Philosophos profiteri. Hoc quasi Aquilonum horrore correptæ Musarũ mearum Lyricę istæ, ac tenellæ tam diu latuerunt, donec mutatis iampridem studijs, ætate, ac mente, iam penè mihi exciderant è mente. Cum anno superiore rursus amicorũ, & literis, & hortationibus, excusso veterno, quasi redanimatæ nunc tandem prodeunt, hoc saltem obuiâ, benigne Lector, excipiendæ beneuolentiâ, quod boni sunt volentes.

Nam

Nam *prodesse volunt, & delectare*. Prodesse in primis. Quid enim sine eo fine musæ, nisi nudæ sunt nugæ? Quæ hìc ergo vtilitas? Non vna, mi Lector, si oculo liuoris puro, & animo alienis lucubrationibus non infenso inspexeris. Animus enim mihi est & meum, & Lectoris animum aliquando à mærore releuare, ad grauiora reparare, honestè hilarare, pijs aliquando affectibus, ac delitijs oblectare, sed præ omnibus studiosæ iuuentuti venustioris quidem, ac delicatioris poeseos, nempe Lyricę (qua nimium quantum ea ætas in prophanis vatibus malo suo *illicitur*) venustioris, sed honestæ pariter poeseos aliquod specimen proponere, vnde discant sine crimine musas excolere. In musarum uiridatijs aliorum aliqui altiores arbores, non sine fructu laudis inscenderint. nobis hæc prata libanda, leuiores hos flosculos legendos allegimus. Quis arcet? Pontano nostro in infantia Christi licuit osculationes, risus, delitias, lauatiunculas, balneala, catellos, & Deiparę puellaria, natalia, sponsalia, hymeneos, amores, & his plura Catulliana mollitudine concinnata concinere; quis nobis eorum saltem aliqua hìc abnuit?

Variæ vtilitates ex his eutrapelijs.

Sat nobis in Parnasso flosculos legere

Exempla domestica nos tuētur

Vtinam quidem fieret, ut musis amica iuuentus, dum poeticos lepores toto uenatur affectu, & mellitos Aganippes liquores anhelis inhiat faucibus, ab obscęnorum poetarum nequitijs posset excludi. Sed quando id obtineri non potest, ecquid aliud est remedij, nisi museas illas uoluptates purioribus in poculis propinare, ac sensim à lethalibus fontibus auocare? Peripathetici de uirtutis, medio inter extrema uitio

rum

Duplex ratio exercitationis ad virtutem.

rum disceptantes, homini præcipiunt uno, ac primo impetu prorsus ab altero uersus alterum extremorũ transuolandum. At Pythagorici sensim, & quasi per gradus à uitio ad uirtutem ascendendum autumant. Benignius, mea sententia, hi medentur, quos nos sequimur. non licet fœda multorum poetarum argumenta blando illita fuco iuuentuti subducere? at saltem puriora simili poeseos fucata specie suggeramus. Discant delitiosiorem etiam poeticam ab honesto nõ excludi. Libent Heliconia mella, seposito ueneno. Hoc mihi uotum est, amice Lector, quod si non assequar, sequar tamen, dum me uita consequetur.

Cur Eutrapeliæ inscriptio.

At enim leuia hìc aliqua sunt. Quidni? Ideo lusus fermè sunt, & dum bene in Parnasso ludere docemus, seria per hos ludos agimus. Quid tandem Eutrapelia est, nisi moratè ludendi uirtus? Illa & ambiguè dicta, & acutè iacta, & figuratè compta, & iocos, & sales, & alliterationes, & si quæ alia etiam minutiora sibi uendicat. Illa nos etiam, dum illi paremus, ab importuna criticorum seueritudine uendicabit. Aliquando &,

Nobis hìc libet esse non seueris
Qui musas colimus venustiores.

Exempla poeticè ludentium etiam grauium virorum.

Quid tubam in lyra quæris? Iouianus Pontanus, (quantus uir!) eximiè Philosophus, ac Neapolitano regi olim à consilijs, & secretis. ille, inquam, uir si quando grauiores curas Pierijs lusibus libuit alleuare, philosophicum illum spiritum puellaribus neniolis haud ueritus est sine uirtutis dispendio, attenuare. Nimirum de homine, cum ludit, non est censendum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Est tamen grauibus, ac serijs suus & hic locus; quæ si amas, ijs tu fruere, nec hilaria damnato, sed ea hilarioribus ingenijs permittito.

Vt pictura poesis erit.

Interpretor: ut nulla pictura sine umbris, sic pro nulla est illa poesis, quę nunc seria, nunc iucunda, styli nunc elationem, nunc temperamentum, sententiarum nunc copiam, nunc parcitatem, quasi quandam colorum, atque vmbrarum varietatem, non habet. Argumentorum, ac styli ex arte non vna forma in laude; non in vitio est ponenda. Non omnibus in hoc rerum orbe, quocunque te vertas, eandem videris faciem, ab ea tamen varietate κοσμος *ornatus*, siue *mundus* appellatur. Si quis Tragicum solum tumorem admiratur, si quis perpetuum in omnibus sententiarum farcimentum affectat, & minora hęc, quę ad Lyram, præ se temnit, meminerit verè dictum.

Horatiani loci ad rē nostrā non vulgata interpretatio.

Styli varietas, præsertim in lyricis est laudanda.

Laudant illa, sed ista legunt.

In lyricis non affectatæ delitiæ placēt.

Non omnia epigrammata, non odaria, non cætera poematia semper ad idem sunt examen trutinanda. Non eadem in omnibus ratio, non idem acumen exquirendum.

Aliqua sint, quæ crebro, atque acri sententiarum acumine suspēsum exposcant supercilium: aliquibus sola lemmatis venustate, aut natiuo quodam candore, sat fuerit, si tantum vultu renideas. Alia pro re indignationem, alia risum venabūtur. Alia denique, si cui non satis acutè tinnire videbūtur, occasionem, & argumentum fœcundioribus ingenijs præbere poterunt easdem fides numerosius retentādi. exemplo sit

flos

flos ille noster Narcissus araneà obuolutus, à quo plura alij latinè, atque italicè cecinere. Denique non vni hominum generi, aut ingenio hæc scripta sunt: non vnus leget genius: suæ cuique sint dapes. Quid multa. In his picturis.

Quædam si propius stes
Te capiet magis, & quædam si longius abstes:
Hæc amat obscurum, volet hæc sub luce videri.

Si quando vero, mi lector, fortasse minus in argumento, in arte, in sententià hic videas, versa iterum, & singula retracta, si quò allusum, si quid ambigui, & quasi dolosè dicti. Tunde: latens emicabit scintilla.

At aliqua (nimium aliquis in alienis religiosus obsibilat) profanus aliquis genius è suo sensu parum pudice interpretetur, ac torqueat. E suo plane sensu, modo non è meo: suo vitio modo non meo, quid ad me? Quid tam sanctum, quod prauus animus incestare non possit? Sacras imagines, religiosissima templa nefarijs audax impietas impiat sacrilegijs. ergon' illæ deturpandæ, illa deturbanda? An non delicatulis delitijs, quæ in nostri *Pontani floridis* uernant; an non nuptialibus affectibus, qui in nostri *Remondi Alexia:* regnant, impurum aliquod ingenium malignè possit abutier? An ergo religiosi Poetæ damnandi? Quin immo merita cum adprobatione prodierunt, qui humanos affectus purioribus argumentis honestarunt. Et nobis (cęlo grates) uita, & pagina pudicæ sunt. Quis nos alieno malignæ mentis, & obscęno inspergit cęno? Procul fuci à castis musarum

Formosa, sed pudica nostra est musa.

Etiam in sacris, & pudicis suę delitiæ. Exempla à nostris.

apibus

apibus; procul à nobis Harpyæ stygio attactu aliena fędantes; cuius persona induatur; quis, qui affectus, cuius fortunæ, studij, ætatis inducatur; quo in loco, tempore, quo fine quis loquatur spectandum est, inique ne censeas, ne ve sinistrà accceptes quod dextrà porrigitur. Humanæ actiones ab ijs rebus, quæ speciatim eas circumstant, nudandæ non sunt. Secus enim, vel ipsæ virtutes scelerum facies ferant.

Ad hæc animum intende, si candidus est tibi.

Vera sententia.

Quid tamen si quisquam id sibi tantum operæ sumeret, vt, Hebręorum ab Ægypto excedentium exẽplo, vasa prophana surriperet idolicolis, hoc est poeticam multorum lasciuiam honestis mutaret sententijs? non ne illi tanquam publicè de moribus benemerenti gratia esset habẽda? Quid ergo illis, qui prophanis intactis, venustè honesta primo ab ortu depromunt?

En campus ad meritum & laudem tibi proponitur in poesi.

At quis temporum nostrorum iniquitatem nõ deploret, ac horreat? Quàm sæpe hoc nostro æuo versus prodeuut fętidas popinas, & marcida lupanaria olentes? ij tamen passim impunè leguntur, excusantur, in pretio habentur; si quis vero semel rosam, aut in re pià, & sacrà osculum nominet; si quando in littore cum piscatoribus ad vndarum sonitum, in syluis cum Pastoribus ad frondium sibila concinat, continuò illi flammæ, crucesque intentantur. Si quis, etiam non temere, atque ex antiquorum scriptorum exemplis, ac legibus, verbulum innouarit, si metrum, aut syllabam, vel leuiter immutarit, quę trepidatio, quę suspensio, quę turbę nunquã futurę somniantur? Quasi vero vniuersus Reipublicę status in sacro, sed tenello

Iusta querela.

affectu, in minutula syllaba periclitetur. O sęuum ęuum! Scribas hortantur: scripsisti: scripta, & scriptor lacerantur. Hęccine pręmia? Hoccine honestas musas fouere, sacris vatibus est fauere? An non id est poeticam artem vel perditum ire, vel poetas etiam inuitos ad prophanam poesim excolendam cogere, quandoquidem illi soli omnia prona, frugifera, fauētia, benigna vident?

Præter dāna in bonos mores.

Sed benè, quod is nunc in Petri solio rerum mortalium, atque immortalium habenas moderatur, qui suis & exemplo, & pręmijs ingenuum quemque prouocat ad sacram poesin venuste, ac grauiter excolendam; vt palam omnibus fiat in Parnasso posse non minus palæstinas palmas vatum sacrorum florere, quam cyprias myrtos profanorum.

Extat eius olim cardinalis odarū volumen Pontificio dignum.

Gratulor nūc demum latinæ poesi, quod daphnæa illa laurus imperatorio vertici, & poeticæ fronti olim communis, nunc etiam inter regias Pontificiæ tiaræ ternas coronas serpit illustris, ac regnat. At tu, in hac nostra gratulatione, ac gaudio, vale, Lector, & quod ad nostrarum Eutrapeliarum.—

Nunquam tā altè euecta poesis.

—VERSVS.—

—Aliquos pertinet, vide ne similitudine concinnitatis cum veterum vsitatis fallare, ac putes audere nos nothos versus pro legitimis posteritati obtrudere. Nulli nec hìc, nec alibi apud nos uersus exleges; sed omnes ad easdem illas leges exigendi sunt, quas iā quintū euulgatas, certas, adprobatas, ac iuris poetici seruantissimas habes in nostris dramatèis, pręsertim

Nulli versu in his eutrapeijs exleges.

in syluiludio nuper Parisijs recuso. Ex ijs aliquas dabimus in fine Eutrapeliarum, ut dubitantibus fiat satis. Sed satius fuerit ut libellum olim de his impressum adeas.

Vnum tamẽ hic in poetarum ueterum etiam principibus animaduertas uelim, ò Lector, quod mirum uideri possit poeticorum arcanorum ignaris; nempe versus aliquando esse aliquos, qui vnà, eàdemque harmonià canentis aures permulceant, licet contrarijs inter se pedibus constent. En in veteri pervigilio Veneris: *Paradoxũ metricum.*

Iussus est inermis ire,
Nudus ire iussus esto.

In Claudiani Epithalamio:

Age cuncta nuptiali
Redimita vere tellus.

Idem profecto accidit vtrobique legentibus concentus. & tamen duo priores versus trocheo, duo vero posteriores iambo (excepto anapesto in prima sede) oppositis inter se pedibus incedunt.


Causa est à corruptà, quà nunc omnes vtimur, pronuntiatione syllabarum in verbis latinis. Quam si iuxta veterum leges usurparemus, aures ipsæ pro uarietate pedum uariam semper à uersibus harmoniam haurirent, non uerò eandem, aut simillimam à dissimillimis, atque etiam contrarijs pedibus, ut modo indicabam. Eam ob causam & nostrorum aliqua metrorum diuersum sonarent ab usitatis aliquibus apud antiquos, cum diuersa etiam pedum serie sub certis legibus progrediantur. Vide, sapiens Lector, quam *Ratio paradoxi.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

fallax sit iudicium è similitudine concinnitatis, quam referunt aliqua metra, & caue statim ametra putes, atque * unicà tantum lege eādem metiri uelis harmoniam, quam plurimis, immò ut uidisti, contrarijs etiam uijs adire licet.

*Ad hoc valde aduertēda cogitatio.

Vale iterum, mi Lector, & faue.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

POETICARVM

EVTRAPELIARVM

Libri VI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

SYNOPSIS EORVM,

quæ in Eutrapelijs Poeticis sunt.

I. SACRA

Sub quibus sunt.

AFfectus lib. 1. eutrap. 1. *Christus nudipes.*
Eutrapelia 2. *Christi angor in horto.*
Eutrap. 4. *Osculetur me osculo oris sui.*
Eutrap. 5. *fulcite me floribus, stipate me malis.*
Eutrap. 16. *Ad Christum.*
Eutrap. 26. *D. Petrus per mare pedes.*
Eutrap. 27. *Idem.*
Eutrap. 28. *Idem.*
Lib. 2. Eutrap. 9. *ad Christum vulneratum, & cruentatum.*
Eutrap. 18. *Christi à matre ad necem discessus.*
Eutrap. 19. *Idem.*
Lib. 3. Eutrap. 7. *D. Io. Euangelista supra pectus domini in cœna recumbens.*
Eutrap. 8. *Idem.*
Eutrap. 11. *fasciculus myrrhæ.*
In Sanctissimam Trinitatem. hymnus lib. 1.

CHristi infantilia lib. 1. eutrap. 6. *Deipara puello Iesu violas.*
Lib. 2. eutrap. 6. *Iesus lactens.*
Eutrap. 7. *Idem.*
Eutrap. 8. *qui pascitur inter lilia, &c.*
Eutrap. 15. *Christi infantis vagitus.*

Lib.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Chri-

Euphe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Euphemia, *Magdalena*, D. Amori è proprijs cruciatibus munera conferunt. lib. 2. eutrap. 16.
Loca Sancta. lib. 4. eutrap. 13.
Euangelica Adultera. lib. 1. eutrap. 3.
Lothi vxor salis statua. lib. 1. eutrap. 14.
Infantes hebræi aquis submersi. lib. 5. chorea 7.
Moses Infantulus aquis commissus. libro 1. eutrap. 24.
Mosi infantulo ab aquis incolumi. eodem libro eutrap. 25.

S *Acrarum Heroidon Epistolæ*.
Maria Jesu filio amisso. lib. 1. epist. 1.
Lucilla virgo Alexandrina oculos cum epistola mittit Chalasyro &c. lib. 2. epist. 2.
Chalasyrus Lucillæ respondet. ibid. epist. 3.
D. Dorothea Theophilo poma, rosas, & epistolam mittit. eodem lib. epist. 4.
Susanna in carcere Ioachimo marito. lib. 3. epist. 15.

Habes & alia sacra in sequentib. capitib. nempe in Rurestribus, in Satyricis, ac præsertim in tabellis &c.

II. RVRESTRIA.

Flores in calatho. lib. 1. eutrap. 9.
Florum iræ ab aura pacatæ. lib. eod. eutrap. 30.
Veri iunctus Autumnus. lib. 2. eutrap. 5.
Rosæ è cruore D. Francisci flagello se cedentis. lib. 3. eutrap. 5.
Lilium, quod pingitur in manu Angeli ad Deiparam nuntij. eodem lib. canticum 1.

III. PASTORALIA.

Per-

IV. VENATORIA.

V. PISCATORIA.

VI. SATYRICA.

Miles gloriosus, lib. 3. eutrap. 17.
In desidiosum, lib. 4. eutrap. 31.
Grylli ibid. eutrap. 33.
In iracundos, eod. lib. eutrap. 40.
In ebrietatem, lib. 5. cant. 5.
In aurum, ibid. fragm. 1.
In adulatores, ibid. fragm. 2.

Alia inter varia.

VII. FVNEBRIA.

IN *funere Hispaniarum reginæ*, lib. 1. nenia.
Mœsta pietas &c. lib. 3. eutrap. 4.
Bisannis fluuius, elegia 3. lib. eod.
Tragedia exanimata, eod. lib. eutrap. 9.
Infantuli tumulus, lib. 4. eutrap. 17.
Exanimatus iuuenis, lib. 5. cant. 3.

Alia funebria partim sunt inter piscatoria, partim inter pastoralia.

VIII. VARIA.

IRis, Idillium, lib. 1.
Icarus, lib. 1. eutrap. 11.
Clepsydra horaria è lacrymis, ibid. eutrap. 15.
Fortis vt mors dilectio, lib. 2. chorèa 1. *& lib. 3. chorèa 2.*
Lacrymæ, lib. 2. elegia 1.
Risus, elegia 2. ibid.
Æger fidicen &c. lib. 4. eutrap. 8.

IX. TABELLÆ, SEV PICTVRÆ.

LE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Habes in prædictis præter epigrammata diuersiformia etiam—

Elegias
Monodias
Idillia,
Cantica,
Chorèas,
Echones,
Figuras,

Vt quę in Simmia rhodio, scilicet columnas, alas secures, bipennes &c. de quibus vide præsertim in legibus metricis ad lib 6.

Hymnum & alia &c.

—

EVTRAPELIARVM SIVE VRBANITATVM POETICARVM LIBER PRIMVS.

Christus in picturà nudipes. *

EVTRAPELIA I.

E ritu Nazareorum, qui cum sādalijs.

OS ne polos calcare pedes, & sydera sueti,
Ducitis, ah, nudos dura per arua gradus?
An ne parum quæ dira manent vos vulnera ferri,
Sauciet attrituni quoque dura silex?
Tu pedibus pennata sacris gens ætheris alti
Subijce sydereas obsequiosa manus.
Tu pariter quacumque vagus vestigia ponit
Dedala florentes suffice terra toros.
O' ego flos fierem! saltem calcatus haberem
Vt sub * marmoreo viua sepulcra pede.

Angelis suis mandauit &c. In manibus portabunt, &c.

*ad colorem.



Chri-

Christi angor in horto.

EVTRAP. II.

VNdique sanguineo Christi manantia rore,
Poplite succiduo, frigida membra iacent.
At vos Christisequæ, securos ducere somnos?
Vos decuit madidæ tergere frontis aquas,
Aut latus obiectis lassum fulcire lacertis.
*Non poterat vestras * ille grauare manus.* (* Christus)
Brachia Iohannes, ceruici prona labanti
Subde, tuæ proprium subdidit ille sinum. (In cœna paullò ante.)




Adultera Euangelica.

EVTRAP. III.

QVid trepido suffusa genas pallore nitentes
Despicis acclinem, mœsta puella, Deum? (Inclinatum in terra, & scribentem, &c.)
Miraris vario pingentem sydere cœlum
Puluereis dextram fingere verba notis?
Huc egère tuæ scribentem crimina labis.
Sed tamen in putri pellegis illa solo: (Tua peccata scribit in puluere, ut facile deleãtur, &c.)
Mox abolenda, leui spirent suspiria vento,
Gutta vel ex oculis incidat vna tuis.

EX EPISTOLIS SACRARVM HEROIDON PRIMA

ARGVMENTVM.



Deipara Hierosolymis in patriam redibat: Iesus duodennis in eo reditu desideratus est. Ad absentem mater hanc epistolam sui doloris interpretem dedit.

MARIA IESV FILIO.

QVis tibi, quoue ferat non surdas fidus ad aures
Nuntius hæc lacrymis verba notata meis? Epistola lacrymis scripta.
Nate, lates mea lux: raperis mihi, nate, meum cor.
Quo sine luce ferar? quì sine corde querar?
*Crebra serenatum * nubunt suspiria cœlum,* *Velant nuptæ velatæ.
Cæcaque perpetuo lumina rore latent.
Per tenebras quo cæca ferar? Quæ, nate, latenti
Nuntia maternas perferet aura preces?
Desertam men' ergo fugis? Non sæua leæna,
Non ego crudeli dente timenda tigris:
Sed tibi cara olim non segni mater amore,
Cui solitus teneras reddere blanditias.
Et tua cui niueas suxere labella papillas,
Oscula quæque tuis fixit hiulca genis:
Quæ precor, a misera procul vt te matre fugarent,
Læserunt oculos crimina nostra tuos?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Anne parum cautos impendi mater amores?
Huc ades, & crimen penſet amoris amor.
Auræ, vicinis placidæ de collibus auræ,
Et quæcumque meo turba dolore doles,
Dicite vos olli miſeræ tabeſcere matris
Languida crudeli pectora diſsidio.
Si qua tamen caros non norunt lumina vultus,
Accipiant nati ſymbola certa mei.

Omnia in homine Christo cœlestia.

Illius in vultu nil non cœleste videbunt:
Huc natura ſuas tota coegit opes.

Oculi ſydera.

Viua ſerenatà ſcintillant ſydera fronte:
Hinc ſibi diuinus tela miniſtrat Amor.

Cœsaries è Solis radijs.

Explicat aurato Phœbæos vertice crines:
Hinc ſua diuinus vincula nectit Amor.

Genæ è purpurà Auroræ.
* Pro ore,

Ore, genis Aurora ſuos afflauit honores:*
Hinc amor ardentes ſurripit inde faces.

Sinus è vià cęli lacteà.

Colla, ſinus pinxit ſpargens candore niuali
Lactea quæ cæli ſemita nomen habet.
Aureolo ſi dentis ebur patefecerit ore,
Sit tibi conchiferi candida gemma maris.
Riſerit, aut roſeis efflarit verba labellis,
Fulgura riſus erunt, fulmina verba dabunt.
Fulmina felici figentia pectora telo:
Cara magis feriunt, quò mage ſæua cadunt.
Membra puellari cœleſtia nubit amictu
Quæ fluit ad teneros candida palla pedes.
Ac licet alpino prætexta niueſcat honore,
Corda tamen pallà candidiora gerit.

Anacephaleosis prædictorum figurata.

Sed prius eoas numeraueris æquore conchas,
Sydera quot cœlo Lacteus orbis habet,

Quot

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Quot Phœbus crines, Aurora quot ore colores,
Dicere diuini quam vacet oris opes.
Denique quisquis erit, qui se se in veste ferentem
Viderit, humano non neget ore Deum.
Hunc mihi felici si quisquam adduxerit arte,
Oscula de roseis præmia habeto genis.
Oscula cœlestem spirantia nectaris auram.
Oscula terrenis anteferenda bonis.
Sed mihi fingenti hæc raperis pede, nate, fugaci.
Te sequar, & gressus vmbra fugacis ero.
Oscula ferre iuuat, mollique adlambere lingua
Sicubi, nate, tuo semita trita pede:
Indubitata feret volucris vestigia cursus
Sicubi se multo flore coronat humus.
Pectore nectareum iuuat aera sugere anhelo,
Qui tibi purpureo libat ab ore rosas:
Lumina non vllis fallentur nostra tenèbris,
Non magis ex vllà parte serenus erit.
Per nemora, & colles tacità captabimus aure,
Si qua tibi auratas ventilat aura comas:
Illa erit, immotis quæ clementißima pennis
Mollia sub viridi sibila fronde ciet.
Alba verecundis adnata ligustra rosetis,
Lilia purpureis iuncta papaueribus,
Tempore frugifero grauidis rutilantia ramis
Poma mihi formæ sint monumenta tuæ.
Quid Loquor infelix? Quæ, nate, ligustra videbo, Correctio figurata.
Post amissa tui viua ligustra sinus?
Mixta ne purpureis spectabo poma rosetis,
Vtraque si vultus eripuere tui?

 Nate,

Anacephaleosis prædictorū figurata.

Nate, tui sine honore sinus, sine honore genarum
Alba ligustra, suo poma colore carent.
Ergo vbi formosi non fictà in imagine vultus
Vera mihi dabitur forma videnda tui?
Fallor? an aerio raperis per inania curru?
Aligera exemplo te sequar vsque tuo.
Pœna mihi pennas, volucres suspiria ventos,
Vota dabunt alas: tu mihi nidus eris.
Sed te forte, leues qui cuncta educis in auras,
Spargis & omniferà larga alimenta manu,
Non pudet Isacidas victum rogitare per vrbes,
Fortunata nimis quæ tibi larga manus;
Plura feret, quàm dona dabit. si munera quæris,
Huc ades, & totam me tibi munus habe.
An magis ire iuuat vitrei Iordanis ad vndas?
Huc ades, en oculi flumina bina mei.
Prætereunt si forte suas crescentia ripas
Flumina, de lacrymis intumuere meis.
Nec tamen, aggeribus quamuis se se egerat altis,
Cor mihi carpentes vicerit vnda faces.
Felices Iordanis aquæ! non lumina surgunt
Solis ab Eoo lucidiora mari,
Quàm modo qui vestros conuestit lumine colles:
Euehit ille diem, deuehit iste Deum.
Si quando flumen prono libauerit ore,
Protinus ætherei nectaris vnda fluet.
Ah tibi ne teneras, fili, per deuia plantas
Horridus immiti sauciet vngue rubus.
Ten', puer, humentes sub dio carpere somnos,
Sufficis Hyrcanis qui sua tecta feris?

Ten' ſaxo puerile caput fulcire rigenti,
Cui vaga muſcoſo labitur vnda toro?
Saxa ſub acclini ponent ceruice rigorem
Facta tibi humano pectore dura minus.
Me miſeram! ſi, nate, iaces dum nocte ſoporâ,
Saxa tibi noſtro ſunt potiora ſinu.
Hoc memini ſomno lapſos te ponere ocellos,
Meque caput capiti ſuppoſuiſſe tuo.
Nunc fruitur felix noſtro Iordanis amore:
Ille tibi famulas ſubdere geſtit aquas.
Ille pedes molli dum præterlabitur vnda,
Oſcula lambenti crebra liquore rapit.
*Ille videt * volucres circumuolitare puellos,* * Angelos.
Deque ſoporatis carpere mella labris.
Aſt ego, formoſo viduata vt compare turtur,
Quæ gemit vmbroſis mœſta ſub arboribus,
Te ſine ſola queror, ſeu nox humentibus vmbris
Ingruit, auricomo ſeu redit ore dies.
Sed quid ego te, nate, ſequar qui culmina olympi, Quâ Deus.
Qui ſola terrarum, qui maris alta ſubis?
Te locus omnis habet, ſed dum loca cuncta tenentem
Per loca cuncta ſequor, te mihi nullus habet.
Ora quid abiungis, ſi pectora iungis amore?
Pectora læta calent; mœſta quid ora madent?
Nate, redi; mea vita, redi, iubar exere vultus,
Et mihi felicem, lux mea, pande diem.
Si non viuenti, vicinâ morte cadenti
Te refer, & cara lumina conde manu.
O ego ter felix! o terque, quaterque beatum Nã mori, præſente, & adſtante vita, non eſt mori.
(Tu modo non abſis, o mea vita,) mori?

Oſcu-

Osculetur me osculo oris sui,

EVTRAP. IV.

Deipara, amisso filio, queritur,

PAnge suauiolum, puelle, matri
Præ desiderio tui labanti.
Si curas pectoris lenire curas,
Pange suauiolum, puelle, matri,
Animum fugiens mi surpuisti,
Hunc vt exanimum per os reponas,
Pange suauiolum, puelle, matri,

Tu mihi animus: abes, exanimor. Ades, & osculo animum mihi repone,

Fulcite me floribus, stipate me malis,

EVTRAP. V.

Eadem queritur,

NOstra quis effulcit subiectis tempora malis,
Excipit aut roseo languida membra toro?
Desine: non ægræ sunt hæc solatia menti,
Debita languori non ea fulcra meo.
En ades, & pronam sustentent oscula matrem,
Malaque sint malæ, nate, labella rosæ,

Alios flores, alia mala ego posco.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Deipara puellulo Iesu violas.

EVTRAP. VI.

Ipsa loquitur.

TV qui flosculus es campi,
Valliumque lilium,
Tibi nate, quas eburnà
Vnguis falce messui,
Mollicellà rubicundas
Cape manu violas,
En diductis, vt labellis
Penè risu gestiunt,
In eburneum serendæ
Tuæ manus vasculum.

Apes in D. Ambrosij infantuli ore.

EVTRAP. VII.

POETA. APES.

Po. *DIcite, num pueri volitastis in ora daturæ?*
An mage rapturæ munera mellis, Apes?
Ap. *Rapturæ: nam nostra cohors illusa labellis* Falsæ apes rubore &c.
Aduolat, hybleam dum putat esse rosam.

Baptista

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Baptiſta puellus propè fontem in Eremo.

EVTRAP. VIII.

VIden' vt vitreæ
Saliens lymphæ
Fonte pumiceo
Gelidus humor
Fornice concaui
Frangitur antri?
Viden' vt tenui
Depluens nimbo
Capita mollium
Curuata florum
Leuiter gemmeo
Rore conſpergat
Quaſi te, puſio,
Baptiſma docens?

Baptiſta futurus diſcis à fonte ſpelũcæ baptiſma, dũ lymphæ, refractæ ſpargũt floribus capita.

Chriſtus in Iordane.

FRAGM. I.

Ex epicodramate authoris.

NEctarei fontes, ſacræ Iordanis & vndæ,
Quæ formoſa mei membra rigaſtis heri.
Flore coloratæ muſcoſa ſedilia ripæ,
Et laſſo læta virentes
Quæ dedit herba toros;

Pal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Palmiferi ſaltus; & ſicubi ſolis ab æſtu
Algida ramoſas texuit vmbra domos:
Suaue nitens aer, & luminis aura ſereni
Quæ fluminis imbre madentes
Tergere viſa comas;

Ut mea mulcetis blando præcordia ſenſu!
Pellicit ut veſter pectus amantis odor!
Vt mihi mens veſtro vernat, licet abſita, vere,
Dum mirà callidus arte
Vos mihi pingit Amor!

Flumineo manans argentea copia cornu
Aurea perſpicuis per vada ſerpit aquis.
Gramina cæruleis rident ſapphirina ripis,
Et rauco garrula ſiren
Murmure lympha canit.

Nõ ex vrnã ſed è cornu cum quo finguntur flumina; è cornu aureo manat argẽtea aquarum copia. noua cornu copia.

Nectare tranquilli ſpecies patefacta diei
Stillat, & ambroſio ſpirat odore nemus.
Aura per & frondes, & odora per agmina florum
Blandum ſuſpirat amorem.
Cæca vel vmbra nitet.

Etiã vmbræ lucent.

Littore nudauit diuini corporis artus
Sol meus, & nullà lumina nube tegens.
Pulcrior, æthereum radiorum vibrat honorem;
Luſim criſtallina ſacros
Adſilit vnda pedes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Fundit odorato nubes se florea nimbo
Molliter in molles insinuata sinus.
Intumuere auris nitidi, vela aurea, crines,
Zephyri dum rentur eburnam
Lactea membra ratem.

Diuinos natura artus effingere furtim
Abdita dædaleæ nititur arte manus.
Sol rapidos compresit equos miratus ab alto,
Ac tales vnda relabens
Visa ciere sonos:

Quis calor elapsum properantum frænat aquarum?
Æstuat in gelidis quę mihi flamma vadis?
Ecquod ab igniuomo delapsum sydus olympo
Lustrat se flumine nostro,
Lumine nosque suo?

O nitidos artus! nostris quibus ęmula pratis
Lilia nulla, meis marmora nulla iugis.
O rutilos crines, blandoque nitore micantes!
Longe quibus aurea nostri
Cedit arena soli.

O Ætnæ parilem! tenerum cui lactea dorsum
Nix tegit æthereas eiaculata faces.
Ten' ego, ten' vitreis (o fortunata!) lacertis
Amplector, & vda liquenti
Oscula libo labro?

Ergone sydereo ceu tela argentea vultu
Illinor, & formæ pingor honore tuæ?
Hæreat hæc vtinam liquidis impressa tabellis
Dum làbor, amara tumentis
Leniet ora freti. &c.

Flores in Calatho.

EVTRAP. IX.

MOPSVS. DAMÆTAS.

Mo. *VIrgato geris quid, Dameta, calatho?*
Frondosa tolle tegmina.
Da. *En picturatos veris fructus flosculos*
Nupturo fero Thyrsidi.
Mo. *Ah facinus! tun' ausus es incidere*
Tam bellos prati alumnulos?
Da. *Vltro legenti semet ipsi dexteræ*
In prona dabant oscula.
Mo. *Ah nunc quasillo velut in ferètrulo*
Pallent miselli exanimes.
Da. *Quin odorato respirantes halitu*
In torulo ceu dormiunt,

Luditur: vt Mart. - vxori nubere nolo meæ



EVTRAP. X.

CÆſpite in hoc tumulũ, viridique in cortice carmẽ,
Suetus ad hoc paſtum ducere gramen oues,
Paſtor habet Lycidas: vrnam prope fluminis vrnam,
Suetus ad hoc potum ducere flumen oues.
Æthere mens fœlix per lucida prata vagatur,
Phryxeamque nouo lumine paſcit ouem.

Omnia paſtoralia viuo, & mortuo ĩ terris, in cœlis.

Iris.

IDYLLIVM I.

Sic Paſtor apparẽtem Irim alloquitur.

*Ab eodem patre ſoli.

*Nuntia Iunonis.

Rubor in Iride eſt à verecundià, dũ ſe à tot hominibus in terrà ſpectari videt. Diluuiũ fuit cœli colliquatio vt terras ablueret à ſordibus ſcelerũ. Ponam arcũ meum, &c. ſignum fœderis, &c. Geneſ. Arcus, non belli, ſed pacis ſignum.

IRI decus cœli, phœbeæ filia lucis,
*Auroræ * germana, virens pons ætheris alti,*
Grande ſupercilium, plorantis riſus olympi,
Infula cœleſtis, diuini Limbus amictus,
*Iri decus cœli, * nympharum gloria ſalue.*
Dum tuus in madidis curuatur nubibus arcus
Fronte ſupercilium ſuſpenſa curuat in arcus
Admirata tuos mortalis pupula honores.
Tu tibi deſpectans inhiantia lumina ab alto,
Caſta verecundo ſuffunderis ora rubore.
Aurea cum vili vitiaſſet corda metallo
Gens hominũ, mundumque luens reſolutus in æquor
Cum ruit ad terras effuſis imbribus æther,
Te ſator aſtrorum nimboſa ex æthere dextrà
Oſtentans orbi, firmatæ fœdera pacis
Eſſe dedit: pacem firmaſti belliger arcus.

Scilicet innocuum te cuspide tela minaci
Nulla terunt, nullo lunantur cornua neruo.
Cynthius oppositis dum lumina tẽperat vmbris,
Illinit & niueæ rorantia carbasa nubis,
Ora tibi pingit. vel dum caua nubila cœli
Circinat illudens auratæ cuspide lucis;
Vndique curuato te fingit in æthere gyro.
Idem nimbifero radios dum conserit aruo
Lucisator * Phœbus, de semine luminis orta
Educis folio te versicolore comantem.
Humidus imbriferas hyemes si cogitet Auster,
Tu picturatà delapsa è nubibus vrnà,
Nympha refundendas subducis ab æquore lymphas.
Tum leuis effugiens irati murmura ponti
Eueheris curru per inania lata volanti,
Ponè rotas curuo florescit semita tractu.
Cum matutino glomerantur nubila Coro,
Sæuaque pulueréi meditantur prælia venti,
Nube sub aerea trepidas vexilla per auras
Signifera exertas magni portenta duelli.
Phœbus at horrenti septus ferruginis vmbrà,
Luctatusque diu, validis dum viribus vrget,
Lucidaque in nubem contorquet tela madentem,
Saucia ceu roseum te prodigit illa cruorem.
Mox Phœbo, vt cecidere maris, cęlique fragores,
Post victas hyemes, tempestatesque subactas,
Ipsa triumphales victori construis arcus.
Exin egrediens humenti nubis ab antro
Expandis madidas phœbea ad lumina pennas.
Post vbi languescens patrio sub lumine solis
Nubi-

Benè: quia hic arcus sine neruo, ac sagittis.
Iris pictura solis est.
Et circulus, & germen à luce in &c.

* Lucem ferens.

Bibit ingens arcus aquas, Virg.

Iris semita, & orbita colorata currùs, &c.

Signum purpureum, & cruentũ militare.

Purpureus Iridis color sanguis est sauciæ nubis à Phœbi telis.

Arcus pictus triumphalis Phœbo victori.

Iris croceis per cœlũ roscida pẽnis, Virg.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Quia deficiête Iride, madent gramina à recête pluuia.

Nubibus immoreris, te gramina mœsta per agros,
Te madidi lugent demisso vertice flores.
Nec vero germana tibi Tithonia coniux
Laude pari certet, quamuis sit lutea, quamuis
Ostentet roseas per cœlum vecta quadrigas.
Illa polo somnos abrumpit nata salubres,
Bella refert, operumque oblita in corda labores:
Tu pia, terrificam cœlo intentante ruinam,

Expâsis brachijs coloratis, &c.

Sustentaturas telluri porrigis vlnas,
Pandis & à superis orantia brachia pacem.
Illa Dioneis, vt famà est, præsidet hortis:
At tibi terra parem submittit dædala florem,

Iris farnesia,

Iris hic est florum, tu flos humentis olympi.
Illa vbi purpureis exornat tempora sertis,

Aurora se comit ad maris speculum.

Et se se vitreà ponti speculatur in vndà,
Indignata suos occludunt sydera ocellos:

Aurora oriente cur stellæ occidât.

At te sæpe vident sublustri nocte nitentem
Astra, tibi cedens dum lacteus inuidet orbis.

Iris à luna in nocte aliquando.

Vidi ego noctiuago vehitur dum Cynthia curru
Et ducit tenues argentea fila per vmbras,

Iris nocturna est tela colorata, q̃ luna texit, &c.

Mollia subnectens candentis vellera nubis,
Sæpe coloratam nocturna ad lumina telam
Texere dona tibi, textum mirantibus astris.

Conclusio moralis è poeticis lusibus.

Sed quid ego aspecto? meritas dum pandere laudes
Molimur, fugis in tenues euanida nubes?
Heu nimium fallax mortalis gratia formæ?



Icaru

Icarus.

EVTRAP. XI.

FLamma dedit Phœbea rogũ, maris vnda ſepulcrũ:
Ætheris alta petis; æquoris ima ſubis.
Vnda tibi flammas, vitamque extinxit; at extat,
Et ſtabile inſtabili nomen inhæret aquæ.
Collapſas tua fama legens ex æquore pennas
Induit, & rurſum te ſuper aſtra vehit.

Ex icari pẽnis fama eius nominis alas induit, & ĩmortalẽ quodãmodo effecit.

Myconis Piſcatoris Tumulus.

EVTRAP. VII.

PIſcantem niueas liquido ſub marmore gemmas
Hauſta, Mycon, ſtygijs te dedit vnda vadis.
Extractum ſocij duro ſub marmore ponunt,
Quo velut in conchà condita gemma lates.

Piſcabaris gẽmas ſub marmore liquido, factꝰ es gemma marmoris ſepulchralis ceu cõchæ, &c.

Pernix Venator.

EVTRAP. XIII.

QVis te, dum curſu Damas, Ceruosque fatigas,
Thyrſi, docet volucres ſollicitare pedes?
An te pegaſeo celerem vehit ala volatu?
Pennipedisne rapit mobilis aura Noti?
Aligero per ſumma leuis pede culmina florum,
Thyrſi, volas, teneras, nec violas violas.

Energia ad curſum exprimẽdum & verbis, & pedibus verſuum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Lothi vxor salis statua.

EVTRAP. XIV.

Vidit vt obductà Lothus sub caute rigentis
Auersa auersus coniugis ora suæ
Molitus lacrymis saxi mollire rigorem,
Oscula compreßis legit ab ore labris.
Summaque cum salsos libaßet lingua sapores,
Serò, ait, heu serò post tua fata sapis.

Clepsydra horaria è lacrymis.

EVTRAP. XV.

Tempora quæ gemino metitur turgida ventre,
Et gerit inclusas vitrea pyxis aquas,
Hanc tepido impleruut manantia lumina rore,
Dum dolor effusis fletibus ora rigat.
Hinc lacrymis quæcunque mihi deducitur hora.
Hinc didicere meis tempora flere malis.



Ad Christum.

EVTRAP. XVI.

QVid toties, mi Christe, meum tibi poscis Amorē?
Quî pote, ni tua sint munera noster amor?
Aut quî noster amor tua munera, ni mihi corda
Pectore diuellas, & mihi me rapias?
Sim excors, te ex corde vt amem. Cordi abripe mentem: Amãtis animus magis est vbi amat, quam vbi animat.
„ Cor mihi non amens esse nequibit amans.

In Iudam.

Dum Christus in extrema cœna, ei pedes eluit.

EVTRAP. XVII.

ASpicis hunc, Iudas, flexo tibi poplite pronus
Commixto lacrymis qui lauit imbre pedes?
Huicne dolos, vesane, paras? his vincula palmis?
Dirane viuificis funera luminibus?
Aspicis hunc, Iudas? at forte cupidine nummi
Cæcus habes miseros in loculis oculos.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

IN FVNERE MARGARITÆ AVSTRIACÆ HISPANIARVM, &c.

Reginæ incolumi partu extinctæ.

NÆNIA.



Xtinctà matre, lacrymas,
Natone nato, gaudia
Incerta Musa, concines?
Extinctà matre, lacrymæ
Turbant puello gaudia;
Orto puello, gaudia
Turbant parenti lacrymas.
Vtrum, musa, concines?
Tibi, Mater, sit funèbris;
Tibi, Nate, sit natalis
Vna vtrique Nenia.
Mortem matri, somnum nato
Mortis gemellum placidæ;
Matri æternam, nato breuem
Requietem, accinet
Vna vtrique Nenia.

Nenia olim ad feretrũ, nunc etiam ad cunas.

Cælo

Cœlo parens addita,
Terris puer editus:
Noctem mater, diem puer
Hausit: oris appulit
Vitæ puer, oras mater
Cum cæleſtes attigit.
Ortum nato, portum matri
Vna dies attulit.
Rediuiua, velut Phœnix,
Vitam puero fœcundis
Fudit ab exequijs.
Ipſe pupulus materno
Vitam duxit ab interitu.
Ipſa parens puerili
Lethum traxit ab exortu.
Orbi ab orbe occiduo
Nouum ſolem extulit, — Mater, ĩ hiſpanià, quæ nobis occidentalis eſt.
Quaſi Aurora elanguit
Lucem ſuperis datura.
Vitæ limen orientis
Adit alter, ſubit altera
Vitæ fines occidentis.
Vt fructum dedit regium
Lethali excuſſa turbine
MARGARITÆ regia
Defloruit venuſtas.
Truncus arens concidit,
Ramus virens viguit.
Materna fax extinguitur;
Inextincto lumine. — Matris lumen filius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Vix lucem partus accipit;
Parienti surripit:
Vix puer suos reserat,
Matri condit oculos:
Vagit, doletq; facinus
Matricida innoxius.
Nocte Matris in lethali
Ceu gemella sydera
Nati fulgent lumina.
Moritura nato parens
Prima simul, & extrema
Collabellat oscula.
Paritura, peritura
Aue, vale miscuit.
Echo funerea.
Protulit hæc: Morior;
Retulit hic: Orior.
Ha ha rident natalia:
Ah ah gemunt funera.
Matris fusas funere
Rore mixtas lacteo
Sugit puer lacrymas.
Lacte manant dum papillæ
Madent lacrymis pupillæ.
Cunis additur sandàpila,
Geniali, genitali
Toro cenotaphium,
Vesti pullæ purpura,
Talamoque tumulus.
Nigricant cunabula,
Purpurascit fèretrum.

Fax

Fax èadem funerea
Teda natalitiá st.
O læta tibi funera
Tedà natalitià!
Heu natalis mœsta tibi
Face lux funereà?
Heu iussa mortis ferrea!
Vtrique iusta surripit,
Dum natali gaudio
Eripit huic lacrymas;
Dum materno funere
Eripit huic gaudia.
O iussa mortis mollia. Correctio figurata.
Vtrique iusta sufficit,
Dum natali gaudio
Temperantur lacrymæ,
Dum materno funere
Temperantur gaudia.
Vnà gaudent lacrymæ,
Lacrymantur gaudia.
Prima nato cum libauit
Mixta fletu basia
Quasi vitam geminaret
Olli mater animum
Inspirauit, expirauit.
Puerilcs finxit artus
Vt fœcundo viscere
Ipsa suo fœta parens
Animauit animo:
Vno partu cum puello

Quasi animà matris animaretur partus, eo in lucem emisso, mater iacuit exanimata.

Mox effudit animum.
Fœtus matris est ocellus:
Lumen mater, & ocellum
Ut emisit, languidæ
Concidere pàlpebræ.
Vita matris est puellus:
Mater moritur, puello
Nec moritur superstite:
Vita mater est puello:
Viuit puer, & parente
Immoritur in mortuà.
Alter ab alterius
Vità, morte pariter
Et viuit, & emoritur,
Nec viuit, nec emoritur.

Ad* reginæ, & ad gēmæ nomē allusio.

Legit littore ab Ibero
Mors piscatrix * *Margaritam*
Cœlo sydus additura.
Ecquis mortem criminetur?
Gemmam terris abstulit?
Natum sydus intulit.

Aquilę Austriacæ, &c.

MARGARITA ad cęlites,
Austriacæ regalibus
Subuecta es alis alitis.
Regni sydus eras, eris
Margarita syderum.
Te mors orbi rapuit,
Fœta regibus ne plures
Reges orbi pàreres:
Deerant regna, quæ parèrent.

Non

Non sat erat, non parerat
Vnus orbis regibus.
Sed iam pueri tenellis
Somnus incubat ocellis.
Ora matris ora nati
Æmulantur, & videntur
Aut vterque soporatus,
Aut vterque mortuus.
Incompta matris funere,
Rudis exemplo pueri
Jnter cunas, & feretrum
Orta sile Nenia.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

EXCELLENTISSM

OCTAVIVMF

PHILOSOPHICAS THESESPR

multiplici argumento Herculi compararu[...]. In
sunt - Octauianæ pro[...]ercu

EVTRAPE[...]IA

Adhuc puer metas ponit ingenij quasi Hercules literarius, vltra quas vix, &c.

Ingeni metas pubentis adhuc
Teneræ primo flore iuuentæ
Nouus Alcides
Ponit Octauius:
Vlli negat vlterius
Natura īgenio gradū.
Quisq; Octauiæ
Nitere Sophiæ
Flectere validas
Nodū valido in
Corpore vires,
Solidas quaties
Ante columnas.
Vnus Atlanticæ
More columnæ
Impubis adhuc
Viribus animi,
Strenue iuuenū,
Potes imposta tueri
Vasti pondera mundi.
Solidæ Octauius robore mētis,
Natura, tuos sustinet orbes
Firmius, Herculeà quā si ceruice sederent.

Oppugnatores de sententiā D. Octauium nō dimouebunt quasi columnas, &c.

Sustinuisti .n. theses de vniuerso.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

SSIMVM DOMINVM

VMFARNESIVM

ESESPROPVGNANTEM MVSÆ

mpararu . In id, præter alia, hæ ab authore statutæ

ianæ pro Herculeis Columnæ.

TRAPELIA XVIII.

Paria æternis chalybum nodis,
Firmata seris tēpla adamātinis
Tibi Mnemosyne
Locet, Octaui,
His innixa columnis
His incisa columnis
Fortia proauûm
Gesta tuorum,
Et Farnesij
Germina Floris
Vsque recenti
Vireant æuo.
Hos ad scopulos
Irrita spumans
Liuor īsanos
Frāgito fluctus.
Geminæ insiliēs
Crebra columnæ
Alterno fama volatu
Procul ære sonanti
Dotesque tuas; moresque tuos
Canat Eois, canat Hesperijs,
Et mutæ referant Octauia nomina cautes.

Hæ colūnæ sint pro templo Memoriæ, &c.

Incidātur in his merita D. Octauij.

Inuidia rūpatur ad has columnas.

Fama alternis insiliens vtramque, posteritati personet D. Octauij nomen.

Puellulo Iesu à matre munuſcula.

Pomum perſicum.

EVTRAP. XIX.

HOc habe Luteolum,
Belle puer, Pomulum,
Quod ſi probe perſpicis,
Cor in fructu percipis.

Perſicũ Pomum ſymbolo,& figurã refert cor.

Fraga.

EVTRAP. XX.

CApe Fraga rubentia
Munuſculum, puellule;
Hæc vt labellis triueris
*Mandes fragula * fragulis.*

* Labellorũ rubicundulorum.

Eidem in præſepio à paſtoribus.

Lepuſculus.

EVTRAP. XXI.

CApe Lepuſculum.
Puer leporum,
Cui licet gelidæ
Frigore brumæ
Velut exanimes
Torpeant artus;
Te penes accubet,
Vita redibit.

Nempe adſtanti prope veram vitã.

Alucoli

Alueoli.

EVTRAP. XXII.

ALueolos, & Mella, & Apes, mellite puelle,
Rustica floriferi munera ruris habe.
Floridulo posthac apibus sis hortulus ore,
Eque tuis discant sugere mella labris.

Agnellus.

EVTRAP. XXIII.

NE tibi sub mediæ cognatum frigore noctis
Lanigeræ fœtum respue munus ouis.
Tu quoque es innocuus, teneroque simillimus agno:
Hinc tibi pro cunis vile datur stabulum.

Moses infantulus aquis commissus.

EVTRAP. XXIV.

FLumineà dum mœsta parens exponit in vndà
Vimine clausa sui viscera cordis, ait:
Si naufraganti fauet innocentiæ
Aspirans Aura cœlitùs,
Et portum parat, habes, nate, cymbulam;
Si negat, habes feretrum.

Metrorum canones habes post Eutrap. &c.

Eidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.84

Eidem ab aquis incolumi mater.

EVTRAP. XXV.

EN tenes tandem, mea vita, incolumis
Materni portum pectoris.
Perire, ò cara merx, haud vsquam poteras,
Cui lætà fronte radiant
Gemello Castore, & gemello Castoris
Sereniores flammulæ.

Fausta sunt ea nautis sydera.

D. Petrus per mare pedes.

EVTRAP. XXVI.

CHriste, tui imperio rapidis agitanda procellis
Traditur hæc vitæ lubrica cymba meæ.
Arctoas tua sola mihi dant lumina flammas.
Tuta beatifici littora pande sinus.
Hei mihi, quod dubijs iactantur pectora ventis,
Et quatit instabilem spesque, timorque ratem.
Affer opem: tumidis iam tam tumulabimur vndis:
Dimidium nostri iam perit: affer opem.
Si tamen infido debemus nomina ponto,
Me, precor, ante tuos expuat vnda pedes.
Ilicet exanimes mors territa deseret artus:
Non locus est auidæ, vera vbi vita, neci.

Poetica ad veram vitá nauigatio. Cymba Petrus, Christi oculi cynosuræ, sinus portus, &c.

Idem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Idem.

EVTRAP. XXVII.

PEr liquidum dum Petrus iter petit ora Tonantis,
Iactat & vndoso naufraga membra mari;
Parcite, dixit, aquæ: vel me prope littora saltem
Sistite, quà primas Christus obumbrat aquas.
Vt qui diuini radiatur imagine vultus
Me per anhela fluens obruat ora liquor.

Idem.

EVTRAP. XXVIII.

ERgon' ora petiturus
Vitæ, mortem oppetam?
Ah me saltem æstuosi,
Christe, fluctus euehant,
Præbet vbi littoralis
Vnda tibi speculum.
Ibi felix fluctuantem
Oris tui effigiem
Moriturus osculabor;
Osculatus moriar.

Vt Moses moriar in osculo Domini.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Numinis in vnitate Trinitas.

Hymnus.

QVis me super ardua raptat
Flammati sydera cœli:
Oculis quæ peruia nostris
Mira theatra patent?

Symbola Sāctissimæ Trinitatis.

Superis rosa consita pratis
Rutilo nitet aurea crine,
Vitreàq; in fluminis vndà
Se speculatur amans.

Flos iuxta fontem, eius imago, aura inter vtrūq;

Æquæuo flore virentis
Ditatur imagine formæ.
Spirabilis aura caloris
Inter vtramque volat.
Volucres, mens, indue pennas
Correpta cupidine floris,
Celerique allapsa volatu,
Cœlica mella lege.
Te leniter aura fouenti
Tranquilla beabit odore:
Tibi se profundet olenti
Nectaris vnda sinu.

Iris vna triplici colore.

Diuina pulchritudo Amore trahit, &c.

Per cœlos explicat Iris
Ternos æterna colores:
Formoso Amor abditus arcu
Tela trisulca iacit.

Triplici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Triplici sol diditus astro
Uno se lumine vestit:
Numen sub lumine: ternum
Numine nomen inest.
Æternum ęquæua trinodi
Conspirat in oscula nexu,
Se mutua complicat vno
Gratia terna choro.
Tacitum Charis altera verbum
Fęcundo parturit ore,
Viuamque per oscula spirat
Vtraque nexa facem.
Felix ò mens mea Phęnix,
Si cęlitus acta cremarit
Præcordia nostra triformi
Vnica flamma rogo!
Sed desine, Musa, superni
Spectacula mira theatri:
Vultu venerare silenti
Quæ memorare nefas.

Vno in lumine solis tria sydera, &c.

Triplex Gratia vno choro innodata.

Triplex in vnà flammà rogus.

Nisi Piscatoris tumulus.

EVTRAP. XXIX.

Hinc tibi florentes eiectant æquora gemmas,
Hinc tibi gemmantes florida terra rosas.
Debita, Nise, tuo sunt vtraque dona sepulcro;
Æquorei fueras gemmaque, flosque chori.

Ad tuum tumulũ in littore.
Cõmutatio: à terrà gemmas florum, à mari flores gemmatũ.
Ad rem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Iræ florum ab Aurà pacatæ.

EVTRAP. XXX.

DAMON. ROSA. VIOLA.
& Poeta.

Da. *QVis mihi populeà somnum sub frōdc trahenti*
Innocuas ausus lædere dente manus?
Tune, Rosa insidiosa? dabis, dabis, improba, pœnas,
Et subtrita graues experiere pedes.
Ro. *Men' scelus hoc? Zephyri sic me leuis aura tepētis*
Mulceat, vt tanti non ego causa mali.
Causa mali Viola hæc: non abnuit ipsa: videsne
Conscia pallenti prodit vt ore nefas?
Vi. *Læserit vtra vide: tu armata, ego prorsus inermis.*
At pallore nefas prodo: quid ipsa rubes?
Ro *Armatam sentire cupis si plura lacessis.*
Non scelus ore mihi, iusta sed ira rubet.
Da. *Iamq; sub hæc spinis armata regentibus iræ*
Impatiens Violam lædere visa Rosa. At-
-Pacifera volitans hinc inde fauonius aurà
Suauicrepis pacem suadet inire modis.
Tunc illæ flexum placidè caput acclinantes
Fœdera floridulis composuere labris.



Diuus

D. Baptiſta in Erèmo.

Ego vox &c.

EVTRAP. XXXI.

POETA, D. BAPTISTA.

Po. *CVltor antri, quem te vocem?*
D.Ba. *Audin? antrum reddit: vocem.*

Funus piſcatorium.

EVTRAP. XXXII.

CHromidis extincti feralem ducere pompam
Littoris Adriaci piſcatrix turba parabat.
Æthera nigranti cum nox atrauit amictu,
Funereaſque faces cœlo ſuſpendit ab alto,
Sydereoſque ignes nitidis accendit in vndis,
Exanimes artus cymbæ poſuere ferètro,
Nereidũque chori, lacrimanſque argentea Tethys
Feralem ſubnixa humeris vectare carinam
Certabant. Querulum prorà ſubmurmurat æquor,
Alcyonumque gemunt mæſto caua littora cantu.
Ora repercuſsà radiant exanguia lunà
Æquore nocturnum latè fundentia ſolem.
Littora iam ſubeunt. Scopuli ſub fragmine corpus
Compoſitum curua portus in fronte locarunt,
Tutior vt feſsis miteſceret vnda carinis. Sepulti ſcilicet ibi Piſcatoris reuerentiâ.

Margaritæ.

IDYLLIVM II.

NISVS, ET DORYLAS.

Auroræ piscatoria descriptio.

Ni. *AVreus Idalios iam lucifer extulit ignes,*
Pingit & Eous tremuli color æquora ponti:
Iam matutini volucrum per littora cantus
Dulcibus æquoreas mulcent garritibus auras.
Quin Dorylas, leni dum prouocat aura susurro,
Tu quoq; littoreum meditaris arundine carmē?

Iunge cantũ garritui auium, & auræ susurro.

Do. *Vnde mihi tenues ducant exordia musæ,*
Nise puer? roseo cui non Pallantias ore,
Dictaue nocturnis argentea Luna quadrigis,
Et circum tacito famulantia sydera cœtu?
An ne greges memorē spumosa per arua natantes,
Quātaque se liquidis agitet gens humida regnis?
Nulla mihi tenues ducent exordia musę.

Ni. *Carmen Erythræo quæ delitet æquore gemma*
Præbeat, æquoreo non dignior altera cantu.

Do. *En age, conchigenas modulemur carmine gēmas,*
Nise, sed alternà respirent laude Camœnæ.

Ni. *Vecta pruinosæ per muta silentia noctis*
Cynthia, gemmiferis innectit cornua sertis,
Lora nitent gemmis, gemmatos æreus axes
Temo rapit, biugesque trahūt iuga gēme a Tauri.

Lunę omnia è Margaritis albentibus.

Do. *Dum vaga nocturno conuiuent sydera cęlo,*
Et vitrei tranquilla patent specularia ponti:
Squammigerū vulgus dū picta per astra vagatur,

Tranquillo æquore cœlum nocturnũ referéte.

Et

Et superas gerit unda faces, nant æthere pisces;
Tum mare flammiferi suspectans cerula Mũdi,
Æmula sydereis reserat sua lumina flammis;
Concha supercilium, candentes pupula gemmæ.

Maris oculi poetici.

Ni. Innumeræ si quando maris longo ordine conchæ
Summa legunt, late niueo candore nitescunt,
Panditur obliquo qualis plaga lactea tractu:
Gemma mari sydus, celo sua sydera gemmæ.

Plures Margaritæ, ĩ maris superficie viam lacteã referunt.

Do. Cernis arenoso quæ sidunt littore conchas,
Ambiat ut pauidas spumantibus unda labellis?
Utque verecundo reiectent oscula motu?
Mulceat iratas, vultuque allectet amico
Ad chòreas placido pacatus marmore pontus?
Iam faciles, iam prona vehit maris unda volẽtes;
Festiuisque choris tranquilla per alta vagantes,
Arcano simulant trepidantia sydera saltu,
Dum circumducti resonat concentus olympi.

In littore cõchæ inuitantur, & euehũtur ab vndis ad choreas, & referunt stellas in motu trepidationis quasi saltãtes ad celi concentum.

Ni. Cernis ut undanti refluant ad littora fluctu,
Et pretiosa ferant rugosis pondera cymbis?
Brachiaque ut portus venientibus obuia pandat?
Tale peregrinas longinqua per æquora merces
Cum reuehunt puppes, patrias labuntur ad oras.

Cõchę quasi cymbæ pro merce hẽnt gemmas.

Do. Tethyos undisonæ gremium cum fluctuat æstu,
Et tuba nimbosi fera prelia murmurat Austri,
Protinus hostiles occlusa casside gemmæ
Inter se infestis confligunt pectora conchis.
Obuertunt clypeos clypeis, campoque liquenti
Algosis hinc inde ferum concurritur hastis.

Concursus infestum gẽmiferarum concharũ in prælio marinæ tempestatis.

Ni. Aspice quam celum fœcundo rore maritat,
Diductos ut fœta sinus ad sydera pandat,

Allegorica deſcriptio generationis Margaritarum.

Utque maritales arridens Toſphoros ignes
Præferat, & pleno ſtet pronuba Cynthia cornu.
Æquoreos Aurora toros fulgore roſarum
Spargit, odoratis aſpirant flatibus Euri.

Conchæ ſemireclusæ.

Do. *Intereanuptam gratantum læta ſororum*
Turba minor facili certant ambire coronà.
Ora patent riſu, tum candida corda recluſis
Pectoribus pandunt, ſynceri pignus amoris.

Margaritæ ſunt guttæ ſudoris, & lactis lunæ, & Auroræ.

Ni. *Aſpice dum feſſos emenſà nocte iugales*
Soluit, & humentem tergit Latonia frontem,
Gemmiferam ſudore docet diteſcere lancem.
Do. *Parte alià madidos cœleſti nectare crines*
Ter quater excutiens roſeà Tithonia dextrà,
Hanc alit, in teneris quæ poſtulat vbera cunis,
Et materna leuem demittit vt oſcula rorem.

Margarita ſtatim generata, & occlusā cōchà tumulata.

Ni. *Hæc vero, quam concha parens enixa tumenti*
Viſcere, mox clauſi tumulauit mole ſepulcri,
Infælix, vixorta graui iacet obruta fato.
Do. *Sed veniet luſtris interlabentibus ætas,*
Piſcantum cum capta manu ſe morte relaxet,
Regales vinctura comas, aucturaue ſceptrum
Pondere, vel tyrias pretioſa grandine lænas.
Ni. *At molli ſi colla fluat per læuia ſerto,*
Aut tenerà captiua tremens dependeat aure,

Anuli piſcatorij poetica inuentio. Margarita ī ore ſerpētis aurei tortilis. Eius rei ſymbola ad hiſtorias, & –

In noua ſe lactis mirabitur æquora vectam,
Et viuà melius diſcet gemmaſcere conchà.
Do. *Sed tibi quæniueæ fulget decus addita dextræ,*
Cur vomit hanc fuluo ſerpens intorta metallo?
An quia ſic canibus, ſi vera eſt fama, marinis
Gemma caui tutela latet ſub rupibus antri?

An

An quia * cœliferi sic angues mala parentis *Atlantis.
Fuluaque, Phryxei seruarunt vellera dorsi?
An potius iucunda suus corrumpit amaror? — ad mores Gemma in ore serpẽtis, iucunda tristibus admixta.
Ni. Vt lubet. at* fessæ iam contrahe vela carinæ, *Piscatoriè, vt pastoriè: claudite iã riuos, &c.
Et modo laudatas venemur in æquore gemmas.

Iuda osculo filium hominis tradis?

EVTRAP. XXXIII.

PErfide, tun' ausus, bisseni infamia cœtus,
Iungere diuinis impia labra labris?
Nec fuit æthereo contortum fulmen ab ore
Dura potens animi frangere saxa tui?
Fregisset; sed dira tuo dum vincla magistro
Nectebas, animus tunc tibi * nullus erat. Tibi nullus erat anim⁹ nisi malus qui nihilo minor est.

Aue rabbi, & osculatus est eum.

EVTRAP. XXXIV.

MOrte quid efficies, si fers fera fata salute?
Osculа si feriunt, vulnera quid facient?



In eodem argumento.

EVTRAP. XXXV.

SIccine diuus Amor falsà sub imagine Amoris
Proditur, & fictà vera salute salus?

Ars mira pictura.

EVTRAP. XXXVI.

Colores .n. pleriq; venena sunt.

QVid non artifici tentat solertia curà?
Ora coloratis animat pictura venenis.

EQVITIS, FEDERICI ZVCCARI TABVLA,

In quà Christus columnæ alligatus.

EVTRAP. XXXVII.

MArmora quæ vincla ligant sacra mēbra colūnæ
Lumina contuitu, corda stupore ligant.
Ac se forte etiam tam viui corporis artus
Moturi, vinclis ni premerentur, erant.
Quid loquor? (artificis proh mira potentia dextræ!)
Vincla premunt, artus se tamen arte mouent.

Ad visum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

D. Symeon ad Iesum infantulum, quem in vlnas accepit.

EVTRAP. XXXVIII.

DVm, mi Deus, fulgurantes
Ore risus aperis,
Et suauiolum petenti
Mî labella porrigis;
Mens extremas fugitura
Oris oras attigit.
Jamque abisset; at in vitam,
Dum periret, incidit.

In Christi Circuncisione mater lacrymans.

EVTRAP. XXXIX.

MIraris, mea vita, oculos me ferre madentes,
Dum tuus immiti vulnere sanguis abit?
An tu non mea lux, an non mea pupula, nate, es?
Quî mihi lædatur pupula, nec lacrymer?



EVTRAPELIARVM POETICARVM

Liber Secundus.



Mariæ infantulæ præsentatio, &c.
Oculi tui columbarum. &c.

EVTRAP. I.

ANNA. SACERDOS.

An. *Anc venustulam verendo*
Conde sinu pupulam,
More auito regnatori
Offerendam cœlitum.
Sacer. *Vbi agnellus, aut columbæ?*
Vbi munus turturum?
An. *Ipsa pupula est columba.*
Neu te lusum dixeris,
Hosce tantum vide ocellos:
An non hi columbulæ?



Ex Epistolis Sacrarum Heroidon. II.

ARGVMENTVM.

Virgo Alexandrina (narrant pluribus sacræ historiæ) cui fama nomen fecit Lucilla, vt iuuenem amatorem ab se amoliretur, sibi ipsa effossos ad eum misit oculos, quorum ille flagrabat amore.

Addidit oculis has literas Poeta.

LVCILLA CHALASYRO.

ÆTernam tibi nostra ferant hæc scripta salutẽ:
Et memor vt nostri, sic memor esto tui.
Si qua perexiguo fugiet te litera tractu,
Lumen habes, nostræ lumina frontis habes.
Vidimus obscœni cæcum te lumine amoris,
Et tua te cæco credere fræna duci:
Ne trahat in præceps temerarius axis habenas,
Lumen habe, nostræ lumina frontis habe.
Hæc tibi munus habe, quæ tam formosa videntur
Quî tibi visa tamen, si modo cæcus eras?
Visa tamen cepere tuum mea lumina lumen.
An cum visa tibi sunt male, cæcus eras?
Mens tibi rapta meos oculorum insederat orbes;
Lumina dum mitto cor tibi reddo tuum.
Torrida amore meis inhiat tua pupula ocellis?
En licet è gemino pellere fonte sitim.
O nimium validæ miseranda incendia flammæ,
Si neque sub gemino flumine victa cadent!
Hoc in vtroque tuam speculabere fonte figuram,
Inspicies culpæ crimina forte tuæ.
Sydereo nobis oculauit lumine frontem
Cum Deus, & viuas pinxit in ore rosas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Nostra tibi voluit, diæ vestigia formæ,
Panderet authorem condita forma suum.
Forte sed erranti dum se mea lumina gyro
Iactant, erroris causa fuere tui.
En subeant pœnas natiuà sede reuulsa,
Firmaque sistendi sint modo causa tui.
Cuspis Achilleo veluti contorta lacerto,
Sic tibi dent oculi vulnus, opemque mei.
Quod si forte omnem subeunt tua lumina culpam,
Meque negas tanti criminis esse ream;
Proxima sunt oculis luitura piacula labem:
Ex oculis oculos diluet vnda tuos.
Sæpe suum lumen dum frons inhonora recondit,
Innumeras aperit mens oculata faces.
Qualis vbi cum fratre latet Latonia virgo,
Innumeras aperit nox oculata faces.
Tu tamen hoc videas, ne te tam cęca cupido
Corripiat, tenebras neue sequare meas.
Cætera, si liceat, sis cæcus; id excipe tantum,
Exemplo cupias cæcus vt esse meo.
Diuus amor nobis plaudentibus astitit alis,
Dum premeret dulcis lumina nostra sopor.
Ille mihi æthereo traiecit pectora telo,
Hæsit & opposità lumen vtrumque face.
Sat tibi si largo tabescant flumina fletu.
Nos oculos, lacrymas tu mihi trade tuas.
Sit ne meis tua cara salus, Chalasyre, medullis
An dubitas, oculis si mihi cara magis?
Te quoque sollicitat nostri si mutua cura,
Sit tibi nulla mei, cura sit vna tui.

EPI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Epistola III.

LVCILLÆ CHALASYRVS.

VT mihi ceratas roseo puer ore tabellas
Attulit, & carà verba notata manu;
An tibi vulnifico perarata est litera telo,
Dixi, Amor, & tremulà cera liquata face?
Vtq; oculos vidi paterà gemmante repostos,
Et gemmam gemmas contumulare tuas.
An, puer, è cœlo, dixi, cratèra tulisti,
Aurea cui denà sydera luce micant?
Protinus impacto disrupi vincula dente,
Et caruit lacrymis litera nulla meis.
Ad tua mox geminum conuertens lumina lumen,
Talia, singultu concutiente, dedi.
Vos ne ego contueor tenebrosà condita nocte,
O desiderijs nidus, & esca meis?
Lumina, vos tueor stellantibus æmula gemmis,
Nec mea supremà lumina nocte premo?
O nitidos flores, rosei quos hortulus oris
Nutrijt, & duro messuit vngue manus!
Quo tam formosam violastis crimine frontem,
Ut vos tam diro dederet exilio?
Vos ne mihi quondam statio placidissima portùs,
Iactarent validi cum mea corda Noti?
Nunc mihi feralem vicino lumine flammam
Sufficite, & nostri funeris este faces.

O tantum annuerent nostris pia sydera votis!
Vos sinerent nostri cernere fata rogi.
Heu dolor! infandi genus heu miserabile lethi!
Ante oculos moriar, nec tamen aspiciar.
Hausimus è vobis oculis sitientibus ignem.
Vos modo de lacrymis pocula habete meis.
Hæc ego voce dedi singultibus interruptà,
Quæ dederat magno mixtus amore dolor.
Tu vero, Lucilla, meo medicamen amori
Lumina quæ mittis, vulnus, opem ne feres?
O vtinam nostro sint apta medela dolori!
Si procul his perij, num prope sanus ero?
Cæcus eram, fateor; sed nostri lumina vultus
Abstulerat vultus sydus vtrumque tui.
Hæc tibi dum nitidà radiarent lumina fronte,
Vrere non solos eualuère viros,
Ast amor ipse tui sensisset vulnus amoris;
Si tamen haud sensit, lumine captus erat.
Lumina debueram mihi vindice vellere dextrà;
Sed mihi fletus erit quod tibi dextra fuit.
Quãquã oculos (mihi testis amor) tua dextera adacto
Dum trahit vngue tuos, extrahit illa meos.
Ergo tibi meritas misso pro munere grates,
Quas, Lucilla, potest reddere lingua refert.
Vt vero nostris non sis infixa medullis,
Nostra salus ipsis cui mage cara oculis?
Hoc nostros est velle, tuos me spernere ocellos.
Vel cum nulla mei, cura erit vna tui.

Vt tibi dextra sic mihi fletus eruet oculos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

D. Lucia elucificata.

EVTRAP. II.

VEtus poetæ proditur sententia
Semet exoculasse physicum Democritum,
Malis bene esse ne videret ciuibus.
At se virago elucificauit Lucia,
Bonis male esse ne videret à malis.

Luciliana hic aliqua verba ex A. Gell.

D. Magdalena prædatrix præda.

EVTRAP. III.

MAgdala, mortales quibus illaquearat amantes,
Ausa Deum paßis illaqueare comis,
Dum iacit auratos sacra in vestigia casses
Prædatrix prædæ præda fit ipsa suæ.

Eadem peccatrix piscatrix.

EVTRAP. IIII.

QVid faciat vin' scire secus vestigia Christi
Magdala demittẽs lacrymarum in flumina
Piscatur veniam. *(crines?*

ARGVMENTVM.

D. Dorothea capite pro fide in Christum plectenda prædicarat se mox in amœnissimos hortos receptum iri, in queis sine hyemis (quæ tunc sęuiebat) iniurijs perpetua veris temperies Autumni iuncta fœcunditati. Ex astantibus Theophilus flores, ac poma ex eo horto iocose illam poposcit. Virgo missuram se recepit. Obtruncatur: mox Theophilo cœlestis puellus à Dorotheà missus adsistit cum pomis, ac floribus in calathisco cui & hanc epistolam addidit Poeta.

DOROTHEA, THEOPHILO.

ACcipe brumali promissos tempore flores,
Iunctaque puniceis lutea poma rosis.
Immemores nos esse tui ne forte putares,
Quas modo diuini flaminis aura beat.
Me licet vberibus manans alat hortulus vndis,
*Flumine * lethæo non tamen ille madet.*
Æternum spirant hìc omnia veris honorem,
Pictaque perpetuo flore renidet humus.
Hìc nitidæ tranquilla patet clementia lucis.
Hìc amor æternæ fulgurat igne facis.
Palmifer æthereos hìc lucus opacat amantes;
Læta triumphanti carmina voce sonant.
Dumque suos volucrum sociant examina cantus,
Inter odoratum sibilat aura nemus.
Fons micat in medium nitidis argenteus vndis:
Plurima labentes protegit arbor aquas.

* Quod imemores faciat habitatores.

Descriptio terrenæ paradisi.

Vndique

Vndique pubescit viridanti ripa smaragdo:
Aurea gemmifero fulget arena vado.
Læta coloratos ducens Thaumantias arcus
Pingit olympiacæ limina prima domus.
Æternos Aurora gerens in fronte rubores
Peruigil auratas excubat ante fores.
Intus inaccessà radiant penetralia luce:
Intus inaccessum lumina numen habent.
Hìc me cum primum felici funera sorte
Libratam pennis exposuere suis,
Hos tibi brumali decerpsi tempore flores,
Iunctaque puniceis lutea poma rosis.
Armati si forte rigent in cuspide flores,
Dextera, non tales, cum mea legit, erant. Rosa ante peccatũ sine spinis, D. Basil. &c.
Scilicet hunc vestro traxerunt orbe rigorem.
Talia pacatum non parit arma solum.
*Prima parens vetitos ni carperet arbore * fœtus,* *Fructus.
Terra parens vllos non dabat vlla rubos.
Ast vbi nec tutos viderunt arbore fructus,
Vallarunt timidas spicula nata rosas.
Me quoque ceu rapido correptum turbine florem
Mors violenta plagis intulit Elysijs.
Et rosa nos fuimus proprio rubefacta cruore, Rosa cum spinis symbolum est martyris.
Spinaque lethiferi militis ensis erat.
At tu nunc habeas, nostræ libamina mensæ,
Floridulis rorem quem damus in pateris.
Pasce famem pomis, spiramina naris odore,
Flore colorato lumina, rore sitim.
Aurea luteoli viden' te vt pupula floris Croceum in mediâ rosâ est pupilla, folia sunt supercilia purpurea, &c.
Purpureis cernat septa superciliјs,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Et quasi de lacrymis cœlesti rore madescens
In lacrymas oculos prouocet ire tuos?
Arida cum pomis vanescet gratia florum,
Ni lacrymis madeant munera nostra tuis.
Crebraque ni tepidis foueant suspiria ventis,
Languida cum pomis gratia floris erit.
Ros lac est, quo sydera alunt flores.
Cum matutino desudant vda sereno
Roris alunt teneras sydera lacte rosas.
Et tua frugiferis virtutum florida sertis
Nectare cœlesti pectora numen alet.
Vtque rosas circum volitantes ore susurro
Florilegæ carpunt pabula mellis Apes;
In te non aliter superi labentur Amores:
Pectoris arcanos tu modo pande sinus.
Vt in prognosticis rubor serotinus.
Sit rubor hic florum venturi præscius imbris,
Qui tibi turgentes irriget vsque genas.
Felicis sint poma rubens Aurora diei,
Quem tibi diuinæ gratia lucis aget.
Cernis odoratos vt flos diducat hiatus,
Prodat & arcanos voce silente sonos?
Multifidisque canat foliorum turba labellis
Forma sit authoris quam speciosa sui?
Flos tibi diuini monimentum pandit Amoris:
Diu. Amor in rosâ.
Aspice vulnificâ cuspide tela gerit.
Vndique purpureas foliorum en explicat alas,
Et iacit ardentes purpura viua faces.
Spina dolorē de peccatis docet.
O tibi sic telo diui traiecta timoris
Ægra salutifero corda dolore gemant!
Purpura in rosâ monet incendi ætherei, &c.
O tibi correptis cœlestis flamma medullis
Pectora vitali concremet ima rogo.

Nex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Nex ceu ſpina mihi florentes attulit horas,
Cinxit & æternis tempora noſtra roſis.
At vos, in roſeis queîs ducitur hora corollis,
Credite, poſt florem ſpinea ſerta manent.
Dum licet incautas procul hinc auertite dextras,
Subdola ſub molli vipera flore latet.
At tu, ſeu ſtygio moliris ab hoſte triumphum,
Accipe victrici debita ſerta comæ;
Siue iuuat verà pro relligione cadentem
Stare, damus tumulo florea dona tuo.
Plura darem; noſtros ſed mox delatus in hortos
(Nec mihi mens fallax) hìc tibi plura leges.

Præcinit martyrium Theophilo, vt accidit.

Iunctus Veri Autumnus.

EVTRAP. V.

THEOPHILVS, ANGELVS.

The. *Formoſe mi puellule,*
Vnde, rigente brumà,
Eburno geris calatho
Hæc poma, floſculoſque?
An. *Autumnus vbi frugifer,*
Brumà rigente procul,
Æterno Vere floridus
Fert poma, floſculoſque.
The. *En Ver in flore video,*
In pomulis Autumnum.
Hîc vnà Ver pomificat,
Floreſcit hîc Autumnus.

Commutatio, & commixtio temporum, &c.

EVTRAP. VI.

HVmentes oculos lactentis in ora puelli
Declinat tacito fixa dolore parens.
Gemmaque per niueas dum voluitur vda papillas;
Mixta puer lacrymis lactea dona bibit.
Sic tibi, Virgo, sinus lacrymantur, & vbera; lactant,
Vbera ceu frontis, lumina rore Deum.

Oculi, vt vbera lactāt; vbera, vt oculi, lacrymantur.

Idem.

EVTRAP. VII.

VIrgineo, Diuine puer, de pectore pendes:
Ex osculis pendet saucia Virgo tuis.
Jlla tibi niuei mortalia pabula lactis
Sufficit; æthereas sufficis ipse faces.
Illa tibi vires infert; tu, nate, parentis
Lac trahis vberibus, cor rapis ex oculis.

Idem.

Qui pascitur inter lilia &c. Ego lilium conuallium &c.

EVTRAP. VIII.

PVpule, virginei
Sinùs inter Lilia
Instar agni pàsceris.
Idem es virgineæ
Suaue vallis lilium.
Viuum nempe lilium
Viua pascunt lilia.

Agnus qui pascitur inter lilia.

Lilium cōuallium.

Ad Christum vulneratum, & cruentatum.

EVTRAP. IX.

VVlnera mille tibi: mihi sint, rogo, lumina mille.
Flumine mî fletus, ceu tibi sanguis, eat.
Si tamen haud tanto dignaris corda dolore,
Sit mihi sit saltem non doluisse dolor.

Vt tu flumina cruoris, sic ego lacrymarum. Sic nullo modo dolorem effugiã.

Christus infans in præsepio. D. Amoris aucupium.

EVTRAP. X.

DIc, quid in stabulo latitans, Amor, occulis alas?
Quid iacet horrenti pupulus ille toro?
Quid lacrymæ, teneroue notat vagitus ab ore?
Ah video; carà nectitur arte dolus.
Scilicet implicuit rigido puerilia fœno
Membra velut casses aucupis instar Amor.
Jllicit & planctu pro dulci in retia cantu:
Pellicit ad lacrymas, elicit inde faces.

Rigentis fœno.

Ex vndà faces.

Rediuiuo Christo Deipara.

EVTRAP. XI.

NAte, triumphato dum te mihi reddis Auerno,
Caraque diuinis oscula libo genis,
Deficio prope victa tui dulcedine amoris;
Vitaque in amplexu mors mihi penè fuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

In vinosum.

Doliaris vita. Prouerb.

EVTRAP. XII.

Vt olim in Tiberium Neronem. Nō pauperem, vt cynicus olim Diogenes i dolio, sed ebriosam è dolio, &c.

QVid Biberium Meronem
Dente roditis canino?
Nil est illo mage frugi.
Vitam ducit doliarem.

In hostes Musarum.

EVTRAP. XIII.

THYRSIS, SATYRVS.

Monstrū alloquenti dētur semel hæc mōstra verborū Lucilianorum.

Thy. *NVper silonicapero*
Vibrissasperomentus
Fœtenti ab ore enuntiat:
Vatesque, Apollinemque, Aonidasque
Ceu fœta nugis nomina,
In malam rem pimplæis
Præcipitanda è rupibus;
Id fama vatis auribus
Satyropei admurmurat.
Is ima asylo saucius præcordia
Impium Diris caput diris deuouet. (Diris furijs.)
Repente fœdo sacra lues vlcere
Exedit os sacrilegum,
Totosque passim populata vultus
Immunes liquit oculos. Sa. *Ne scilicet*
Deesset quod coruos aleret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Fortis vt Mors Dilectio.

Ex Epicodramate Authoris.

CHOREA I.

Viuæ Mortis instar Amor.
Flamma rogalis facula Amoris.
Vbi cogitur amantum
Alter abire,
Alter obire
Cogitur dissidio.
Robore pari, paribus Amor
Morti pugnat spiculis.

Volitantes armat armos
Leuis vterque remige penna.
Illa falcem, ille facem,
Fata minantem,
Corda cremantem
Sæuis rotant dexteris.
Rudis hic primis, illa supremis
Alitur suspirijs.

Falcē Mors fata minantem, facem Amor corda cremātem.

Prima in iuuentute Amoris suspiria; vltima ī senectute sunt Mortis.

Ima summis æquat Amor.
Amor honorem, honor Amorem
Dant se pari pessum vice.
Gemmea rudi
Sceptra ligoni
Æqua Mors, mapalibus
Ditia parcis culmina regum
Diro iungit lùdicro.

Oīa æquant Amor, & Mors.

Pallet

Pallet amans: moribunda
Prope volanti mortis ab vmbrà
Ora pallent. Mors, & Amor,
Illa senectæ,
Iste doloris
Frontem rugis exarant.
Languidus æger æstuat, ægris
Languet amans æstibus.

Pallor moribūdorum est ab vmbrà vicinæ mortis.

Non minor Amoris febris, &c. Ambros.

Mors ferali caute cassos
Lumine vitæ collocat artus:
Viuæ mortis instar Amor
Lacteà amici
Pectoris vrnà
Cor amantis tumulat.
Amor excordes docet amantes,
Et amentes degere.

Mors corpora tumulat sub marmore; Amor corda sub pectore Amici, in quo magis est, quam in amante.

Mors supremi nube somni
Cæca natantes condit ocellos:
Et amicas amor frontes
Fulgure facis,
Fulmine teli
Cæcus elucificat.
Nitidos Christi Magdala vultus,
Quos tuetur, quæritat.

Eripiunt oculis lucē mors, & Amor.

Cū post resurrectionē hortolani sub effigie, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.84

Cæca in hero quærit herum.
Procul ab ore languet amato:
Propè videt quem non videt.
Pectore corda,
Lumina fronte
Herus olli abripuit.
Iacet exanguis ore, colore,
Habitu, silentio.

Sed silenti prædicat ore:
Viuæ mortis instar Amor.
Adde vocem funeralis
Tu silenti silex antri.
Et quid reris dedere
Cor amori? Echo. *Mori.*

Tu, ò echo antri, vbi Christi sepulchrum, esto vox exanimatæ Magdalenę, ac dic: ecquid, &c. Echo funebris.

In

In Deiparæ natalem Diem.
Quæ est ista quæ progreditur quasi Aurora.

EVTRAP. XIV.

Ad Auroram:

DIc, Aurora, tam rubentem
Ore geris purpuram,
Quàm nitentibus labellis
Hæc Marilla purpurat? à Marię nomine.
Tam ne tibi serenatà
Fronte micat lucifer, Aurora Monocula, lucifero &c.
Vt gemmeolis ocellis
Hæc puella fulgurat?
Velas caput tam decorum
Flauo nubis vellere, Aureus fulgor matutinus capilli sunt aurei Auroræ.
Vt aureolis capillis
Hæc pusilla rutilat?
Dic, Aurora: gere partes
Iudicandæ, & iudicis.
Sed dum loquor vanuisti. Breuis enim Aurora, & sibi conscia, &c.
Fuga victam arguit.

Christi infantis vagitus.

EVTRAP. XV.

DVm vagis non sola tuæ præcordia matris,
Sed mollire tuo saxa dolore potes.
Antra pijs vicina gemunt miserata querelis.
Vah tua lingua sonat, ah caua saxa tonant.

Diuæ

Diuæ Lucia, Catharina senensis, Apollonia, Agatha, Euphemia, Magdalena D. Amori è proprijs cruciatibus munera conferunt.

EVTRAP. XVI.

Nunc Chorus vniuersus, nunc singulæ canunt.

Ch. vn. *ACcipe nō vnum non vno è corpore munus.*
Lu. *Lumina.* Ca. *cor.* Ap. *dentes.* Ag. *vbera.*
Eu. *labra* Mag. *comas.*
Ch. vn. *Seu gemmis te serta iuuant, seu flore corollæ,*
Serta tibi, & flores munera nostra dabunt.
Lu. *Sapphiros oculi.* Ag. *turgentes vbera conchas.* Gemmæ, & solida.
Ca. *Cor pelagi baccas.* Mag. *aurea texta comæ.*
Eu. *Purpureis carpes rubicunda coralia labris.*
Ap. *Sertaque gemmanti candida dente leges.*
Lu. ** Hyacinthos oculi.* Ap. *candentes lilia dentes.* *vt: fluuiorum rex Eridanus Virg. æn.
Ca. *Cor ruris baccas.* Mag. *spicea serta comæ.*
Eu. *Purpureas carpes rubicundo ex ore corollas.*
Ag. *Et gemina vberibus lactea poma leges.* Flores, & mollia.
Ch. vn. *Quin etiam si forte tibi detriuerit arma*
Vsus, & imbelles iußerit esse manus; D. Amor armatur à tormentis earū diuarum.
Lu. *Tela oculi.* Ma. *crines torquentē spicula neruū.*
Eu. *Curua arcum, rutilas rubra labella faces.*
Ca. *Cor pharetram.* Ap. *dentes acuenda ad spicula cotes.*
Ag. *Vbera de molli marmore scuta ferēt.*

Christi delatio in Ægyptum.

EVTRAP. XVII.

TEmpus erat seras cum Phœbus duplicat vmbras,
Suscitat & primas Hesperus axe faces.
Feßa sub annosà consederat ilice Virgo,
Dum peteret Pharij barbara tecta soli.
Tristior ora tuens pendentis ab vbere nati
Ingemit, ac tales soluit ab ore modos:
Hìccine nocturnà, dulcis mea vita, sub vmbrà
Degere, an incœptum vis peragamus iter?
Pro puero, peragamus ait Iosephus: abibit
Sol iustitiæ. *Nox procul acta; tuo sol iacet ecce sinu.*

Lacrymæ.

ELEGIA I.

HVc ades ô madidis elegeia tristis ocellis:
Carmen erunt lacrymæ, flebile carmen amo.
Da mihi tranquillo rorantia lumina fletu:
Dissona sunt siccis tristia verba genis.
Nectare tam dulci mortalia corda madescunt
Dum lacrymæ sensim mæsta per ora cadunt,
Vt Deus astrifero cœli descenderit axe,
Vt sua flebilibus corda rigaret aquis,

Ille

Ille Bethaniadis fatum miseratus amici
Fleuit, & occasus, gens Solymęa, tuos.
Vos lacrymæ fontes, dios vbi corripit ignes,
Extinguitque tuas mens, Erycina, faces.
Ad vos lethali culpæ traiecta sagittà
Aduolat, & Stygium pectore virus agit.
Vobis, dum geminà fingunt vos lumina conchà,
Cedit Erythræi candida gemma vadi.
Si quando iratà molitur fulmina dextrà
Omnipotens, vestro frangitur ira mari.
Vt Venus Ægæo, vestris ita surgit ab vndis
Diuus amor: lacrymis pabula lactis habet:
Dant puero cunas, & paruas lumina cymbas:
Labitur, & placidi littora cordis adit.
Per vos, occultæ nitida vt specularia mentis,
Quàmlibet arcani pectoris ima patent.
Vos oculi roseis fundunt vt verba labellis,
Et taciti partes multa loquentis agunt.
Per vos, contractæ surgunt vbi nubila frontis,
Et subitus tepidæ labitur imber aquæ,
Picta serenatis intermicat Iris ocellis,
Filia mæstitiæ, nuntia lætitiæ.
Tollunt se vestro vernantibus ardua ramis,
Et noua virtutum germina rore virent.
Scilicet hoc ignes animorum temperat imbre,
Dum sua diuinus spicula cudit amor.
Cor puteus, geminis oculorum ducitur vrnis,
Quæ leuat æternam nectaris vnda sitim.
Felix turgenti resolutum lumine flumen,
Dum labra, dum malas, lutea mala rigas

Vt de fonte quodam in mirabilib. Mundi.

Vt de alio fonte, & de Ceruis narratur.

Oculi conchæ, in quibus Margaritæ lacrymarum.

Purpureus viuo dum te vehit alueus ostro,
Sunt tibi flauentes aurea ripa comæ.
Aspice, nos lacrymas quicquid natura coercet,
Quicquid habet tellus, quicquid & astra, docent.
Montanæ cautes, teneroque virentia musco
Guttarum gelidis fletibus antra madent.
Flumina lacrymæ sũt, Naiadum.
Flumina gramineas cursu lambentia ripas
Deuoluunt mœstis Naiades ex oculis.
Succinũ & gummi.
Flent Phaethontiades, flet pallida Phyllidis arbos,
Balsamaque, & scisso myrrhea virga libro.
Vitis, vt incuruo deiecit brachia ferro,
Luget; & è grauido palmite gemma tumet.
Cana iugis verno glacies cum sole liquescit,
Fert abitura sui signa doloris hyems.
Aurea luteolo dum se Tithonia vultu
Exerit, & roseos luce coronat equos,
Rores lacrymæ sunt ridẽtis Auroræ.
Ridet; at in risu lachrymas ex ore cadentes
Excipiunt molli roscida prata sinu.
Vos etiam largos mea fundite lumina riuos
Dum licet, ac nondum vos premit atra dies.
Hoc Acherontæas restinguite flumine flammas,
Hæc sata sint, læta est vnde petenda seges.
Sint lachrymæ nostro gemmata monilia collo:
Hæc micet in digitis lucida gemma meis.
Lacrymę lacrymis finẽ imponunt.
O mihi tot madeant, oculis quot fulget olympus!
O mihi: sed lachrymæ dicere plura vetant.



Risus.

Risus.

ELEGIA II.

Eoas rubicunda fores Aurora recludens
Ridenti nitidum prouocat ore diem.
Purpureas Zephyris placide crispantibus vndas,
Sub tremula ridet cœrula luce Thetis.
Multiplices florum verno iam tempore risus
Fundit odorifero Flora benigna sinu.
Occidit in risu, croceæ sub tegmine nubis
Dum sol occiduis lumina condit aquis.
Consociant auræque suos, lymphæque cachinnos.
Ingere læta tuos tu quoque, musa, iocos.
Ite, quibus fatuo lasciua licentia risu
Soluit in obscœnos ora remissa modos:
Ite: dolor vobis post gaudia nascitur hæres.
Innocuos risus nostra Thalia canit.
Mater vt allisit puerilibus ora labellis,
Innocui risus excutit inde faces:
Præcipue si quando sinum titillat, & alas,
Ludit & in tenero corpore blanda manus.
Tunc licet vndanti pueri mens ebria amore
Pectora destituens ora suprema petat;
Haud tamen expirat: namque ipso in limine vitæ
Præcludunt subitæ gaudia mortis iter.
At si turgidulos nati plorantis ocellos,
Mœstaque turpantis viderit ora parens,
Porrigit ostrino ridentia mala colore:
Protinus arridens arripit illa puer.

Risus naturæ varius poeticè descriptus.

Dumque

Dumque hilaris versatque manu, vultuque renidet,
  Ora gerit pomi picta rubore sui.
Pulcra quidem facies, sed tum pulcherrima risus,
  Fletibus humentes cum maduere genæ.
Qualis vt æquoreis nitidum caput extulit vndis
  Lucifer, aspectu lucidiore micat,
Sæpe (quis hoc credat?) ridenti lumina fletu
  Læta madent, lætus ridet in ore dolor.
Pullulat, vt felix fœcundo funere Phœnix;
  Risus ab extremæ funere mæstitiæ.
Purpureis cunasque locat, nidumque labellis:
  Educat hunc blandis Gratia suauiolis.
Delitiæ, lususque leues, hilaresque lepòres
  Huic agitant socios, turba iocosa, choros.
Risus modo in oculis, modo in ore.
Nunc oculos, alternanti nunc ora volatu
  Insilit, vt variæ brachia frondis auis.
Nuncque supercilij, roseo nunc oris ab arcu
  Callidus occultà cuspide corda ferit.
Gratior interdum tremulis scintillat ocellis,
  Et iacit è tremulo fulgure fulmen Amor.
Luteolis cum blanda patet caua fossula malis,
  Risus in hac paphiæ delitet instar Apis.
Ille genas puppi blandè ridentis ocellat,
  Retia sub teneris occulit ille rosis,
Ille graues animi tenebras, noctemque resoluit,
  Et procul obscuræ nubila frontis agit.
Ille docet molles præcordia mire choreas,
  Crebraque subsultu corda micante quatit.
Floridulos pingit, ceu prata nitentia, vultus:
  Ille rosas niueis inserit areolis,

Oraque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Oraque quæ cunas dederant, dant molle ferètrum,
Flammeolisque locant busta, rogumque labris.
Hìc mihi supremo tumulati in funere risus
Ludicra ridentem conde Thalia chelym.
Vos, elegi, ridere nefas miserabile carmen:
Monstra sed ad risum vos tamen ista decent.

Christi à matre ad necem discessus.

EVTRAP. XVIII.

VOx vbi, Virgo vale, maternas perculit aures,
Rettulit illa nihil, ni, mea vita, vale.
Natus abit, labentis abit tum vita parentis.
Respicit, & languens sustinet ille latus.
Mox vbi, vitali remeante in membra vigore,
Redditur hæc vitæ, redditur ille viæ.
Heu miseranda parens, tibi vitam linquere vitam-
-Attulerat, vitam reddita vita fugat.

Abeunte Christo, abibat vita matris.
Restitit Christus vt matrem fulciret labentem dũ ergo deficit mater, vitã habet præsentem .i. Christũ, cũ redit matri vita, vita Christ9 abit.

Idem.

EVTRAP. XIX.

Deipara loquitur.

NAtean abis? Morior. sed sensu fixa doloris
Me tamen, heu, vitam ducere corda probant.
Viuimus, an morimur? viuæ an spectacula mortis
Nec satis exanimis, nec bene viua gero?

Quia & dolorem percipio, & tamen sine vita.i. Christo sum.

Idem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Idem.

EVTRAPELIA XX.

IBat quo patris mandata suprema vocabant
Christus materno è pectore corda trahens.
Sensit id infelix Virgo, dicturaque nato,
Cor mihi redde, fuit; sed sine corde fuit.

Idem.

EVTRAP. XXI.

ANte necem cor, nate, tuum cũ matre relinquis:
Scilicet hoc prius est, quam moriare, mori.

Abeunte Christo, abibat vita matris. Restituit Christus vt matrem solaretur [illegible] diu ergo desinit mater, vita habet [illegible] Christi, cui redit [illegible] vita: vita Christi [illegible].

In noctem Christi Natalem.
Nox sicut dies illuminabitur, &c.

EVTRAP. XXII.

QVid ni diem nox datura
Verum solem paritura?

Christus in Cruce.
D. Amoris aucupium.

EVTRAP. XXIII.

Quia & dolorem [illegible] ra Christo [illegible].

ARbore funereà laceros Christi explicat artus,
Et latet in lateris vulnere dius Amor.
Vt Christi mens si qua pio librata volatu
Incidat in plagas, sentiat esse plagas.

AR-

ARGVMENTVM.

Bibiana Pernestana Fräcisci Gonzagæ Castillionis Principis vxor, accepto de dubià mariti salute nuntio, nudis, & cruentis iuit pedibus ad Deiparæ templum, cui nomen à rosà.

IDYLLIVM III.

QVà læti colles nitidas vere frontes
Ad liquidum Benaci comunt speculum,
Cìtrea auratis sylua diues pomis
Lymphas obumbrans, viridante clypeo
Igneos Phœbi procul arcet arcus.
Magnanimus hìc heros gentis decus
Gonzagæ, cui vicina parent arces,
Venaticos labores, & curarum
Algentibus leuabat auris pondera.
Cum prope obiecta collium
Cliuosa videns dorsa suspirauit.
Iubatus Titan radijs dum medios
Morari cursus, & anhelos visus
Æstus lenire dulces ad querelas.
Colles, dumosi colles, & fragosæ
Montanæ rupes, vosne fuso (heu dolor!
Heu dura pij monumenta Amoris!)
Fusone vos cruore

Sparsit, quam mihi paribus
Iugarat Amor tedis?
Cum lęua serens murmura
Olli me ferro saucium
Incertæ rumor auræ susurrauit.
Teneros illa tum nudata pedes,
Roscida ocellos, decolorque vultus
Vestras per cautes ijt, quà scruposi
Templa recludunt calles, templa magnæ
Cœlitum matri quæ dicauit fausto
Rosarum nomen omine.
Crinibus aurum, adamantas oculis,
Pyropos pede saucio
Fundebat illa meæ
Tot vna vitæ pretia.
Ceu flauis æstas crinibus,
Nimbosis hyems oculis, cruentis
Ver roseum vestigijs, tergemino
Insignis ibat tempore.
Aureo talis iubare
Crinita, fundens gemmeos
Aurora rores, æquora,
Celsasque frontes collium
Ostrino pingit fuco.
Formosus in exangui
Nitebat ore dolor: madidantes
Flectebant astra ocelli.
Tum sic effari: En agite cruentis
Rorate, pedes, lacrymis.
Oculis este pares, & dolori

¶ Marchio maritus loquitur.

Crines videbatur aurum, lacrymæ adamātes, guttæ cruoris pyropi.

Videbatur Marchionissa crinibus flaua æstas, lacrymis pluuia hyems, guttis cruoris purpureum ver.

Videbatur aurora, & crocea, & purpurea cū roribus matutinis.

Guttę cruoris erant lacrymæ pedum sauciorum.

Tri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Tributa meo soluite.
Vir, meæ vires, meum cor, heu saucius,
Exanimisq; iaces: corde saucio
Quid ni mî cruor emicet?
Te superante, lubens hîc exanguis
Victima amoris concidam.
Noster hic sanguis, ni me vota fallunt,
Incolumem vel mihi te reponet,
Exanimem vel tibi me componet.
Rigatæ meo crescite cruore
Frondosæ comis arbores.
Tuq;, Amor, telum, calamosue alarum
Cruore tingens, duras
Inscribe cautes, & venturis meos
Saxa dolores eloquantur seculis.
His plura gemens, laceros
Citabat illa pedes,
Vulnera pedum cordis addens vulneri,
Vulnera pedum cordis temnens vulnere.
Rosarum ad delubra rosulentum
Signabat iter. Teneras
Calcare rosas, aut rosarum osculis
Impressa putes niueis
Labella plantis inhærere florea.
Eunti pedes herbulæ
Argenteo dum rore luunt, rutilas
Rependit illa gemmas.
Nitidi calces, ceu marinæ conchulæ,
Ostro madebant Tyrio,
Flucticoloris herbido

Habes, ô Amor, purpureũ atramentũ, vnde, calamo ex alis detracto scribas, &c.

Guttę cruoris in eius plãtis videbantur purpureæ rosæ, aut folia rosarũ ceu labella florida inhærentia, &c.

Herbæ roscidæ dũ illi cruorẽ abluũt, pro argenteis guttis recipiunt rutilos pyropos.

Prati labentes æquore.
Punicei liquebant
E viuo fontes ebore.
Lactea puris, & spinarum nesciis
Manabant rosis lilia.
Calidæ ætnæis pares niues niuibus
Liquidas vomunt flammulas.
Ignea ponè pedes lucet semita,
Sydereo cui lacte cedit candicans
Orbita Olympi. flammæ adhuc superstitis
Agnosco, adoro, exosculor vestigia.

Marchio maritus loquitur.

Marmoreis è plantis
Scintyllas, Amor, excutis,
Viuaces vnde tibi ignescunt faces,
Queîs mea calent pectora,
Tenerum marmor, & fodinæ mobiles,
Per iuga senta collium tam nobiles
Prodigitis carbunculos?

* Sic pedes appellat.

Hinc tibi plena abunde
Ditescat, Amor, phàretrà.
Nudo sub gradu tellus
Superbit, purpurantibus
Vestita gemmis, & regali murice.
Formosi pedes, meæ
Tantine vitæ quidquid est, vt vobis
Vitalis humor effluat?
Eheu meus è vestro
Vulnere sanguis abit.
Ah duræ nimis, diræ nimis cautes,
Tam pio nondum mites

Molle-

Mollescitis liquore?
Sed forte dum gemellæ
Oscula plantæ pangitis,
Exulcerant tenellam
Aspera labra cutem,
Tędiferi puelli,
Gens hymenęa, Amores,
Seduli alarum molles
Sternite eunti plumulas.
Per gramina sanguineum
Legite, vt Apes, rorem. Ad cruentas
Tela lauate cotes.
Heu saga mitis, magico
Quæ nuda pedes ritu cœlum trahis.
Tuus mî cruor flectere adamantinas
Parcarum colos valuit. Impetrauit .n. vitá marito.
Amica cœlo siren,
Quæ lacteis innixa pedum scopulis
Purpureum per æquor
Flebili Diuos cantu
In tua vota rapis.
Prouida pugil tacito
Exuta pedes gradu in me ruentem
Ruis in mortem, & auersam subruis.
Incondita venatrix,
Artis ab arte negligens,
Comarum casses lacerata, fracto
Madidæ frontis arcu,
Sanguineo fucata pedes minio, Quasi purpureis cothurnis.
Amoris hinc, & hinc doloris gemino

Stipata

Stipata latus càtulo,
Tantosne per labores
Venare mî salutem?
O pectoris præcordia
Prædata mei! Dolituro plura -
-- Venaticum strepente cornu classicum
Curas abrupit. Dulcèamari nuper
Præda doloris mox prædator prosilit.

EVTRAPELIARVM POETICARVM

Liber Tertius.

Rosa Deiparæ annuens.

EVTRAP. I.


Irgo parens roseum
Allocuta flosculum,
Vnde tibi regiæ
Honos, ait, purpuræ?
An ne meus indidit
Hanc tibi puellulus
Purpurante genulà?
Vix hæc Virgo: flosculos
Leuis aura compulit:
Tunc inflexo vertice
Rosa verbis annuit. Incuruata ab aurà.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Verecunda pueruli Iesu modestia.

EVTRAP. II.

NOcte vigil intempestà
Astra puer intuens
Asidentem compellauit
Ore matrem blandulo:
Ecquid sydera nitore
Scintillante pulchrius?
Fronte geris quæ serenà,
Mater ait, sydera.
Tum puellus verecunda
Ora pingens purpurà,
Nocte visus intempestà
Os Auroræ pandere.

Auræ captatio.

EVTRAP. III.

MONTANVS, THYRSIS.

Mon. *QVid, ò lente, sub vmbrosà,*
Thyrsi, iaces pòpulo?
Thy. *Tibi frondes ventilatis*
Eloquantur folijs.
Mon. *Vidi: vana pòpularis*
Captas auræ flamina.

Mœsta

Mœsta Pietas

In funere Leolazari Halleri Placentinæ arcis præfecti.

EVTRAP. IV.

POETA. PIETAS.

Po. *QVæ laceris turbata gemis matrona capillis;*
Pectoraque impactà tundis aperta manu?
Pi. *Sum Pietas, orbata meo quæ funus alumno,*
Et mihi supremas exequor inferias.
Po. *Quid galeæ, quid tela notant acclinia busto?*
Fusa quid ante tuos bellica parma pedes?
Pi. *Belligera Hallèro vixi viuente, cadente*
Heu mihi defectis viribus arma cadunt.
Po. *Hallèri non vlla tui subeuntis Olympum,*
Me capit, ò Pietas; sola tui pietas.

Bisannis Fluuius.

ELEGIA III.

In funere Augustini Grimaldi patritij Genuensis lectissimi adolescentuli.

GLaucus arundineà redimitus fronde Bisannis
Fuderat herbosis humida membra toris.
Dum vitreos latices muscosà voluit ab vrnà;
Per sata dum liquido labitur vnda pede;
Olli præcipiti vaga fama inuecta volatu
Astat, & arcanos murmurat aure sonos.

Tum senior lacrymis augens manantibus vndas
Ingemit, ac tales soluit ab ore modos :
Ergone vix primæ cecidisti vere iuuentæ
Rara Grimaldeæ, floscule, fama domus ?
Ten' ego speraui, per quem mihi Tigris, & Indus,
Nilus, & auriferi cederet vnda Tagi ?
Ergone, Mors, dirà potuisti incidere falce
Tam nitidi rarum floris, & oris opus ?
Oris opus, quod moris opes candore notabat,
Ne foret ingenio dissona forma suo.
In te, care puer, priscis nil inuida saeclis
Spectarunt puerum sæcula nostra senem.
Ingenio antêibas socios, virtutibus annos,
Formam animo, morum nobilitate genus.
Dum mens astra colit, dulces dum cura parentes
Obsequiosa, colit te sine labe pudor.
Te Farnesiaco vernantia Lilia campo
Palladij patriâ mellis amore trahunt.
Inter honoratos visendum fecit Ephebos
Nobilis ingenuo qui fuit ore pudor.
Qualis odoratos inter lectissima flores
Purpura Pæstanæ fulgurat vna rosæ.
Interea lenta morborum tabe leuandus
Dum repetis patrij littora amica soli,
Occidis : externis heu vitæ certior oris :
Heu patria ; heu nato facta nouerca tuo.
Parma tibi mortis fracturam spicula parmam
Anteferens tutam fida tulisset opem.
Heu mors crudelis, cur saltem lumina mater
Non potuit carâ condere mæsta manu ?

Allusio ad symbolum Collegij nobilium Parmæ. Aluearium est, &c.

Vltima

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Vltima nec rapuit moribundis oscula labris,
Aut tremulo extremum lègit ab ore animum?
Dum tamen extremas tenero daret ore querelas,
Addidit hæc matri verba ferenda suæ:
Dicere, mater, aue mors abstulit: accipe saltem
Mittimus extremà quod tibi voce vale.
Hæc mihi lux testis, properà quam morte relinquo,
Me sine materno tristius ore mori;
Spes tamen hæc nostros solatur fida dolores:
Te superante, mei parte superstes ero.
Cælicolum me dìa parens vocat æthere ab alto:
Corpus habe mater, cor habet illa meum.
Talia mandanti supremà lumina nocte
Mors premit, an lenis mortis imago quies?
Sæua parens, quæ cuncta semel nigrantibus alis
Obruis, hoc vno mitior ore nites,
Fœlix mortales cuius transuecta procellas
Tam cito tam tutum cymba peregit iter!
Mors dedit optatos alarum flamine ventos,
Et secuit facilem per freta falce viam.
Jam te, dìe puer, placidis alit hortulus auris,
Nonus olympiacà quem rigat axis aquà. Cœlum cristallinum.
Et modo sydereos per prata micantia flores
Demetis, astriferi flosculus ipse soli;
Aut leuis aßultans volitantes inter amores,
Aliger arguto proteris astra pede.
Quid nato, miseranda parens, tabescis adempto?
Desine, nam lacrymis læditur ille tuis:
Te vocat ad superos: tremulo (viden?) annuit astro
Inter lædeas tertia flamma faces.

Vos Nymphæ, nostro Nymphæ quæ luditis antro,
Candida Cymothoe, lutea Calliroe,
Et quascumque vagas nostra hæc alit vnda sorores,
Ferte puellari florea serta rogo.
Pallentes violas, immortales amaranthos,
Lilia virgineis fundite picta rosis.
Nobilitas discissa sinum, percussa lacertos
Aduolet, effusis ante sepulchra comis.
Virtutum, Charitumque choris leuis aggemat Echo,
Hunc geme pro misero, Thracia mater, Ity.
Tu vero quicunque gradum molire Viator,
Da lacrymam; florem forte refundet humus.
Cœrulus hæc genitor: tum fractà turbidus vrna,
Protulit è mœstis flumina luminibus.

Mutauit vrnam in oculos, vnde, &c.

Rosæ

E cruore D. Francisci flagello se cædentis.

EVTRAP. V.

EN tibi, non paphij, sed casti è sanguinis imbre
Edita ridenti fulgurat ore rosa.
Aspicis vt tanti præfert miracula facti,
Dignaque non dubià stant monumenta fide?
Spina doloriferi de cuspide nata flagelli
Hinc riget, in folijs sanguis & inde rubet.

Lilium.

Quod pingitur in manu Angeli ad Deiparam nuntij;

CANTICVM I.

CVr ab alto lapse, tua,
Paranymphe, dextra-
-Niuea niuea
Lilia gestat? Niuea manus gestat niuea lilia. Varia symbola poeticè lilij in manu Angeli, &c.
An vt diua te beati
Veris æuo floridum
Lilium superi
Norit Hymetti?
An optatum defers orbi
Lilium conuallium;
Lilia lilium
Pabula poscens? Quod pascitur inter lilia.
An vt candens nuptiarum
Spinas inter lilium, Et spinea tæda in nuptijs olim accendebatur.
Virgo tuebitur
Dona pudoris?
An in lacteum se florem
Sponsus Amor induit,
Et sua lilio
Abdidit arma?
In hianti en croceæ D. Amor in Lilio.
Fauce floris lingulæ
Tela produnt aurea,
Recuruata folia
Arcum, & alas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Fœnerator

De Abdone è pastoribus, qui Christum recens in præsepio natum inuisere.

EVTRAP. VI.

Bethlemius dum lacte nouo cunabula Christi
Munerat, his Abdon onerauit munera dictis:
Fœnerat hæc Abdon niuei tibi pocula lactis;
Fœnora restitues æterno nectaris haustu,
Nempe piè Iudæus erat,

Ea .n. natio perditè fœneratrix est,

D. Ioannes Euangelista supra pectus Domini in cęna recumbens.

EVTRAP. VII.

Ergone de nostro quisquam te prodere cœtu
Ausit in hostiles, ò mea vita, manus?
Hei mihi, deficio, subitoque dolore labascunt
Membra, soporiferà lumina nube latent.
Forsan, & hic placidi morerer sub imagine somni,
Si quis in hoc mortem posset obire sinu.



Idem.

Idem.

Ego dormio, & cor meum vigilat.

EVTRAP. VIII.

TV mihi cor: me somnus habet, tu peruigil adstas.
Sic ego dormio, & cor meum vigilat.

Tragœdia exanimata.

In funere Illustrissimi Comitis Pomponij Taurelli Tragici Poetæ.

EVTRAP. IX.

SVum parentem morte sublatum videns
Pomponium Tragœdia,
Has ante moles pectus exertans suo
Mucrone fixa concidit.
Si quæris ergo quid sit hoc spectaculi,
Tragœdia Tragœdia' sit.



E Sa-

E Sacrarum Heroidon

EPISTOLIS V.

ARGVMENTVM.

Susannam (quæ in Danielis cap. 13.) in pomarij fonte lauantem gemini senes Iudices rimati occupant, ad flagitium inuitant. Abnuentem ficti adulterij ream traducunt. Interim dum in carcere detineretur, paullo antequam ad supplicium extraheretur, marito Ioachimo has literas, poetà dictante, raptim submisit.

SVSANNA IOACHIMO.

SI nostros irata negant tua lumina vultus
Viscere, ne saltem visere verba negent.
Coniugis extremas ne dedignare querelas:
Sit satis alloquio me caruisse tuo.
Ignotas mirare notas? sua ducere chartis
Verba catenatæ non valuere manus.
Fama loquax miseras tibi iam compleuerit aures,
Presserit vnde meum tanta ruina caput.
Sæpe sed incerto quoniam rumore vagatur,
Et tam ficta sonat, quam bene facta negat;

Serica quæ mitto Phrygij cape munera texti:
  Hoc series nostræ pingitur historiæ.
Dum vacat exiguo ferratis tempore vinclis,
  Hoc manus artifici deproperauit acu.
Hìc fontem, me in fonte vides, hìc fronde dolosa
  Exploratores occulit vmbra senes.
Si qua mihi infido vixisset pectore flamma,
  Obruta fontanis non obijsset aquis?
At nostris hausere senes è fontibus ignem,
  Vincere quem gelidi non potuere lacus.
Tecta sub annosis latuere incendia canis,
  Ignibus algentes intepuere niues.
Grandæuos vmbrosa procul laureta tegebant,
  Hos tamen immisso fulmine fixit Amor.
Ergone fœdamur puro dum fonte lauamur?
  Et rea labis agor cum sine labe fui?
Artis opus miræ cęlatus marmore serpens,
  Cuius ab expanso desilit ore liquor,
Sibila dum simulat, tacita me voce monebat:
  Effuge, non vndas, ore venena vomo.
Ille mei fletus, ni mens mihi læua fuisset,
  Fons erat, ille meæ fons & origo necis.
Me simul amotis solam videre puellis,
  Ecce senes celeri prosiluere gradu.
Ast ego, diffusis humerum per vtrumque capillis,
  Protinus auratâ corpora veste tegor,
Hìc sola tranquillæ nobis argentea lymphæ,
  Flauentesque dabant aurea tecta comæ.
Quid mentis mihi, rere, fuit, cum sola tremebam
  Inter anhelantes mitis vt agna lupos?

Inuentum texti poeticum.

Etiã si Laurus à fulmine tuta dicatur.

Poetica fontis inuẽtio.

Luciferos sol ipse tegens ferrugine crines
Horruit auersa cernere fronte scelus.
Fœda maritalem tentantia verba pudorem
Turbabant gemino ventus, & vnda sono.
Fons in fonte fui lacrymarum flumine manans:
Dum silet os, oculi non siluere mei.
Cætera quid memorem? memorem pudet esse vel horũ:
Et fecisse ferar quod meminisse pudet?
Et tamen excrucior vinclis, & carcere diro,
Et fecisse feror quod meminisse pudet.
Non hæc vincla mihi nodi pepigere iugales,
Inque tuo pactus pectore carcer erat.
Abreptam thalamis cæco sub carcere condunt:
Hic mihi pro molli terra premenda toro.
Hic mihi colla tument grauibus torquata catenis,
Innocuasque manus ferrea vincla terunt.
Languiduli tabent quondam tua sydera ocelli,
Liuet in exangui decolor ore color.
Sæpe damus pronæ ferratis oscula vinclis,
Quæ pretiosa facit non violata fides.
Cum volet ira senum sæuo me funere mergat,
Serius aut citius mors adeunda semel.
Non illos impune tamen feret arbiter orbis,
Serius, aut citius pœna luenda semel.
Sæpe necis species animo miseranda recursat,
Et licet inuiti rore madent oculi.
Ergo erit illa dies, manibus post terga reuinctis,
Cum rea sum pleno conspicienda foro?
Sordida cæsaries pallentia conteget ora,
Lumina fœmineus deiicetque pudor.

In me dira canet ferali voce sacerdos,
Astabitque meæ turba parata neci.
Nobilitas, formæque decus, annique virentes
Omnibus effusi causa doloris erunt.
Communes ego sola videns mea funera fletus,
Excipiam siccis vltima fata genis.
Obruet infesta lapidum me grandine nimbus,
Diluet & fontis crimina fonte cruor.
Labentes oculi medià te in morte requirent,
Vltimus exanguis, vir, sonus oris eris,
Extinctos tua dextra mihi ne cludat ocellos,
Vt pateas oculis post mea fata meis:
Si tamen, vt cernes laceros crudeliter artus,
Nota tibi est vultùs forma futura mei.
Prospice, vir, saltem lapsu iaceamus honesto,
Vtque inhonora licet, non inhonesta cadam.
Vtque virûm manibus fuero lacerata ferinis,
Prospice ne sæuis sim data præda feris.
Nostra iube extructo mandari membra sepulcro,
Quæque necem tulerint saxa sepulchra ferant.
Neue necis tumulo causas incide; loquentur
Funera sanguineis illita saxa notis.
Tempus erit, facies cum se tibi lucida veri
Proferet, & fictos extrahet arte dolos.
Plorabis, fletuque tuo mea busta rigabis:
Posthumus è nostro funere crescet amor.
Sera tuæ, dices, fidei mihi cognita virtus
Firmior hoc saxo, quod tua membra tegit.
O me felicem! si post mea funera coniux
Quæ cubet in viduo non erit vlla toro.

Vide Valer. Max. l. 4. c. 5. de C. Iul. Cæsare.

Poetica sepulchri, & epitaphij inuentio.

Nostra tuos mecum tumulo mors condat amores,
Deque tuo caleat fac meus igne cinis,
Sola meos poterit spes hæc lenire dolores,
Hæc mihi vel pretio sit necis empta meæ.
Si tamen (in rapidos vanescant omnia ventos)
Vlla futura tuo nupta beata iugo;
Huic dentur, nostris quondam data munera tedis,
Anulus aurato quam ligat orbe, fides.
Mittimus hanc: puro viden' vt non læsa metallo est?
Hæc tibi sint fidei symbola fida meæ.
Altera baccatas disponat pectore torques;
Torquebit ferri pectora nostra rigor.
Altera hydaspeis ornetur dextera gemmis;
Dura meas onerent, diraque vincla manus.
Vide Valer. Max. l. 4. c. 7. de C. Iul. Cæsare. *Prouida mens, magnos mundi quæ fusa per artus*
Iustitiæ firmà singula lance regis,
Testis ades legem me non violasse maritam,
Sed voluisse magis, quam violasse, mori.
Poetica sepulchri, & epitaphij imitatio. *At tu linquendi lux o pulcherima cœli,*
Et vaga mox oculis astra neganda meis,
Turbaque, quæ nobis cognato sanguine iuncta,
Extremumque mihi, vir mea vita, vale.



Fortis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Fortis vt mors dilectio.

CHOREA II.

Ex Epicodramate Authoris post narratas historias, alteram de viragine, quæ se pro vitrico, licet infenso, neci obtulerat; alteram de puellulà, quæ rogum, quo mater cremabatur, insilijt.



QVam violentis percita flammis
Corda potens raptas Amor?
Robore teli dura Virago
Fisa tui intrepidum
Alieno pia Amazon
Fato pectus deuouet.

Viuida tuæ lumina tedę
Dira nulla, nullus horror
Patrio spargens nubila vultu
Nocte cæcà obducere
Valuere. tua vicit
Irę faces facula. Ira patris non potuit faces Amoris extinguere.

Obuia morti pectora produnt
Tibi pares morti vires,
Hospiti (fama lusit) vtrique
Noctis error miscuit
Tela: mortis inde pares
Tibi vires viribus.

Fabella de Amore, & morte qui e la mutarunt, &c.

Fortis vt mors dilectio.

Mortis ahenâ falce metuntur
Quæq; terras, quæque pontum,
Quæque libratis ardua pennis
Raptim tranant aera.
Nullis annis, æqua nulli
Parca parcit capiti.

Oīa morti cedunt.

Omnia certo deijcis arcu,
Sæuas, Amor, tua feras
Spicula domant, tua fugaces
Aues Ala assequitur.
Pinniremes Fax sub alto
Torret pisces gurgite.

Omnia Amori cedũt, Telo feras, Alis aues, Face pisces, &c.

Algida nequit corda vorantes
Temperare Tethys ignes.
Placida cubent æquora; greges
Æstus vrget squammeos,
Latet, Amor, sub niuali
Tuus ardor vertice.

Etiam in aquis, & aquaticis ignes Amoris.

Et senes, &c.

Auidæ pandum mortis hiatum
Medicatis curâ solers
Frugibus arcet. Tabida Amoris
Arte vis haud soluitur.
Fata Amorem, nullæ preces,
Nulla flectunt pretia.

Mors tamẽ aliquando medelis arcetur; At nõ Amor plerunque.

Surdus vterque, nudus vterque
Mors, & Amor; vbi locent,
Quoue recondant pretia, preces?
Tua per elysias,
Amor, vmbras Rodopæo
Vati fax prænituit.

Prætiã Amoris face Orpheus infernas adijt vmbras.

Arcus Amoris terruit orcum.
Flexicorde redit empta
Carmine coniux. Plura moramur?
Tuis, Amor, facibus
Puellare instincta pectus
Lucem odit pùpula.

Ad historiã, quæ in argumento.

Lucem adamat feralem;
Quæ maternos vrit artus.
Nullo victa minitantis
Murmuræ flammæ rogos insilit.
Quid mirere? flamma maior
Rapuit præcordia.

Odit lucem vitalẽ, amat feralem.

Deus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

EVTRAP. X.

Fulgura. De versu in fine &c.

QVi rutilo quondam scindebas fulgure nubes,
Modo risu fulguras?

Tonitrua.

Qui volucri curru magnum per inane tonabas,
Modo vagis stabulo?

Fulmina.

Horrida qui validà vibrabas fulmina dextrà,
Cor ocellis saucias?

Grando, & imbres.

Æthere qui mixtos fundebas grandine nimbos,
Modo mades lacrymis?

Apparuit humanitas, & benignitas Dei &c. Paul.

Unde noua hæc facies morum mutata repente?
Nunc humanus Deus es.

Fasciculus myrrhæ E Christi Domini crutiatibus.

EVTRAP. XI.

DEque dumis, deque clauis,
De ferali robore,
De flagellis myrrhæ amarum
Colligam fasciculum.
Oculorum irrigabò,
Et lactabo roribus.
Crebra tepido fouebunt
Zephyro suspiria.
Mens amaro dulce leget
Mel amoris folio.
Adolescet cum crescenti
Pietas fasciculo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Allusio ad vulgatum:
Ferre aliquem in oculis.

EVTRAP. XII.

Deipara puerulum Iesum alloquitur.

CVm te mihi hærere ocellis,
Diue puer, cecini,
Ut iocosa verba risu
Excipis incredulo?
Meas inspice pupillas, Pupillæ .n. vt specula referunt rerum imagines propinquarum.
Temet ibi aspicies.

Capra syra.

EVTRAP. XIII.

CORYDON, LYCIDAS.

Co. *ME miserum! fœtas i nunc emunge capellas;*
Scilicet emuncta post potiere dape.
En hæc spumanti modo quæ mulctraria lacte
Complerat, niueas calce profudit opes. Ex eo earũ caprarũ instinctu prouerbiũ.
Te lacerent, o hirta, lupi. Lyci. *Compesce dolorem:*
Aurea secla feris: flumina lactis eunt.

Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ.

EVTRAP. XIV.

DVm legeret Christus Galilæi littora ponti,
Officiosa suos legabant æquora fluctus.
Olli contendunt celeres, impressaque arenis
Aurea cæruleo lambunt vestigia labro,
Vdaque diuinis collibant oscula plantis.
Inde humiles dum se retrahunt, lapsuque modesto
*Spumosi expirant, * Vitam se linquere produnt:*

*Christum.

Alcæi tumulus.

EVTRAP. XV.

ÆQuoreis extinctus aquis tumularis arenà,
*Et prope Neptuni * murmura marmor habes.*
Occidis argento, Flauenti conderis auro.
Æquoris vnda rapit, littoris vrna capit.
Mœsta Thetis liquidis vrnam complectitur vlnis,
Nereidumque labris trita sepulcra madent.

* Marmora.

Argẽto vndarum, auro arenarũ flauescẽtiũ.

Nam id sepulchrũ alluebatur vndis marinis.

Delphines.

EVTRAP. XVI.

ASpice, tranquillo colludunt æquore pisces,
Et simulat a leuis prælia miscet Amor.
Squammea delphines lunantes dorsa per vndas,
En simulant arcus pectore, tela fugà.

Curui vt arcus, veloces vt sagittæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Miles gloriosus.

EVTRAP. XVII.

PASTOR, SATYRVS.

Pa. QVis hic, cui ventilatis alte fulgurat
Cristata pennis galea?
Sa. Inanis tibi leuitatem capitis
Alata prodant tegmina.
Cum pugna manus poscit, pedes explicat,
Pennasque demptas capiti
Trepidis addit pedibus.
Ex Marte fit Mercurius,
Et induit talaria.

Pedibus timor addidit alas.

Diffusa est gratia in labijs tuis.

EVTRAP. XVIII.

Deipara puellum Iesum alloquitur.

ERgone purpureis pueri diffusa labellis
Ros velut in roseo, gratia, flore nites?
Ah te, dia Charis, tenero mihi detur ab ore
Instar apis dulci sugere basiolo.

Deipara pulchra vt Luna.

EVTRAP. XIX.

NOn tot, ò Cynthie,
Spicula lucis
Cynthia argenteo
Torquet ab arcu,
Diua quot superi
Faces Amoris
Mite supercili
Vibrat ab arcu. — Projiciunt.
Talis haud nitidi
Speculo vultus
Illa te excipiens — Luna plena solis speculum.
Æmula reddit;
Qualis hæc aureo
Cœlitùs imbre
Perfusa simulat
Lumine numen.
Ceu tuæ radijs
Victa sororis
Pallida sydera
Lumina condunt;
Non secus, edita
Matre tonantis,
Minora radiant
Æthere, terris

Quæcumque condidit
Dextra Tonantis.
Neu meis, Delie,
Crede camœnis.
Aspicis omnia,
Aspice vtramque.
Hæc nisi dispicis,
Lumine cares.

Et Lunam, & Mariam. Cęcus es, ò Sol, si non dispicis q̃to sit Maria pulchrior ipsà Lunà, ob pdicta.

Sacrum Christi Domini Cadauer in sinu matris.

EVTRAPELIA XX.

LAnguenti dum membra sinu labentia mater
Exanguis nati sustinet exanimis;
Alter sic labens est vere mortua vita,
Altera sic languens mors prope viua fuit.

Mater exãguis; filius exanimis, ille est vera vita sed mortu9; hęc viua sed, morti similis.



D. Magdalena ad Christi Sepulcrum.

FRAGMENTVM II.

Ex Epicodramate.

Infernas Erebi Christus delapsus ad umbras
Diuinæ fulgure frontis
Soluerat Elysiæ nubila densa plagæ.
Membra suburbanus sepiuerat hortus odoro
Contumulata sinu.

Hortus floridus similis cœlo astrato sub Auroram.

Tertia vix tenuem vicina crepuscula lucem
Prodebant; roscida cœlo
Sydereis flores ignibus ora pares
Pandebant: similes visenti vtrumque diei
Ortus, & hortus erant.

Vrastra, & Aurora, sic rores & rosæ.

Igniuomis vernant cœlestes floribus horti:
Scintillant roribus herbæ.
Syderaque, & rores diluit orta dies.
Eoas Aurora rosas, rosa pene diurnum
Fundit ab ore iubar.

Magdala Matutæ par matutina petebat
Solymæi culmina collis,
Nuda pedes, roseas fletibus vda genas,
Succinctos inculta sinus, incompta capillos:
Pulchrior arte carens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Ad tumulum Tyrij candentia vaſcula nardi
Alabàſtrina dextra ferebat.
Præuius vmbrifugam fert Amor ipſe facem.
Illa procul dum culta videt pomaria, tales
Ora dedere modos.

O Solymæ valles, & quæ velatis heriles
Ferali marmore vultus
O formoſa oculis florea rura meis.
Mitis, & hybleo veſtris adſpirat ab hortis
Dulcior aura fauo.

O vtinam gelidi ſupremus anhelitus oris
Veſtras expiret in auras!
Fortunata, meum ſi prope condar herum!
Accipite hæc ſaltem mœſti ſuſpiria cordis,
Quæ meus efflat amor.

Addite, vt anteuolent noſtri prænuntia, veſtris,
Auræ, talaria pennis.
Tuque, animi requies, hortule, fida mei,
Excipe lactatam curarum turbine mentem:
Portus, & hortus ades.

Florida dum tepido pubeſcunt omnia vere,
Lethali elanguit imbre
In te diuini floris, & oris honor.
Viua ſed extinctum non æquant germina florem,
Multicolora licet.

Illius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Illius, exangui violas pallore recentes
Superant, candore niuali
Lilia, luteolas ora cruore rosas.
Quis scit an & redeat rediuiuæ gratia formæ
Frontis ab imbre meæ?

Dum laceri extinctos artus tegis, horte, Tonantis,
Pronus tibi cedit olympus;
Floribus en abeunt sydera victa tuis.
Talia promenti reuoluto cardine pandunt
Florea septa fores.

Dum subit, & cupido venatur singula visu,
Ederosà condita rupe
Prospicit en oculis proxima busta suis.
Substitit; & querulo fractum singultibus eheu
Traxit ab ore dolor.

Atque ait: O dulcis captiuæ carcer amanti,
Tranquillaque littora menti
Hic, vbi sopitus nidificauit Amor!
Quid mirum, gelido de marmore cordà cremantes
Si iacis, Vrna, faces?

Tun' torus, optatam quo se meus ardor ad vmbram
Post sæuos condidit æstus?
Heu nimium duro condita membra toro!
Tu gemmā ceu concha tegis, mea corda, measque,
Arca recondis opes.

Te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Te numerosa terent adpreßis oscula labris.
Te circumamplexa fouebo,
Excitet oßa meus dum tumulata calor.
Enitar, sis dura licet, mollire rigorem
Fletibus, Vrna, tuum.

Credula ieiunum tali spe lactat amorem,
Inopini ignara doloris:
Tum caua formosos intulit antra pedes.
Ora sed vt vidit vacui patefacta sepulchri,
Accidit exanimis.

Exanimis prope busta iacet, prope marmora marmor,
Lacrymis prope saxa liquens fons.
Solus in exanimi pectore viuit Amor.
Spirantem simulat singultibu' suspirantem
Vita dolentis Amor.

Ille oculos vitæ clusit, lacrymisque reclusit,
Ac talibus ora querelis:
Ducitis ingratam, lumina nostra, diem?
Viuitis, & cæcis vestri vitalia solis
Nubibus ora latent?

Ergone nec vestram saltem post funera vitam
Oculi spectatis amantes?
Heu vota! heu vestris spes malefida bonis!
Viuite, visetis vestram post funera vitam,
Spes malefida canit.

Viuitis; at vestram dum nec post funera vitam
Lusi spectatis amantes,
Ducitis ingratam, lumina nostra, diem?
Syderei vultus, & vos, ceu rore madentes,
Pallida labra, rosæ;

Lumina flammiferis, quamuis extincta, sagittis
Nostrum figentia pectus,
Aurea cæsaries, marmoreæque manus,
Non ego vos nostri visam solatia lethi
Vel moritura semel?

Cœlica quæ post hac suspectem lumina, diæ
Gemino sine sydere frontis?
Verna beatificis quæ sine forma genis?
Quod mea diuinis blandi sine crinibus auri
Lumina lumen ament?

Mea lumina qđ amēt lumen priuata lumine aureæ cæsariei Christi?

Sperati formosa latent spectacula vultus,
Et diuæ pabula formæ,
Abijcite ingratam, lumina nostra, diem.
Quin morimur? diuina nefas viuentibus ora
Visere luminibus.

Nō videbit me homo, & viuet.

Vt pateant formosa mihi spectacula vultus,
Et diuæ pabula formæ,
Abijcite ingratam, lumina nostra, diem.
Occlusis mors forte dabit quod nostra reclusis
Ferrea vita negat.

Moriamur vt videam⁹.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Optatum nõx cæca iubar, lucemque tenebræ,
Abreptam inuĩta reponet
Mors vitam: in mortem mors mihi subdet opem.
Lumina lethali visuri solis in vmbrâ,
Ite, oculi, in tenebras.

Per contraria cõsequar contraria.

Cõtra mortem mors, &c.

Neu gelidà trepidate nigræ formidine mortis:
Grauior quis terror, amato
Protrahere ingratam quam sine sole diem?
Ite, oculi, in tenebras. Aut si mors surda negarit,
Vos mihi cludat Amor.

At tu, stellifero quam mors æquarat olympo
Tumulatæ pondere gemmæ,
Siccine commissas, vrna, tueris opes?
Indignam sed forte necem miserata iacentis
Fracta dolore pates.

PretioChristi.

Te meus aligerà pennis à morte receptis
Rediuiuo funere Phœnix
Deserit, & rapto me mihi corde rapit.
Excipe me, cautes, & inanis pectus adempti
Cordis inane tege.

Acceptis alis à morte alata.

Tu quę inanis es excipe meũ pectus, quod est inane cordis mihi adempti.

Hæc implorantem, largoque vndantia fletu
Siccantem lumina velo
Dum miserata vident, fletibus astra madent.
Sanguineo prope busta artus impressa iacentes
Lintea rore videt,

Sindonem impressam vestigijs laceri corporis, &c.

Obtutuque pio paullum acclinata profatur,
Preßis ad pectora palmis:
Dulces exuuiæ (saucia teliferi
Cordis onus fictà solabor imagine, vera
Dum negat ora lapis.)

Dulces exuuiæ, quas cœlicus exuit anguis
Lapidoso enixus ab antro,
Accipite hæc lacrymis oscula mixta meis.
Reddite vos, sacros si forte obnubere vultus
Fata secunda ferant;

Reddite vos niueæ milleno fœnore fronti,
Cuius mî nulla potestas:
Æstuat vt vestro noster honore dolor!
Fortunata, quibus contactu ambire supremo
Numinis ora datum!

Numinis ora, meos quæ vel prospecta bearent
Vitali lumine visus.
O vtinam vitæ abrumpere fila meæ
Hìc tandem liceat, tum nostra apponere vestris
Stamina staminibus.

Tua vellera, ò sindon, nō finxerūt vellera Serum, &c. sed ta es, è filis argenteę lucis, quā Luna &c.

Linigeræ non vestra colus, Serum ve repexæ
Finxerunt vellera frondes;
Sed vaga sydereum dum vigil vrget opus,
Cynthia subnectens argentea fila, nitentis
Texuit arte manus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Heu tragicis nimium spirantes artibus artus!
Heu picta cruoribus ora,
Vulnificus telo quæ simulauit Amor!
Lethi pallentes vmbras, & lumina diæ
Miscuit ille facis.

Purpureo has etiam lacrymas apponite rori,
Et vestros, pensa, colores
Flebilis effuso temperet amne liquor.
Plagificas vos fila plagas, tu, tela, cruento
Stamine tela iacis.

O pensa, ò lintea, meæ lacrymæ tēperēt colores vestros, &c.

Tartareæ vos, picta, tremunt, vexilla, cohortes:
Vestris tentoria velis,
Et sua castra locat pacifer hostis Amor.
Nubila ceu roseo radiata nitore rubetis
Solis ab ore mei.

An rubor hic iuges lacrymarum præcinit imbres?
Luces Aurora serenas
An magis, & lætum spondet amica iubar?
Fallor, an hic lacrymis, & mixta cruoribus Iris
Nuntia pacis adest?

Cruenta ea lintea quasi Aurora prænuntia, &c.

O mihi post refluos iactati pectoris æstus
Hoc detur percita velo
Naufraga tranquillos tangere corda sinus.
Hic querulos lacrymæ singultibus interruptæ
Eripuere sonos. &c.



Heu tragicis nimium spirantes artibus artus!
Heu picta cruoribus ora,
Vulnificus telo quæ simulavit Amor!
Lethi pallentes umbras, & lumina dia
Miscuit ille facis.

Purpureo hæc etiam lacrymas aspergite rori,
Et vestros, pensa, colores
Flebilis effuso temperet imbre liquor.
Plagifices vos ista plagas, ut tela, cruento
Stamine tela tacis.


O pensa, ò lintea, mea lacryma tẽperet colores vestros, &c.

Tartareæ vos, picta, tremunt, vexilla, cohortes:
Vestris tentoria velis,
Et sua castra locat pacifer hostis Amor.
Nubila ceu roseo radiata nitore rubetis
Solis ab ore mei.

An rubor hic tinges lacrymarum præcinit imbres?
Luces Aurora serenas
An magis, & latum spondet amica iubar?
Fallor, an hic lacrymis, & mixta cruoribus Iris
Nuntia pacis adest?

Cruenta ea lintea quasi Aurora prænuntia, &c.

O mihi post vestros iactari pectoris æstus
Hoc detur percita velo
Naufraga tranquillos tangere corda sinus.
Hic querulos lacrymæ singultibus interrupta
Eripuere sonos. &c.



EVTRAPELIARVM POETICARVM

Liber Quartus.

Hodie mecum eris in Paradiso.

EVTRAPELIA I.

CHRISTVS LATRONI.

EN ades, ò felix prædo: tibi brachia pando.
Làbere in amplexus, ò mea præda, meos.
Æthereos posthac mecum prædaberis hortos:
Innocuà carpes hìc bona màla manu.
*Nec * vigil ante fores te flammeus arceat ensis;*
Concidit extinctus sanguinis imbre mei.

*Cherub cũ flãmeo gladio ante ostiũ Paradisi ex P.P. aliquorũ sententià.

Christus euntibus Emaus peregrinus apparet.

EVTRAP. II.

QVo vos (ah miseri) quo vos, pastore perempto,
Ceu male palantes auehit error oues?
Dissidio non, Christe, tui solabere mœstos?
Ah ades, & tristi nubila corde fuga.
Macti animis: comitem qui se narrantibus addit
Vestrà in fabellà non lupus, agnus adest.

Lupº in fabulà Prouerb.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Ad Iudam, dum Christus ei pedes eluit.

EVTRAP. III.

AN male quæsito quòd pes tibi sordet ab auro
Sacra superfuso diluit imbre manus?
An magis extremos meditantem ex arbore saltus
Attinet errantem præscia dextra pedem?
Felices pedicæ! plantas his comprime vinclis,
Incurrat miseros nè caput in laqueos.

Christus dum genuflexus eidem pedes eluit.

EVTRAP. IV.

LAssa reclinantem capitis mihi pondera cari
Exciperem miti cum modo, Iuda, sinu,
Vidisti atq; inuidisti? maiora parantur
En tibi, sub pedibus pectora nostra tuis.
Quæris opes? quæcunque leues effudit in auras
Abijcit ante tuos prodiga dextra pedes.
Quò nostri tibi pulsus amor? quis pectore duro
Alligat hybernus frigida corda rigor?
Merge pedes: hac forte gelu soluetur ab vndà,
Quæ propiore mei pectoris igne calet.

Inuidisti ne Iohanni caput reclináti in cęna supra pectus meum?

Hau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Hausto pharmaco Musæ in anonymo recalentes.

EVTRAP. V.

QVæ mihi Pieridas medicatis exciet herbis
Ars, reor, Aonià pharmaca miscet aquà.

Liber philosophicus Austriaco dicatus.

EVTRAP. VI.

EXcipe tutrices, volucrum regina, sub alas
Missa tibi Ægisone munera docta Deæ. Palladis scientiarum præsidis.
Fallor? An expansà pennarum protegis vmbrà,
Et tacito plausu munera grata notas?
*Macte animo, Octaui; * famæ Iouis aliger alas* *Tuæ.
Suggeret, & nomen tollet ad astra tuum.

Adolescens doctrinæ laureà donatus.

EVTRAP. VII.

AVrea viderunt inaratas secula terras Vt tellus olim sine sulcis fruges, &c.
Fundere frugifero larga alimenta sinu.
Et tibi, flos iuuenum, grandæuæ frontis honores, Sic tibi nōdū senilibus rugis sulcata frōs producit lauros.
Et lauros senio frons inarata parit.
Scilicet effuso toties sudore rigata
Tam cito daphnæà frons tibi fronde viret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Fidicen in morbo, non in arte delirans.

EVTRAP. VIII.

HArmonici delira Lyrà mens errat; oberrat
Arte tamen doctas dextera fida fides.
Quem nequit infusis fallax releuare medelis
Callidus admotà mulcet Apollo Lyrà.

Idē præses, & medicinæ, & musicæ.

Capuccinus (vt vulgo vocant) Sacerdos in templo è Cœlo tactus.

EVTRAP. IX.

FUne latus, duroq; artus incinctus amictu
Sollicità Mystes dum premit astra prece,
Protinus horrisono cœlum mugire fragore;
Ac terram effusis verberat imber aquis.
Corripit orantem fulgur: cadit hostia ad aras,
Et mentem ad superos fulminis ala rapit.

Philomelæ partus.

EVTRAP. X.

FElix, populeà quæ fœtum enixa sub vmbrà,
Dulce sonas vario gutture carmen auis.
Implumes natos blando Tithonia risu
Aspicit, & liquidi munere roris alit.
*Insomnes agitat nidos, *leniq; susurro*
Neniolam pullis accinit Aura tuis.

*In fronde mobili.

D. Baptistæ caput saltatrici præmium.

EVTRAP. XI.

INflexo pudibunda genu, leuiterque micantes
Prosilit alternans blanda puella pedes.
Marmoreum digitis libat primoribus æquor,
Et vaga suspensos temperat arte gradus,
Prima relabenti relegit vestigia cursu
Se rotat, & volucri se rapit ipsa fugà.
Nunc secat obliquans trepidos incerta meatus.
Mille per anfractus textile nectit iter.
Nunc salit, & tremulas vibrans per inania plantas
Vix tacito summam verbere mordet humum.
Fulgure mobilior celeri se turbinat orbe,
Et labyrintheas implicat arte vias.
Curuatis fertur spatijs ampla atria circum
Jam grauior, passo prouehiturque sinu.
Mox ruit, & laxis veluti furiatur habenis;
Mox premit, excursus frangit & ipsa suos.
Inde pedem pede supplantans trepidatque labatque,
Ludit & innumeris dædala planta modis.
Attoniti spectantum animi tot motibus hærent.
Saga velut magicis regia corda rotis-
-Alligat. Obliquis quid tandem ambagibus ambit?
Ah scelus! Innocuum pes petit ille caput.

Diuersæ hic omnes saltuũ species ex arte.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Nauis.

EVTRAP. XII.

Rostrum, cauda temo, alæ remi,& vela.

QVæ pictum rostrata caput, caudaq; rotatu
Roboreæ liquidum percita tranat iter,
Quæ geminas remorum alas iactatq; secatque
Aera veluuolans, haccine nauis? (Echo) Auis.

Loca Sancta.

EVTRAP. XIII.

VAllis Idumeæ sacri saluete recessus,
Et nemora, & Solymæ nobilis ora plagæ.

Lauri sudore rigatæ.

Non hìc Daphneas sudor Permessius vmbras
Ludicra ventosæ præmia frontis alit;

Palmæ cruore.

Sed viridat largo profusi sanguinis imbre
Quæ decoret fortes plurima palma manus.

Christi oculis purgatus dies.

Hìc afflata olim diuini sydere vultus
Purior Empyreo fulgurat orbe dies.
Nectareo quæ, Christe, tibi spirabat abore,
Hìc serit ambrosias Aura per arua dapes.

Iordanis.

Hìc largo nitet vnda, sacros quæ proluit artus,
Flumine, celestes voluere digna rotas.
Dignaq; cui cedat noni cristallinus axis
Tutus ab æthereo pendulus igne liquor.
Gemmat, & æternis tellus non inuidet hortis
*Sydera, sydereo facta superba * pede.*

* Christi.

Hìc sacra veridicis latitans responsat ab antris
Nympha lacessentes reddere docta modos.

*Fare age, * vox vocis, nomenq; omenq; parentis*
Primæuę (celeres aduehat aura sonos:) *(in ipso*
Ech. *Euę*. Po. *cur Euæ*. Ech. *uæ*. Po. *cur uæ*. Ech. *æ*. Po. *qđ*
Nomine venturi signa doloris erant.
Vera canis: modo, Nympha, sile. O aeris aura,
Fluminis vnda, mei pectoris hamus humus.
Hæc mi vtinam labentem animũ, gelidumq; cadauer
Flamineq; aura leuet, flumineque vnda lauet,
*Exanimumque, * meis requies gratissima votis,*
Excipe odorifero, terra benigna, sinu.
Hìccine dignus ero, multo cui flore parentet,
Ceu face funereà, gratia veris? (Echo) Eris.

*O echo.

Anacephaleosis elementorũ antea landatorũ in Palestinà. Aura leuet animum, vnda lauet corpus.

*Me.

Tesseræ Lusoriæ.

EVTRAP. XVI.

Q*Væ vagus Adriacis tumularat fluctus arenis*
Naufraga piscator nos legit ossa Mycon.
Nunc minimis dissecta cubis per transtra, per antra
Aßiduà versat ludicra turba manu.
Nec requies post fata datur: iactauerat vndis
Nos ratis, vrna breuis buxea iactat adhuc.
Hîc noua tempestas rixantibus excita linguis
Nos premit, irati sæuior ore maris.
E tabula ad tabulas ventum est, vbi sortis iniquæ
Naufragio victæ diripiuntur opes.
Fallitis, an tacito fallunt vos tempora lapsu
O miseri? mortis nostra nec ossa monent?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Deus infans in præsepio.

EVTRAPELIA XV.

D. Amoris lucta, & triumphus.

VIcisti, miràque tui luctaminis arte,
Diue Amor, ad terras decidit ecce Deus.
Vicisti; vilisq; ligant sub carcere tecti
Gramineo stratum linea vincla toro.

D. Amori similis Christus infans in presepio.

Ore tibi vt simili est! oculorum en aspice ab arcu
Vt iacit arridens spicula blanda puer,
Ah tenero molles alarum suggere plumas,
Et refoue admotà frigida membra face.

Cur Christ[9] sine face, & sine alis.

Nam pacem, non ille facem, nec detulit alas,
Ne procul hinc nostris auolet ex oculis.

Pastor submersus.

EVTRAP. XVI.

Dum haurit aquas.

DVm trahit Ambracydas Acheloū in pocula Pa-
Plena laborantem detrahit vrna manū. (stor
Diruit ille cadens ripam, ripaque cadenti
Succubuit, gelidis occubuitque vadis.
Flerunt Pastores: stillanti cortice fleuit,
Et virides scidit stridula sylua comas.
Flebilis æterni seruat monumenta doloris
Populus inciso carmina bina libro;
HAVSTVS AQVIS HAVSTVRVS AQVAS: TIBI RIPA SEPVLCRVM,
ET FLORES, VRNAM FVNERIS *VRNA RAPIT.

*Quàaquas hauriebas.

In-

Infantuli Tumulus.

EVTRAP. XVII.

Vix matrem innocuo quibus agnoscere risu,
Exprimis heu mœstas cum miser & lacrymas.
Mors somnum anteuolans te primo in fulgure lucis Ante mortem, quam somnũ expertus.
Occupat: è cunis in caua busta cadis.
Iniustè iusta exoluit, nec Parca pepercit
Tam tenero, heu vitæ parca, & auara tuæ. Verè tibi parca.

E ligustris, & violis fasciculus.

EVTRAP. XVIII.

MOPSVS. THYRSIS.

Mop. *Cur albentem pallido*
Thyrsi, florem flosculo,
Caulem cauli, folijs
Bina iungens folia
Crine nectis aureo?
Thy. *His ligustris teneræ*
Volo nubant violæ.
Mop. *Florulentis nuptijs*
Dextra florum æmula,
Thyrsi, datur pronuba.
Thy. *Apum chorus aduolans*
Hymenæum murmurat. Hic pene omnia quæ in antiquis nuptijs.
Mop. *Quis hinc partus dabitur?*
Thy. *Mixti odoris halitus.*

Oui-

Ouidius in Scythiam relegatus.

EVTRAP. XIX.

SPargere Pelignum lasciua incendia vatem
Vidit, & irato pectore Cesar ait:
Exulet: incestos procul hinc secum efferat ignes,
Temperet & Scythicà torrida corda niue.

Flos Narcissus aranea obuolutus.

EVTRAP. XX.

ORa quid obnubis tenui Narcißia velo,
Laboriosa Arachne?
Heu serum moliris opus: velanda fuerunt
Cum semet arsit vndis.

Tabella in quà Deipara puellulo Iesu rosam.

EVTRAP. XXI.

COelica poscenti puerilia dona puello
Virgo renidenti porrigit ore rosam.
Hæc tibi munus, ait; sed sit rosa mî quoque munus,
Vernat in ardenti quæ tibi viua labro.

Tabella

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Tabella
in quà Deipara cum puellulo Iesu osculum quasi abnuente.

EVTRAP. XXII.

Deipara loquitur.

TU ne rosam, ah, matri tam cari subtrahis oris,
Inficis & teneras, nate, rubore genas?
Tune: sed o bellè! matri dum subtrahis vnam,
Porrigis en geminas ore rubente rosas.

Vtràque genà rubête.

Deipara puerulo Iesu in eiusdem Tabellæ argumento.

EVTRAP. XXIII.

OPpositâ quid palmulâ
Purpureis labellis,
Basiolum mì subtrahis
Tuæ, puelle, matri?
Si rosas oris abnuis,
Manus ligustra legam.



Tabella, in quà D. Baptiſta puellus in Eremo dormiens.

EVTRAP. XXIV.

NOcte puer ſub ſerena
Soporatus occubat.
Dumque flauulis comarum
Ros cincinnis incidit,
In aureolis videtur
Gemmamicans anulis.

Tityrus ictus.

EVTRAP. XXV.

PHILÆNVS. TITYRVS.

Phi. *TItyre, quid nitidos fletu corrumpis ocellos?*
Tity. *Cuſpide dumoſæ mî manus icta roſæ.*
Phi. *Quî factũ?* Tit. *flores quaterẽ dũ rore madentes,*
Vulnerat incautam ſubdola ſpina manum.
Phi. *Spina tibi rorem, rores dum, Tityre, florum*
Decutis è folijs, excutit ex oculis.
At tibi pro ſcelere hoc auræq; vndæq; negẽtur,
Abnuat, & radios lunaque, ſolque ſuos,
O quæcunque roſa es, Sed, Tityre, fare: rubenti,
An mage candenti floruit illa ſinu?
Tity. *Candenti, ſed picta meo rubefacta cruore eſt.*
Phi. *Dum rubuit, facinus vulneris erubuit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Rosa purpurea.

EVTRAP. XXVI.

PHILÆNVS. TITYRVS.

Phi. *QVid facis ah demẽs? ludentẽ subtrahe dex-*
Vin' iterũ tectis flore dolere dolis? (trã. Rosa purpurea quasi fulgur: spinæ ceu fulmina. Ergo Philęn⁹ &c. Immo quia fulgurat, & fulminat.
Tity. *Sauciat hæc etiam, rutilo quæ fulgurat ore?*
Phi. *Quin & odoratum fulmina fulgur habet.*

Verbum caro in præsepio.

EVTRAP. XXVII.

PRoh quæ sub stabulo video miracula rerum!
Verbum Numen verba nescit?
Verbum pannis conditur?
Verbum tango, video?
Visus, tactus audiunt?
Proh quæ sub stabulo video miracula rerum!

Christus iustitiæ sol noctu editus.

EVTRAP. XXVIII.

EN puellus è puellà
Noctu Numen prodijt.
Huc adesto quisquis aues
Noctu solem visere. Solem verũ iustitiæ.

Serpens in petrà.

EVTRAP. XXIX.

IN pumicis latèbris
Mellificant Apiculæ.
Per pumicis latebras
Nisu se trudit anguis,
Et exuit grauantis
Exuuias senectæ.
Quæ dona mellis accipit,
Fundit venena rupes.

Serpens in fluuio.

EVTRAP. XXX.

IAm prona tranat flumina,
Tractuque sinuoso
Pacatis vndis fluctuat.
Attollit colla tumidus,
Et decußatim replicat,
Idem carina, ponsque,
Antenna, malus idem.

Nõ fluctuãt vndæ, sed fluctuat sinuosis anfractibus serpens.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

In
Desidiosum.

EVTRAP. XXXI.

NOn pudet ignauo lentum marcere veterno,
Et viuum molli se tumulare toro?
Nè tumulo talamum, nè duro strata feretro,
Funere ne somnum mors inopina premat,
Carcere te blando, te mollibus excute vinclis;
Et plumas humeris, quas premis, adde tuis. Plumas, in quibus cubas.

Latentis odor flosculi.

EVTRAP. XXXII.

Deipara puellulo Iesu.

Deip. *AN vlla tuas vis odora, pupule,*
Submissa nares allicit?
Puell. *Nulla.* Deip. *Me totam pellicit fragrantia*
Spiretur vnde nesciam.
Ecquid vicinæ sub virenti vmbraculo
Speluncæ latens flosculus
Felix vt cadat tuà lectus dexterà,
Odorem lègat nuntium?

EVTRAP. XXXIII.

SATYRVS. DAMON.

Sat. *QVid rere, Damon, quòd quacunque gradior*
Mi rura gryllis adstrepunt?
Da. *Hem niger ore, atque horridus nigrore*
Nigros eludis musicos,
Nam tuæ frontis conspicati tènebras,
Noctemque rati grylliunt.

Alconis piscatoris tumulus in littore.

EVTRAP. XXXIV.

Sepulchrũ id mõ mari alluebatur, modo ĩ refluxu in solà, & solidà erat terrà,

DVm cineris prope busta tui, ceu bella gerentes,
Te rapit incerto terra, fretumq; vado,
Quàm carus vtrique sies post funera produnt,
Qui meritis fueras viuus vtrique decus.

Rosa secus flumen.

EVTRAP. XXXV.

Rubor ĩ eà rosà est ex philautià. Rosa se amãs in fonte Narcissus est philautos, nõ rosa.

EDita fluminea quæ vernat margine ripæ,
Pronaque perspicuis se speculatur aquis,
Purpurat ore suæ succensa cupidine formæ:
Narcissusque rubens, quæ fuit ante rosa, est.

Marina Tempestas.

EVTRAP. XXXVI.

NISVS. DORYLAS.

Ni. *HEi mihi quã vasti montes voluũtur aquarũ!*
Pene fatiscentem verberat vnda ratem.
Vela lege, o Doryla: tutas pete littoris oras,
Dum grauis insani concidat ira Noti.
Do. *Exultat gestitque tuo sub pondere pontus,*
Parce metu: æquoreos te docet ille choros.
Ni. *Sic gestit, suadetq; choros? quã fronte minatur?* Qui sic lętatur, qui minatur?
Littora me teneant: gestiat ille tibi.

D. Thomas Apostolus.

Nisi videro, non credam, &c.

EVTRAP. XXXVII.

Poeta D. Thomam alloquitur.

SI tibi, ni rebus fuerit firmata videndis, Fides enim non est de visis.
Non erit vlla fides, non erit vlla fides.

Flos Narcissus secus fontem.

EVTRAP. XXXVIII.

MOPSVS. TITYRVS.

Mop. *LActeolum ne vides Narcissi, Tityre, florem,*
Quem nitidus viridi fons alit ille toro?
Tit. *Aspice vt antiquæ referens incendia flammæ*
Nunc quoque se vitreis spectat amator aquis.

In

In fabulam de eodem flore Narcisso.

EVTRAP. XXXIX.

R Espueras Echum; sed te noua corripit Echo:
Illam aer, oculis hanc dedit vnda tuis.
Illa tuæ vocis, formosi hæc mimula vultus:
Te perit illa, fugis; te fugit ista, peris.

In iracundos.

EVTRAP. XL.

SYLVIVS. SATYRVS.

Syl. *V Iden' sub nostris arua passim pedibus*
Crebras vt pandunt rimulas?
Nostris ne amica plantis parant oscula?
An Iouem poscunt pluuium?
Sat. *An mage syrium ceu sydus vlcerat*
Canina terras rabie;
Tantus ardor tuæ iræ, vt, &c. *Sic tui latrans oris ira grauibus*
Hiulcat agros æstibus?



Augustini Mascardi vena felix poetica.

EVTRAP. XLI.

NVtriet æternas circum tua tempora lauros
Quæ tibi Pierio defluit vnda iugo:
Vnda vel immites demulcens murmure cautes,
Phœbeam placido dum vehit amne chelym.
Quæ modo nascenti ludit mæandrina riuo,
Grandior æratas ducet in arma rates.

Augustini Mascardi responsio.

SI me fatidicam, portenta loquacia, nauem
Vellet Castalio Cynthius ore loqui;
Grandior æquoreis hauriret carmen in vndis
Musa, ratis sacro docta futura sono.
Illa sed æthereos stellata per æquora fluctus
Imbuit, astriferæ debita pompa lyræ.
Nostra ergo exoriens lacrymato exundet in imbre
Vena, vehens animæ salsa per arua ratem.
Virgo iubar, cœli Zephyros dabit aura secundos,
Et portum in Christi pectore pandet Amor.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84


Augustini Mascardi vena felix poetica.

EVTRAP. XLI.

NVtriet æternas circum tua tempora lauros
Quæ tibi Pieria defluit unda iugo;
Vnda vel immites demulcens murmure cautes,
Phœbeam placido dum vehit amne chelym.
Qua modo nascenti ludit in candida rivo,
Grandior ætas ducet in arma rates.

Augustini Mascardi responsio.

SI me fatidicam, portenta loquacia, nauem
Vellet Castalio Cynthius ore loqui;
Grandior æquoreis hauriret carmen in undis
Musa, ratis sacro docta futura sono.
Illa sed æthereos stellata per æquora fluctus
Imbuit, astrifera debita pompa lyra.
Nostra ergo exoriens lacrymato exundet in imbre
Vena, vehens animæ falsa per arma ratem.
Virgo iubar, cæli Zephyros dabit aura secundos,
Et portum in Christi pectore pandet Amor.



EVTRAPELIARVM POETICARVM

Liber Quintus.

Quintus hic, & sextus libri melissa sunt, siue anathologia ex ijs, quæ lyrica sunt in Satyropastorali, & Syluiludio huius authoris, vt omnia lyrica eiusdē hic simul habeantur. quorum & metricas leges vide post Viridarium hoc poeticum.

Laudes in laudantem reiectæ.

Reuerendiss. Abbati D Angelo Gryllo.

GRille, decus vatum, cyrrhææ gloria syluæ,
Cuius olorino sistitur aura sono,
Aura per herbosas volitat quæ Tybridis oras,
Inque tuà gaudet nidificare lyrà;
Immeritum tanto quid me dignaris honore,
Soluis, & in laudes docta quid ora meas?
Si quid honoratæ nostro de nomine lucis
Promicat, eloquij muneris id omne tui est.
Aurea gemmiferis quidquid tua carmina riuis
Proluerint, cultu nobiliore nitet.
Hinc mihi si quidqua me st pretij, si tollor in altum:
Quæ mihi dat pondus, me tua penna leuat.

Laudes sacri huius herois vide apud authorem ĩ dedicatoriâ Syluiludij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Philomela.

Vdin' iliceis abdita ramis
Ludit vt vario garrula cantu,
Aureſq; blandum Philomela mulcet:
Omnes vna gnara vocum
Artifici concentus
Emodulatur ore.

Modo continuo lenta tenore
Extento trahitur vocula cantu;
Modo conciſo properata ſaltu;
Seque frangit, ſeque capit,
Inflexa variatur,
Intorta copulatur.

Trepidis anxia faucibus errat,
Grauis immurmurat pectoris antro.
Nunc premitur, nunc libera citato
Curſu fertur, nunc libratur,
Nunc tremulo garritu
Argutula vibratur.

Sæpe languidulò blandula flexu
Velut emoritur, velut exurgens
Sæpe ridenti gutture lasciuit.
Fugit, redit reuocata.
Nunc placide respirat,
Nunc musicè suspirat.

Modo gementibus ægra susurris,
Modo rotatili vagula gyro,
Erratq. voluiturq. nectiturque
Nunc elata, nunc demissa;
Zinzilulat, fritillat,
Secumque minurißat.

Æmula tinnulo lingula plectro
Pectus innumero temperat ictu,
Vocumque mille dædalum fit guttur,
Mille Lyras vna gerens
Artifici concentus
Emodulatur ore.



Aurora.

CANTICVM II.

TRemulas inter abdita frondes
Placido ludit auro susurro,
Tacitè labens roscidus humor
Nectare flores lactat hiantes.
Turba volucrum garrula lucem
Voce salutant,

Musa, quam molles comitant choreæ,
Iubar Auroræ rutilum canorà
Voce saluta.
Salue nascentis filia solis
Ante parentis edita partum,
Lucidum partu enixa parentem,
Lucidi partu extincta parentis.

Salue quæ pratis reseras odoris
Totidem flores, vaga quot olympo
Sydera condis.
Roseos aperis ætheris hortos,
Spargis eoi veris honores.
Quam radianti fulguras ore!
Pene videris ante solem
Pandere Solem.
Felix hic, pulsis animi procellis,
Prodeat Titan, nitidàq. cedat
Luce serenus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

iuuenis exanimatus.

CANTICVM III.

EXanimes ocelli,
Gemella quondam sydera,
Cui vos (heu scelus!) licuit lethali
Condere nube?
Vernantium genarum
Rubentes olim flosculi,
Qui vos repente rapuere diro
Turbine venti?
Vis immatura mortis
Immiti falce messuit.
Heu, ver caducum modicè florentis
Forma iuuentæ!
Vitales hîc spirabant
Per rosas oris Zephyri:
Viua ab extincto pietatis ore
Spirat imago.

Spirabat halitus,&c. nunc tantù spirat pietas in ore extincto,&c.

Quà rosa fulgurauit
Pallentes regnant violæ.
Heu, ver caducum modicè florentis
Forma iuuentæ!

Ore nuper rubēte, nūc pallente.



Regia

Regia Galliarum Lilia.

CANTICVM IV.

Chori Aulicorum, & Pastorum.

Ludouico XIII. victori.

Ch. Aul. Duris exercita bellis,
Spectataque vulnere Regum,
Taurino Regia lusit
Sanguine tincta manus.
Te regia vulnera, Taure,
Fama super æthera tollent:
Meliorem vulnera vitam,
Quàm rapuere, ferent.

Lilia aurea: regia, id est rex.

Aurati lilia flores
Cessere in spicula Martis;
Taurique aspersa cruore
Ceu rubuere rosæ.

Ch. Past. Aurea perpetuo florescite lilia vere,
Lætaque sint vestris Gallica regna comis.

Ch. Aul. E vestris fama corollis,
Aurati, lilia, flores,
Regalibus addita lauris
Florea serta paret.
Præclari nuntia facti
Linguas longinqua sonantes,

Eadē fama.

Alas, talaria vestris
Induat è folijs.

Ch. Past. Aurea perpetuo florescite lilia vere,

Lætaque sint vestris Gallica regna comis.
Ch. Aul. *Populi vos aura fauentis*
Tranquillo recreet æuo.
Largo vos flumine laudum
Fama benigna riget.
Extremas orbis ad oras
Vestros expandite honores.
Vestros affundite odores.
Quò rota solis adit.
Ch. Past. *Aurea perpetuo florescite lilia vere,*
Lætaque sint vestris Gallica regna comis.
Ch. Aul. *Bijugo de colle, sorores,* Musæ, ac Poetę quasi Apes phœbi, &c.
Aurati floris ad vmbram
Celeres contendite: Phœbi
Carpite nectar apes.
Fœcundo caudice flores Hęc lilia pferát, & inscriptos nomina &c. & sceptra. i. reges non desint.
Inscriptos nomina Regum,
Fulgenti lilia caule
Aurea sceptra ferant.
Gemmatis cincta coronis Regia Maiestas in vobis perēner.
In vestris regia pinnis
Maiestas nescia finis
Collocet imperia.
Ch. Past. *Aurea perpetuo florescite lilia vere,*
Lætaque sint vestris Gallica regna comis.
Ch. Aul. *Digna, sed ampla parū vobis confinia, libent* Imperiū Oceano, &c. Virg.
Æquoris vnda pedes, ætheris astra caput.
Ch. Past. *Aurea perpetuo florescite lilia vere,*
Lætaq; sint vestris Gallica regna comis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

In Ebrietatem.

CANTICVM V.

Chorus Pastorum.

Ad hoc cā-ticum Satyrisci Pyrrhicam saliunt, & Thyrsis pulsātin numerum.

Latice quiſquis madet Iacchi
Paria patitur dementato.
Furit vterque breuius alter.
Breuis amentia fit temulentia:
Longa ebrietas eſt amentia.
Ignea toruà lumina fronte
Nutant amenti, natant ebrio.
Labor vtrique ludus, & choreæ.
Vtraque iactat iurgia lingua:
Pallidus horror occupat ora:
Errat curſu gradus incerto:
Colla labaſcunt, crura tremiſcunt,
Corporis pariter, mentis & inops
Latice quiſquis madet Iacchi.
Mens ingeſto merſa lyeo
Fluctuat nullo firma magiſtro:
Nunc audacibus tumida cœptis,
Nunc trementibus timida curis.
Qualis inſano pinus Ægæo
Rapidis miſer ludus Etesijs
Latera vaſtis tonſa procellis,
Laceris fluctuat naufraga velis.
Nunc violentis rapta Aquilonibus

Ardua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Ardua vitrei vertice montis
Actra laceßit; nunc sinuoso
Hausta baràthro, valle liquenti
Stygios Orci despicit ignes.
Agitur celeri turbine circum
Sui incerta, certa pericli;
Donec æquoreus obluctantem
Obruat æstus.
Flauius vitreà Bacchus in paterà
Aureo blandum radiat ore.
Latet in croceo flamma liquore:
Proditur croceo flamma colore.
Tacita siren illice forma
Prouocat haustum:
Animus aureo mergitur haustu,
Rapitur æstu.
Namque per imas fusa medullas
Placida pestis furit, & impotens
Sæuit; vndantis velut aheno
Spumeus alte exuberat ardor,
Seque euoluit murmur aquai:
Magno stridet pruna sonore.
Hæret Baccho comes Erinnys.
Temperent gelidæ pocula lymphæ.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

CANTICVM VI.

Chori, & Semichori Pastorum, & Venatorum.

Ch.P.&V. *AVra leuis, aura lenis,*
Aura præpes aduola.
Semi. Ven. *Tu, Phœbæi dum maritant*
Terræ sinum radij,
Ante Patris orta iubar
Matutina volitas.
Tu dum lenibus flabellis
Ignem eoum suscitas,
Soporatis ab ocellis
Somnus ales auolat.
Semic. PP. *Frons decora rubicundis* — Poetica descriptio Auroræ.
Tibi vernat floribus.
De concreto viua rore
Tibi gemmant lumina.
Gemma tremit de tenellis
Oricellis pendula.
Palla leuis picturatis
Tota riget pinnulis.
Ch.P.&V. *Aura leuis, aura lenis,*
Aura præpes aduola,
Semi. Ven. *Tu, Tithoni cum puella*
Curru vecta roseo
Vultus exerit decoros,
Cęli pandis ostia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Et aperta per serena
Densa differs nubila.
Semic.PP. *Tu cum tubà susurranti*
Mane flores excies,
Vt Auroræ purpurantem
Conspicentur faciem,
Illi sensim rore graues
Reserant ocellulos.
Semi.Ven. *Tu Tithoniæ corollas*
Excutis è gremio,
Et rosarum florulentis
Arua rigas imbribus.
Semic. PP. *Tu languentis hyacinti*
Molle caput fulciens,
Leni afflatu moribundum,
Et tepore recreas.
Ch.P.& V. *Aura leuis, aura lenis,*
Aura præpes aduola.
Semi.Ven. *Te rubenti rosa sinu*
Accipit hospitio,
Odoratis abeuntem
Oneratque mercibus.
Semic. PP. *Te ancipiti duello*
Quatiente gramina,
Pacem flosculi vocantes
Collabellant oscula.
Ch P.& V. *Aura leuis, aura lenis,*
Aura præpes aduola.
Semi.Ven. *Quis, horrendo cum fragore*
Tela ruunt flammea,

Ignes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Jgnes incitat triſulcos?
Alas aura commodat.
Se. PP. Quis, horrendo cum tremore
Terræ nutant viſcera,
Quid ſit terræmot⁹. Murmur intonat pauendum?
Rimas aura quæritat.
Sem. Ven. Te pennigeræ parentes
Ore vocant muſico,
Vt implumium natorum
Parua libres corpora:
Jpſa ſubis, ipſa doces
Agitare plumulas.
Sem. PP. Te viator peregrino
Greſſus orbe concitans,
Colle feſſus vt reſedit,
Ore vocat languido:
Ipſa ſinus, ipſa frontem
Ventilando frigeras.
Ch. P. & V. Aura leuis, aura lenis,
Aura præpes aduola.
Semic. V. Ades aura; ſuaue olentes
Seu libare violas,
Seu marinis mage gaudes
Inſultare fluctibus,
Noſtra dabunt ora flores,
Vndas crines aureas.
Semic. P. Ades aura; leui iuuat
Si geſtire pinnulà,
Noſtra dabit ſylua molles
Foliorum pinnulas.

Ades

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.84

Ades, aura, ne nos auris
Verba demus irrita.

Semic. V. *Adest aura; sylua ciet*
Foliorum lingulas.

Semic. P. *Adest aura; nec nos auris*
Verba damus irrita.

Ch. P. & V. *Aura leuis, aura lenis,*
Aura prapes aduolat.

Felix vita Syluicultrix.

CANTICVM VII.

Fidicen, & Chorus Aulicorum in duos semichoros diuisus.

Fidicen. *TAcità syluis rupe latentem*
Fauentis nulla populi,
Sed Zephyri populea
Blanda souentis recreat aura.

Sem. Aul. *O vita nullis vitiata curis*
Rura colentum!

Fidicen. *Placido labens murmure lympha*
Smaragdinis argentea
Riparum clausa pateris
Pocula prabet nescia fraudis.

Alter Semi. Aulic. *Heu nimis duris lacerata dumis.*
Purpura Regum!

Fidicen. *Sape cubanti valle cubanti*
Virenti Flora dexterà

Officiosa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.84

	Officiosa suggerit
	Stragula verno picta colore.
1 Semich.	*O vita nullis vitiata curis*
	Rura colentum!
Fidicen.	*Sæpe virenti frondis in umbrà*
	Garritu captus Auium,
	Fallacis Aulæ umbraticos
	Ore sereno ridet honores.
2 Semich.	*Heu nimis duris lacerata dumis*
	Purpura Regum.
Fidicen.	*Aulica Veris agmina flores*
	Odoris mella lancibus
	Veneni pura præferunt
	Tacitâ syluis rupe latenti.
Ch. Aul.	*O vita nullis vitiata curis*
Vniuersus.	*Rura colentum!*
	Heu nimis duris lacerata dumis
	Purpura Regum!



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

In aurum.

I. FRAGMENTVM SATYRICVM.

SATYRVS, & FAVNVS.

Sat. *SIlenum hæc canentem quondam memini:*
Aurum, si nescis, est fortunæ vomitus,
Curarum proles, & curarum genitor.
Quod si possideas, fortunæ es asinus,
Et vile pecus: inde fit pecunia
Aurum, mutato nomine.
Quod si possideas, te ipse haud possides:
Immo nec aurum possides,
Qui te, qui aurum possides, non possides:
Lucet, sed luce suà offundit tenebras,
Vt opes quisquis habet, opes quæritet,
Nec opibus in ipsis opes videat,
Et opibus in ipsis inops egeat.
Sit graue licet, aura est aurum leuius,
It, redit, ocyus per manus transuolat.
Sit mole licet præditum,
Per omnes tamen se traiectat rimulas
Phœbeà luce tenuius.
Non corpus modo sauciat
Ferri rigore sæuius,
Sed mentis ima exulcerat.
*Hinc aurum quisquis *auet, curis anxius*

Silenus pro Deo inter syluicolas, cui & Virg. Eclogā doctissimā attribuit.

*habet.

Pallescit auro concolor.
Vt multa paucis assequar:
Malorum causa preciosa est omnium.
Fau. *Hoc si sit aurum, auro diues affluo,*
Nam curis vsque, & vsque malis affluo.
Hoc si me volunt, habeant
Non aurum modo, sed sint prorsus aurei.
Quid tamen causæ, quod Pastores pariter
Non aurum nobis largiuntur largiter?
Sat. *Nimirum auri lucem vmbra sequitur,*
Infelix auaritia.
Et rarus auri est dominus
Non seruus auaritiæ.
Ab auro auari promanarunt nomina:
Dum aurum, aurum geminat,
Au-arum dictum dictitant.
Quò quisque est auri largior,
Auri plerumque est arctior.



In

In adulatores.

II. FRAGMENTVM SATYRICVM.

Satyrus loquitur.

O *Fœta dolis aßentantum pectora!*
Amare dum te simulant,
Furtiuis hamant artibus.
Auratis aucupantur opes retibus.
Qui blandientes verbulorum flosculos,
Qui viridantes promissorum herbulas
Mellito ab ore legis, procul effuge,
Sub flosculis, sub herbulis
Dolosus latet coluber.
Nec rosæ spinæ aculeus,
Nec api spina aculei,
Nec molli ab ore aßentatorum aberunt
Fallaciarum cuspides.
Hoc vno non te fallent,
Quod nunquam non te fallent.
Quàm feras inter satius
Expertes doli degere,
Qàum subdolorum inhumanis hominum
Se cœtibus inserere!



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.84

Pastorales querelę.

MONODIA I.

Heberus Pastor.

SYluæ frondosæ, syluæ, collesque supini,
Et vos omnigeno ridentia prata colore,
Annua iucundi retulistis gaudia veris;
At me præteritæ liquerunt gaudia vitæ.
Iam resoluta cadit glacies de montibus altis;
Nostra quoque assiduo liquuntur corda dolore.
Iam grauido tenerę truduntur palmite gemmę;
Et mea perpetuis turgescunt lumina guttis.
Nunc arbor dulces prębet Pastoribus vmbras,
Nunc somni molles, nunc pubes fusa per herbam
Dulcia multifori modulatur sibila cannà:
Solus ego, hei misero, saltus, & lustra pererrans
Conqueror, & nostris respondent saxa querelis.
Hei mihi, cura ouium, rapidarum cura ferarum
Languenti fluit ex animo: dolor omnia vincit.
Ite leues Cerui, sæuęq; in montibus Vrsæ,
Ite lupi, miserumque pecus laniate furentes:
Non vos pręterea mea tela, aut retia lędent.
Vt lubet ite meæ nullo custode Capellæ:
Pascite vos herbas gemmantes rore recenti;
At mea sollicitis pascentur pectora curis.
Vos bibite algentem vicini fluminis vndam;
Singultus, lacrymasque bibent nostra ora perennes.

Maternæ, abrepto filiolo, querelæ.

MONODIA II.

PArtem animæ de corde meæ mihi, dire satelles,
Auulsti, rape quod superest, aut redde quod aufers:
Semianimem vixisse mori est. heu, perdere vitam
Optanti, vt moriar geminatâ morte, negasti.
In me vnà simulacra locas vitæque necisque
Viuere dum nequeo, dum nequeoque mori.
Ergo ne sic miseram, fili mea vita, parentem
Deseris, & viuo? sine vitâ viuere possum,
Aut sine morte meo finem posuisse dolori?
Heu, morti vires adimit, vitæque ministrat,
Vt mea non careat vita dolore, dolor.
Sed quid ego inuitam votis accersere mortem
Conor adhuc? viuã vt moriar: mors vlla Naime,
An mihi sit grauior, sine te quam ducere vitam?
Viuam ne viuam. Quod si tamen vlla dolenti
Vita superstes erit, vita doloris erit.



Vitę rusticę laudes.

III. FRAGMENTVM.

Aggæus Venator, & Echo.

Lluidus incertos venetur frater honores:
Sectari me lustra iuuat, saltusque ferarum.
Illum mordaces curæque, iræque, flagellent:
Me nemora, & vario florentes gramine colles
Accipiant, gelidæque cauis in vallibus vmbræ.
Fortunata dies, patriæ quà finibus exul
Ciuica iucundis mutaui mœnia syluis.
Tum mihi tranquillæ decerpere gaudia vitæ,
Curarumque graues licuit fregisse catenas,
Queis & auarities, & honorum inhonesta cupido
Captiuam speciosa trahunt in vincula turbam.
Quid iuuat ingenti cumulata labore supellex,
Si curæ ingeminant, inopes si copia reddit,
Et mens in rebus miserè tabescit opimis?
Quid iuuat optati conscendere culmen honoris,
Si casu grauiore ruunt quos ardua sedes
Voluit, & aeriæ quatiuntur fulmine turres?
O nos felices syluæ, rurisque coloni!
Pauperies opulenta quibus sua dona ministrat,
Ambitione procul, sæuàq; cupidine fraudum,
Ni fera siquando est laqueis fallenda dolosis.
Pastori certant aer, mare, sydera, tellus
Fundere quidquid opum naturæ amplectitur orbis.
Sol aurum, radijs argentum luna coruscis,
Terra dapes, mel apes, grauidi poma aurea rami,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Vbera lactis oues, gutture carmen aues,
Murmur aquæ, vitis gemmas, leuis aura susurros,
Et matutinum manna ferunt folia.
Dant choreas leni commoti flammine flores,
Et fugientem auram flexa ceruice salutant,
Ipse suas dum mulcet oues in gramine læto,
Agresti tenerum modulatus arundine carmen;
Vt lubet, auratum pulchrà testudine limen
Rex terat, elatà cui stipet sede sedenti
Hinc, atq; hinc latera accinctus multo ense satelles.
Bella canat, partosque ferat super astra triumphos.
Nobis pugna feræ, hostis aper, fera classica cornu,
Sunt caueæ carcer, pro denso retia vallo,
Miles inardescens acres, vis fida, Molossi;
Pro populo viridem prætexens populus amnem,
Aut assultantes teneris cum matribus agni;
Regia sceptra Pedum: gemmatum sydera tectum,
Dant picturatos cælorum mœnia muros,
Illita dum radijs Tithonia matutinis
Mille trahit varios, Phœbo pingente, colores.
Marmoreum non terra solum pictosue lapillos,
Sed calcanda parat terreni sydera cæli, Nam rores, vt alibi, sunt sydera pratorum.
Et collucentes per roscida gramina gemmas.
Nec desunt quæ saxa modos iterantia partes
Assentantis agant, non vt gens aulica turpi Echo symbolũ assentatoris.
Fallere docta dolo, sed veras reddere voces.
Dic age (quandoquidem contentà voce lacesso) Vt verisimile sit nunc Echũ respõdere.
O vox, quæ colles, vicinumq. incolis antrum,
Quem reris, cui cura vdæ per pascua vallis
Lanigerum ductare gregem? Ech. *Regem.*
Agg. *Antra ferarum,* *Quid-*

Quidue putas caulas? Ech. *Aulas.*
Agg. *Quid prisca virorum*
Ante ætas gessit, quã regna parauit? Ec. *Arauit*
Agg. *Regna metebat agris: quid mî contendere suades*
Pectora ne sẽsus diuexet amarus? Ech. *Ama rus*

Diuisim: ama, &: rus.

Agg. *Corda qs accipiet ruri fluitãtia portꝰ?* Ec. *Hortꝰ*
Agg. *Ciuiles non mens tranquilla quiescet*
Si repetam terras? Ech. *Erras,*
Agg. *Vin' ergo frequentes*
Effugeam plateas? Ech. *Lateas.*
Agg. *Florentibus annis*
Quid mihi ni in senium numerorum vener aceruos? Ech. *Ceruos.*
Agg. *Mî ne igitur iuuenique senique carendum*
Diuitijs? Ech. *Vitijs.*
Agg. *Vitiosæ alimenta iuuentæ*
Sufficit, & vitæ num causa pecunia diræ? Ec. *Iræ.*
Agg. *Quam miserum pretiosis cernere rixis*
Vnanimes ardere domos! Ech. *O mos!*

Ad historiã Dionysij tyranni. 5 Tusculanã.

Agg. *Quid opimis*
Impendet mensis? Ech. *Ensis.*
Agg. *Num diuitis vllum*
Pectus, quod nullo pacatum fluctuet æstu
Curarum? Ech. *Rarum.*
Agg. *Quos tanta incommoda passos*
Rebimur esse viros? Ech. *Iros.*
Agg. *Opulentia fallax,*
O et opes inopes, cuncta chimæra. Ech. *Mera.*
Agg. *O mala quæ bona sunt mortalia.* Ech. *Talia.*
Agg. *Præstat*
Exercens durum vita nouale. Ech. *Vale.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Musica contentio.

CANTICVM VIII.

Aggæus, Orebus Pastores. Chorus Venatorum.

Ch.Ve. *DIcite, Pastores alternum dicite carmen.*
Agg. *D Prona flores audituri,*
Vide, curuant capita.
E de loquacibus
Sibila buxis.
Oreb. *En Mæandris auditurus*
Se moratur riuulus.
Adde sonantibus
Carmina neruis.
Agg. *Pastores, ò Pastores,*
Qui cantui fauetis
Meo, si mel auetis,
Si quæritis honores
Veris, & nitidum diu serenum;
Me petite, cui gratiæ dedère
In corde ver, in ore mel habere.
Oreb. *Pastores, ò Pastores,*
Qui pluuiam timetis,
Cum nubila videtis,
Qui fugitis horrores
Hyemis, gelidam noctu pruinam;
Me fugite, me fugite, qui mæsto
Hyemem corde, nubes ore gesto.

Ch. Ve. *Pergite flos Pastorum,*
Certamen hoc sonorum.
Agg. *Bis quæ voces, Nympha, canis*
Iterato murmure,
Quibus artibus amica
Comparentur pectora
Effare cum clamore.
Echo. *Amore, more.*
Oreb. *Vox quæ lates, lympha cadit*
Quà muscoso marmore,
Quibus artibus amica
Comparentur pectora
Effer: an solo amore,
Et more? –
Echo. *Ore, re.*
Ch. Ve. *Pergite, flos Pastorum,*
Certamen hoc sonorum.
Agg. *Soluere primæuam primus diuina parentem*
Iussa draco docuit: credula prima parens.
Credula tu mater magis, an draco subdol° ille?
Subdolus ille draco, credula prima parens.
Oreb. *Liuor edax docuit fraterno sanguine fratrem*
Conscelerare manus: sæuus vterque fuit.
Sæuior an liuor, frater magis impius ille?
Impius ille, tamen sæuus vterque fuit.
Ch. Ve. *Pergite, Pastores, alternum pergite carmen.*
Agg. *Serpens iuuentà nitidus*
In curuæ reuolutus
Se dorsa iaculatur;
Arcus, & idem iaculum.

Serpens

Oreb. *Serpens iuuentà nitidus*
Volubilibus orbibus
Se subrotat, vehitque,
Auriga, currus idem.

Agg. *Trahit mæandros anguis.*

Oreb. *Trahit mæandros amnis.*

Agg. *An anguis amnis squammeus?*

Oreb. *An amnis anguis liquidus?*

Ch. Ve. *Mittite, flos Pastorum,*
Certamen hoc sonorum.

Agg. *Candidior cycno, rapidis velocior Euris,*
Robore Getulo nil concessure leoni,
Noster amor Ledã, vis o mea, prospice, Ledã,
Ne ferus incauto lupus insidietur ouili.

Oreb. *Frontis ebur geminãs, argẽtea vellera gestãs,*
Poma sub albenti demittens lactea ventre,
Capra, mei spes vna gregis, vitare memento
Si qua graues fuerint lædentia pabula fœtas.

Ch. Ve. *Sistite, Pastores, alternum sistite carmen.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

EVTRAPELIARVM POETICARVM

Liber Sextus.



Luna.

CHOREA I.

Chorus Ephœborum Aulicorum in Venatione.



Ecta sereno, Cynthia, cælo
Tremebunda argenteo
Num venaris astra cornu?
Num bellatrix igneo
Ætheris vrsas impetis arcu?

Nocte silenti voce fauenti
Tibi latrant catuli.
Tibi socium venanti
Luce spumat aureà.
Rabidæ sydus triste catellæ.

Modo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Modo recuruis edita cunis
Primo rides lumine:
Modo pleno nites ore.
Mox incurua senio
Mœsta cadenti extingueris igne.

Lates post te.

Orbe nigranti clausa secundùm
Temet ipsa latitas,
Tibi rogus, & sepulcrum
Temet ipsa tumulas.
Mox rediuiuos excitas ignes.

Fida diurni luminis hæres,
Occidente Delio,
Breue syderis fraterni
Reparas dispendium
Late micanti vultus honore.

Modo nitenti falce minaris,
Modo iugo, cymbula,
Modo portu sinuaris;
Et mutantem simulas
Æquore Cœli Protea formas.

Maris reflu- xus à lunà.

Liquido quidquid aere anhelat,
Fœto quidquid viscere
Terra parit, tibi paret.
Tuis nutat nutibus
Refluus humor æquoris alti.

Annue

Annue nostro dextra venatu',
Tibi dentes camuri
Apri torua minitantis,
Tibi quercu pendeant
Ardua nostræ cornua prædæ.

Dubiæ (viden'?) lucis in vmbrà
Tuis pares vultibus
Tibi in orbem, tibi in arcum
Agitamus chòreas.
Annue nostro dextra venatu'.

Cursibus aptas suffice vires,
Vimque odoram canibus,
Telo feras, tela feris,
Telis ictum dirige:
Robora fessis adde lacertis.

Aurea sediam proditur Eos, Aurora exoriens.
Et venatrix roseo
Astra noctem fugat arcu.
Hebetata contrahit
Delia lucem, luce renatà.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Sęculum aureum.

CHOREA II.



ERgon' agnato fraude puello
Dire, dira texuisti
Funera, liuor?
O durata ferreo
Pectora sæclo!
Fortunati quos alebant
Aurea spreto sæcula ab auro.

Roseo nondum spicula flore,
Nec doloso fraus tegebat
Angue venena.
Sinu sed innocuo
Otia agentes
Pax fouebat alta gentes;
Aberat dolus, aberat dolor.

Tenerum vernis flatibus annum
Respirantem, & ridentem
Vndique pictis
Flosculorum osculis:
Vbere roris
Picti ver lactabat oris,
Tempora mulcēs nescia brumę.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Mixta liquenti cinnama amomo,
Et sudanti dabat ilex
Cortice nectar.
Pede lympha argenteo
Mellea nabat,
Colliumque, valliumque,
Teneros inter lapsa smaragdos.

Florifer idem frugifer annus
Aurea floreo texebat
Poma monili.
Deliquebat mitibus
Gemma racemis.
Sed (ò vices!) cuncta retro,
Fraude repertà, lapsa referri.

Rosei promunt spicula flores,
Et dolosi virus angues.
Sæua cruoris
Nunc, & sitis pectore
Æstuat alto,
Nunc & astus immerenti
Vltima nectit fata puello.

O, potenti, numen, arte
Coniuratos falle dolos:
Aureos in exitus
Ferrea tandem cœpta recude.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Rores matutini.

CHOREA III.



PLacidi rores matutini,
Qui sereno lapsi cœlo
Mollia florum
Versicolorum
Ocellatis folia. Quasi pupillæ.
Qui florentibus in conchis
Latè virentis
Æquore prati gemmulatis. Pratum æquor, flores conchæ, gēme rores.

Vigiles hortis ab eois
Floræ rores olitores
Arida pratis
Ora rigatis
Vrnulis argenteis.
Vos Auroræ fulgurantis
Tacitus imber,
Guttulæ cœli desudantis.

Nitidum flauæ lac Matutæ,
Cum luteolas papillas
Tenero florum
Inserit ori:
Odorati pupuli
Coloratis cum labellis
Roseæ circum
Vbera matris nutriuntur

Ros lac Auroræ, &c.

Stellulæ noctis decidentes
Stillæ rorum. Cœli rores
Sydera: ruris
Sydera rores.
Flosculorum lacrymæ,
Cum madenti languent ore,
Diraque lugent
Funera noctis occidentis.

Sydera sunt rores cœli, rores sunt ruris sydera.

Antra petentum vos ferarum
Pressa vago signa pede
Limite fido
Prodite, rores.
Certa per vestigia
Ad latentem Venatores
Ducite prædam.
Placidi rores matutini.



Deo parent omnia.

CHOREA IV.

SVperas norunt singula leges,
Et iubentis æqua ferunt
Numinis imperia.
Tacite præses
Delia noctis
Scuto tecta argenteo:
Aut falcato vecta curru
Lucida ducat agmina cœli.

Vt currus bellici olim.

Creperæ Vesper lucis ocellus
Seras idem, matutinas
Condit, effert faculas:
Altera Phœbe
Lucis ademptæ
Patitur dispendia:
Nunc inferne, nunc superne
Flammeum Phœbi circinat orbem.

Idé Hesperus & Lucifer.

Venus à sole illuminatur in orbé vt luna &c.

Vacuo pendet aere tellus,
Seque vastâ mole librat
Facta leuis pondere.
Senio brumæ
Occidit annus,

Veris idem floridas
Rediuiuus inter cunas
Nitido ridet ore nouellus.

CHOREA V.

Spumeus altas expuit vndas
Aestuanti pontus irâ;
Littus vrgēs murmurat
Aurea vinctus
Compede arenæ.
Certis acta viribus, Ad puerb. Aureę compedes.
Et immotis mota habenis,
Superas norunt singula leges.

Sola (proh nefas!) fronte rebelli
Inhumana mentis audet
Vis humanæ obnitier.
Desine cœpto,
Liuide Pastor:
Diuo iussa monitu
Coniuratà quid moliris
Chrismata vecors tollere fraude?

Solido rigent fixa adamante,
Casso niteris labore
Cœli iura vellere.
Vela tumentis
Contrahe mētis.
Colla (viden?) mitia
Tellus, æther, pontus, aer
Superæ monent subdere legi. Anacephaleosis prædictorum.

Pax

Inuidia.

CHOREA V.



LEniore furens irà
Cæca raptat nubila
Sæuus Auster,
Stridulæ quatit brachia syluæ.
Mitius campo victor aperto
Tumens amnis
Rupto ruit aggere,
Et spumanti mugit vndà;

Iuuenile quam liuoris
Pectus æstro percitũ
Sæuit, ardet,
Proterit ausu iura nefasto.
Tristia læto prospicit ore,
Læta tristi.
Ora color deserit,
Mæsta vorat corda calor.

Forte graui sed camœnâ
Immerentẽ premimus.
An puello
Studio Pastor fauet amico?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Pallet Heberus? pallet amore.
Ima ſenſim
Concoquit præcordia
Fax amoris, non liuoris.

Sed doloſà nos fefellit
Dira lues faciæ.
Corde latens
Liuida produnt ora venenum.
Subdolus alte latet vt anguis.
Ecquis apte
Tela vitet liuida?
Subit liuor ora amoris.

Inuidia vt amor pallida, vt ſerpẽs liuida.

Pax à nuptijs.

CHOREA VI.

PLacido tandem, aurea, noſtras
Ore, Pax, reuiſis oras.
Blanda Doris aureis
Cubàt arenis,
Et pacato cœlum, terras
Fœdere lambit, mitia pangit
Cœlo, terris oſcula.

Mare illinc cęlum, hinc terras oſculari videtur in ſignum pacis.

Martia paſsim pila virenti
Fronde Palladis miteſcunt.
Sponte falcem belliger
Induit enſis.

In abiectis nidulatur
Clypeis ales: hostica fundit
Nectar Api galea.

Omnia tui numeris, Hymen.
Nodo iugas maritali
*Tu * Delphinas Aquilis.*
Tibi refingunt
Scuta lyras, plectrum arcus,
Lilia telum, faces Amoris
Æra vomunt bellica.

Reges, Gallos Austriacis Hispanis.

Scuta vertūtur in lyras, arcus in plectra. &c.

Ficta ne crebri fama susurri?
An regalis iubar oris
Lux recludet proxima?
Hiccine pandet
Tam sereni iubar oris
Jrida pacis? Ergone nostræ
Solem vmbræ protegent?

Os Regium quasi Iris pacis. Rex sol, qui in venatione, &c.

Felix ades, & secunda
Sydera tuis
Hymenæis annuant.
Pronubus Amor
Inextincta foueat
Corda face, rura pace.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Infantes hebręi submersi.

CHOREA VII.



SOL, qui patentis æquora terræ
Ore lustras aureo,
Puellaris duras necis
Monumenta nubilus
Phario vides æqua tyranno.

Mascula mœrens pignora Nilus
Iussu mersit regio.
Pro vitali necaturos
Lacte sugunt latices:
Vitrea præbet vbera torrens.

Prima recentis limina vitæ
Pede libant lacteo,
Diræ tangunt metas mortis.
Primus ollis Lucifer
Ultima vexit tempora lucis.

Mater exangui fixa dolore
Concidit: exanimis
Ripà puer arenosà
Iacet: vtri nescias
Torpeant vero lumina letho.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Mitia Mosi flumina parcunt.
Regem, agmen regium
Haurit vltrix ira ponti.
Qui puellos rapidis
Merserat vndis, mergitur vndis.

Arbiter alto sedet olympo
Pari librans pondere
Lancis æquæ pœnam, scelus:
Læua læuis, leuibus
Grauia, iniquis æqua reponit.

Te quoque sceptrum, Syre, tuentem
Nece insontis pupuli,
Inopina rapto coget
Regno cædes cedere.
Dira gerentem dira sequuntur.

Auræ meridianæ.

CHOREA VIII.

MEdium terens Cynthius axem
Grauis arcu iaculatur
Tela lucis aureo.
Rutilo latrat
Syrius astro:
Nec venatus regij
Cedit labor: tantus amor,
Tanta repertæ gloria prædæ.

Igneus

Igneus acres
Fert molossos impetus.
Crebra volant tela manu.
Ora tepenti sparsa liquore,
Corda calenti laudis amore
Face feruent geminatà.
Creber artus halitus
Quatit anhelos.

Apes odorum præpetes auræ,
Zephyritidos alatæ
Administræ Chloridos.
Noctis Eoà
Luce supremus
Expirantis halitus,
Hostis olli cum Matuta
Roseà cludit lumina dextrà:

Auræ quasi Apes odorilegæ.

Aura supremus est halitus noctis emorientis, cui Aurora oculos claudit idest sydera, &c.

Mobiles auræ,
Vernulæ tubicinæ,
Odorata quæ miscetis
Pratigenarum prælia florum.
Languida victæ lumina noctis
Matutino quæ proflatu
Gelidæ restinguitis,
Volucres Auræ;

Mane sydera extinguũtur ab Aurà.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Deliam vestro flamine flammam
Temperate. Venatrices
Vos algenti dexterà
Rore madentes
Tergite frontes.
Telis alas addite
Catulorum, Venatorum
Cursui vestras indite pennas.

Forte virenti
Si locarint gramine
Fessa longo membra cursu,
Vndique lectos ruris odores
Spiritus ollis florifer afflet.
Vos ridentes ora circum
In amica pellite
Oscula flores.

Cũ per summa trãquilli maris leuiter spirant auræ.

Sic per amœnas æquoris oras
Curru vos argenteo
Cœrula vectet hospita Tethys.
Sic per arua volitantes
Vos tenelli lusitantes
Osculentur flosculi.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.84

Pantomimisis.

CHOREA IX. DITHYRAMBICA.

Chorus Satyriſcorum.

AGe pernix in numerum cohors
Simulato ruricolas
Geſtu redde labores.
Pede ligonem ter, quater premente,
Impacto pronus ſarculo;
Curuo nitere aratro
Reſupinas vertere glebas.
Expanſà crede dexterà fœcundis
Cerealia ſemina ſulcis.
Falcibus attenuans
Frondentes arbore ramos,
Opacas vmbras contrahe.
Fœcundos ſtringe palmites.
Vndantis campo ſegetis
Fragiles ſuccide calamos.
Adductis viridantia
Attonde prata falcibus.
Crepitet ceres trita flagellis,
Tunſa tonet area.
Querna quate brachia,
Flauentes decute glandes,
Carpe, poma quæ demiſsis

Sponte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

23 *Sponte donat arbor frondibus.*
24 *Musta pleno*
25 *Spumantia lacu*
26 *Alternà supprime plantà.*

Genus ludi, olim. Hic in varios affectus &c.

1 *Innumeras rerum facies*
2 *Subeuntem finge Protea.*
3 *Suspenso gradu timidus*
4 *Crebra respectans gradere.*
5 *Manuum compectinatio,*
6 *Et miseranda capitis*
7 *Et hinc, & inde inflexio*
8 *Mœrentem prodat animum.*
9 *Quid crebra frontem*
10 *Ruga sulcat?*
11 *Quid se se pandunt brachia?*
12 *Elatis, ore presso, supercilijs*
13 *Quid admirare tacitus?*
14 *Nutet ceruix*
15 *Languenti marcida somno.*

Militaria ludicrè.

1 *Insere te medium,*
2 *Simula, satyre,*
3 *Longicrurem Gruum regulum.*
4 *Te circum vigiles*
5 *Agitabimus excubias,*
6 *Simulataque munia belli.*
7 *Agite dum strenui*
8 *Infestos intendite thyrsos.*
9 *Vrge læuum*
10 *Ansato latus brachio:*
11 *Hasta dextrum premat humerum:*

Librato

12 *Librato lente gradu incede tumidus.*
13 *Circumspice, procul arduus*
14 *Hostiles speculare dolos.*
15 *Aera multiplex*
16 *Verberet ictus.*
17 *Heus, quis ades? procul apage.*
18 *Ice, tunde, cæde, macta.*
19 *Nobis, incolumi rege,*
20 *Annuit victoria.*
1 *Irarum saucius œstro,*
2 *Flammeo toruus lumine,*
3 *Minitare dexterà;*
4 *Calce solum tundito.*
5 *Vrgeat humeros*
6 *Curua senectus:*
7 *Membra leuet scipio.*
8 *Crura ad numeros*
9 *Claudicantia*
10 *Arsin, thesin prouocent.*
11 *Flexile corpus tacitè loquentes*
12 *In literas effingito.*
13 *Muto gestu nutuum*
14 *Arcana mentis promito.*
1 *Insere te medium,*
2 *Simula subdolam,*
3 *Faune, versatili*
4 *Ceruice noctuam.*
5 *Nos tibi infensas interim*
6 *Æmulabimur alites.*
7 *Ictum caue, vertere*

Sic omnia ad numeros in hac choreà.

Hoc ab ãtiquis mirificum, & iucundum.

Rapidi

Rapidi more turbinis.
Cecìdi, gradum refero, circumagor
Rapidi more turbinis.
Accedo rursus, irritum
Elusit ictum prouida
Ceruicis inclinatio.
Ille caput, hic humeros,
Ille ceruices impetit.
Accede, retrocede, pete, repete:
Subdola subdolà
Ars eluditur arte.
Versemur omnes pariter
Rapidi more turbinis.

Vmbrę.

CHOREA X.

Sat decori iam sudoris,
Sat, ò pubes regia,
Strenua finxit prælia virtus.
Molliter excipiat
Blanda fessos quies artus.

Serotinæ vmbræ productæ quasi gigantes.

Lucis vmbræ iam cadentis
Giganteæ senio,
Dum morituro funera Phœbo
Parentantes apparant,
Sternùnt pullà rura veste.

Fugitiuæ

Fugitiuæ lucis hostes
Vos à Sole transfugas
In sua tutos castra receptos
Gelidis tentorijs
Umbra tegent hospitales.

Vmbræ .f. hostes lucis aufugiẽtis.

Longo vobis en proiectu
Se se ferunt obuiæ,
Aruaq; nullo lumine pingunt.
Simulacra abijciunt
Nemorumque colliumque.

Ad riparum lentus vmbras
Spatiatur riuulus.
Plurima seræ succubat vmbræ
Strata vallis montium,
Hic & vmbræ vos morantur.

Riui,&valles exemplo suo vos ad vmbras ꝓuocant.

Hic per prata trepidantum
Ad lympharum murmura
Teneras inter flosculos herbas
Agitabit chòreas
Vobis vmbræ in conopeo.

Arborũ vmbræ quasi conopeo succubãtes ꝓtegunt.

Huc adesto, nec timeto,
O caterua Regia,
Tibi grauis ne sit vmbra:
Nihil vmbræ ponderis.

Licet Virg. *Solet esse grauis cantãtibus vmbra.*

Tethys, siue Mare.

CHOREA XI. CANTICO IMMIXTA.

Chorus Piscatorum.



Chorea.

TIbi grates, tibi laudes,
Cœrula Tethy.
Tuo lapsus munere
Opportunè regia
Munera Delphin
Nostra captus vincla sensit.

Canticum.

Eoa parens Memnonis
Vt prodijt è specula,
Aureolosque crines,
Luteolosquè vultus
Ad oris tui speculum
Tergit, comitque, Tethy.

Aurora se comit ad speculum maris.

Cho-

Chorea.

Dum rubenti munda fuco
Illinit ora,
Lætam tuis purpuram
Surripit è conchulis:
Colla corallis,
Tuis ornat ora baccis.

Purpura Auroræ à conchis, & corallis maris.

Canticum.

Dum spargit ab æthereis
Rosarum nimbos hortulis,
Tum tua matutino
Rubescit vnda vere,
Et pensilis in medijs
Florescit hortus vndis.

Primo mane rubens mare quasi rosariũ pensile.

Chorea.

Te spumosis expuentem
Oribus iras,
Teque præliantibus
Campum ventis Martium,
Fluctibus Euros
Canat alter equitantes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Canticum.

Tranquillo vultus lumine
Te blandientem canimus,
Et aureis arenæ
Puluillis acclinatam.
Sic vsque nostro faueas
Piscatui serena.

Chorea.

Tu terrarum vastos orbes
Sedula mater
Vlnis circum liquidis
Fusa cingis, vitreo
Vbere lactas,
Sinu geris æstuoso.

Canticum.

Sol è mari exoriēsquasi gēma aurea è cōchà argenteà.

E tuo Phœbus nitidum
Attollit caput gurgite,
Et igneo tranquillum
Dum globo radit æquor,
Apparet in argenteà
Aurata gemma conchà.

Chorea.

Mane primo tu naſcenti,
Heſpere ſero
Tu cadenti Delio,
Ceu Phœnici æthereo,
Liquido præbes
Toro cunas, & ſepulchrum.

Cunas naſcẽti, cadẽti ſepulchrũ.

Canticum.

In te ſol pictor aureus,
Dum lumen vmbris temperat,
Serena ludens pingit
Ridentis ora cœli.
Sic vſque noſtro faueas
Piſcatui ſecunda,

In mari quaſi in ſpeculo cęli facies, &c.

Alias Monodias, alia quædam cantica hìc omiſſa, minutiora item, ac minoris momenti lyrica quædam alia uide in Dramateis huius Authoris, è quibus hæc, quæ nunc hìc. &c.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Chorea.

Mane primo tu nascenti,
Hespere sero
Tu cadenti Delio,
Seu Phœnici æthereo,
Liquido præbes
Toro cunas, & sepulchrum.

Cunas nascenti, cadenti sepulchrum.

Canticum.

In te sol pictor gnarus,
Dum lumen umbris temperat,
Serena ludens pingit
Ridentis ora cæli.
Sic usque nostro fundas
Piscatui secunda.

In mari quasi in speculo cœli facies. &c.

Alias Monodias, alia quædam cantica hic omissa, minutiora item, ac minoris momenti lyrica quædam alia uide in Dramateis huius Authoris, e quibus hæc, quæ nunc hic. &c.

IN EVTRAPELIARVM POETICARVM LIBROS LEGES METRICÆ.



VLtitudo, ac uarietas ingens pedum, quibus latina Poesis incedit, poetis maximam affert facilitatem ad numerosam, ac uariam nouorum metrorum propagationem. Præ cæteris Horatium, Senecam, Boetium uide, qui & ipsi Græcos anteriores, & quos latini alij posteriores in hac uariâ, & multiplici metropeiâ summâ cum laude sunt secuti.

Iure atque exemplo hoc poetico Author etiam Eutrapeliarum aliquando admodum parcè usus est pro rerum, quas canebat, exigentiâ. Semel, aut bis tantum uel dithyrambica, uel Pindari, uel Comicorum ueterum numeros æmulatus est. Sed plura uide in libello de his item, & in legibus metricis post huius Authoris Syluiludium, nunc quod instat agamus, & metrorum leges aliquorum, quibus author in eutrapelijs utitur, indicemus, ne quid extra leges poeticas ausus esse uideatur.

Metrorum aliquorum, dixi, nam præcipua, & maxima pars eutrapeliarum constat uersibus usitatis, ac notis, Hexametris, Pentametris, aliquando etiam Iãbicis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

bicis, ac prædictorum generum tomis, siue minutijs.

De his, quoniam res trita est, nihil in his legibus agemus, sed de alijs tantum quibusdam uersuum generibus, qui lectores aliquos soni similitudine ita falsos habuerunt, ut uitiatos antiquorum uersus arbitrarentur sit ergo initium à -

-LIBRI I. EVTRAPELIA IV.

Pange suauiollum, puelle, matri, &c.

Versus sunt trimetri catalectici disyllabis tātum pedibus cōstantes, ac sine cesurà hephthemimeri, quasi in duas tomas singuli diuisi sint, quarum prior è ternis, altera è binis pedibus cum syllabà consletur; ut

Pange suauiolum,
Puelle matri, &c.

Ergo licet in quamlibet sedem quemlibet è quatuor disyllabis tantum pedibus possint admittere, tamen author in secundà sede tantum choreo, in tertià, & quintà tantum iambo, in quartà iambo & spondeo, in primà choreo, spondeo, & pyrrhichio usus est. Si quintum excipias uersum, habes Hendecasyllabos Catullianos.

EVTRAP. VI.

Tu qui flosculus es campi,
Valltumque lilium, &c.

Primus quisque uersus est dimeter acatalecticus, secundus quisque catalecticus. cōstant, & ipsi è disyl-

labis

labis tantum pedibus sine vllà cesurà.

In quamlibet sedem licet admittere possint vnum quemlibet è quatuor disyllabis tantum pedibus, tamen in hac eutrapelià author ad prioris versus primã sedem iambum numquam admisit, in secundam nec iambum nec pyrrhichium, in tertiã non spondeum; in quartà solo spondeo vsus est. In posterioris vero versus sede primà quolibet è disyllabis, in secundà non pyrrhichio, in tertià nec spõdeo nec iambo vsus est. Superest syllaba, quæ licet hìc longa semper sit, tamen eius ratio in quantitate non habetur, sicut & postremæ syllabæ in acatalecticis.

EVTRAP. VIII.

Viden vt vitreæ
Saliens lympha, &c.

Monometri sunt acatalectici. Primus quisque cõstat trisyllabis tantum pedibus: secundus primà sede trisyllabis, secundà disyllabis. vterque sine vllis cęsuris. Primus quisque in vtramque sedem primam, & secundam admittit è trisyllabis eos solum, qui mediam habent breuem. Secundus quisque in priori sede eandem circa trisyllabos cautelam habet, ac rarissimè admittit molossum; in secundà sede hìc locus est spondeo, & iambo, licet & reliquis duobus disyllabis pedibus vti possis.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

EVTRAP. IX.

Virgato geris quid, Dameta, calatho?
Frondosa tolle tegmina, &c.

Trimetri sunt, & dimetri acatalectici con usitatis cęsaris. constant è disyllabis tantum pedibus. quorum quemlibet in quamlibet sedem licet possint admittere, tamen primus quisque apud authorem habet in primà, & tertià sede tantum vel spōdeum, vel choreum, in secundà, præter prædictos, etiam iambum, in quartà solos vel spondeum, vel iambum, in quintà solos vel pyrrhichium, vel spondeum, in sextà & vltimà solum iambum; licet nulla habeatur ratio vltimæ syllabæ. Secundus uero quisquis secundà, & tertià sede habet eosdem pedes, quos habet secunda sedes primi, quartà sede pyrrhichium, & iambum.

NENIA.

Extinctà Matre lacrymas, &c.

Constat è dimetris catalecticis, & acatalecticis, uno hypercatalectico, mixtis tum ex ijs, qui cęsuras poscunt, tum ex ijs, qui eas reijciunt. Exigendi sunt, ij uersus ad leges eutrapeliæ sextæ, & eutrapeliæ nonæ huius primi libri, quas reuise. tantum disyllabos pedes admittunt, &c. ut prædictum est, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

EVTRAP. XVIII.

Ingeni metas pubentis adhuc, &c.

Eæ columnæ constructæ sunt è vario metrorum genere pro exigētià, & varietate figuræ. nam in ijs sunt monometri, & dimetri acatalectici, qui pedes trisyllabos aliquos tantum admittunt iuxta leges octauæ eutrapeliæ huius primi libri. item dimetri catalectici, & acatalectici, qui pedum tantum disyllaborum aliquos admittunt iuxta leges sextæ, & nonæ eutrapeliarum. denique tomas aliquas heroici hexametri, & integros hexametros etiam admittunt. Ex prædictis patebit distincte singulorum quantitas prosequenti, & experienti minutim singula. Nobis satis est indicare iam apertas vias.

EVTRAP. XIX.

Hoc habe luteolum, &c.

Constat è dimetris catalecticis, qui sine cęsuris pedes tantum disyllabos admittunt iuxta leges secūdi cuiusque versus stropharum in eutrapelià sextà.

EVTRAP. XX.

Cape fraga rubentia, &c.

Constat è dimetris acatalecticis cum cęsuris, qui disyllabos tantum pedes admittunt iuxta leges secundi cuiusque versus stropharum in eutrapelià nonà.

EVTRAP. XXI.

Cape lepusculum, &c.

Vt in eutrapelià octauà.

EVTRAP. XXIV.

A quarto versu ad vltimum,

Si naufraganti fauet innocentiæ, &c.

Vt in eutrapelià nonà.

EVTRAP. XXV.

En tenes tandem, mea vita, incolumis, &c.

Prorsus vt nona eutrapelia.

EVTRAP. XXVIII.

Ergon' ora petiturus &c.

Vt sexta eutrapelia.

EVTRAP. XXXI.

Cultor antri quem te vocem! &c.

Constat dimetris acatalecticis sine cęsuris disyllabos admittentibus iuxta leges primi cuiusque versus stropharum in eutrapelià sextà.

EVTRAP. XXXVIII.

Dum mi Deus fulgurantes, &c.

Vt eutrapelia sexta in vtroque versu.



LIBER SECVNDVS.

EVTRAP. I.

Hanc venustulam verendo, &c.
Vide Eutrapeliæ sextæ libri primi leges.

EVTRAP. II.

Vetus poetæ proditur sententia, &c.
Secutus est hic semel ueterum comicorum numeros, sed tamen ita parcè, ut in secundo tantum, & quarto uersu Trisyllabos tres pedes admiserit; in secundi quidem primam sedem creticum, in secundã sedem dactylum; in quarti uero uersus sedem tertiã antibacchium. cætera omnia metire è disyllabis iuxta leges primi cuiusque uersus stropharum in eutrapelià nonà libri primi.

EVTRAP. V.

Formose mi puelle, &c.
Constat dimetris, acatalectico primo, catalectico secundo; qui admittunt & cæsuras, & disyllabos iuxta leges secũdi cuiusque in eutrapelià nonà libri primi.

EVTRAP. VIII.

Pupule virginei, &c.

Omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Omnes dimetri catalectici ad easdem leges, ad quas secundus quisque in eutrapelià sextà libri primi.

EVTRAP. XII.

Quid biberium Meronem, &c.
Vt trigesima libri primi.

EVTRAP. XIII.

Nuper silonicapero,
Constat dimetris, & trimetris catalecticis, & acatalecticis mixtim, qui & cæsuras, & disyllabos admittunt iuxta leges eutrapeliæ nonæ libri primi.

CHOREA I.

Viua mortis instar Amor, &c.
Est Tetracolos octostrophos. Primus quisque versus est dimeter acatalecticus, sine cæsuris è disyllabis vt primus quisq; eutrapeliæ sextæ libri primi. Secundus quisque versus dimeter acatalecticus primo, & tertio loco trisyllabum habens sine cæsuris, vt secundus quisque geminatus eutrapeliæ octauæ libri primi. Tertius quisque versus est vt primus. Quartus quisque mononieter acatalecticus primo loco trisyllabum, secundo disyllabum habens vt secundus quisque octauæ eutrapeliæ libri primi. Qnintus quisque versus vt quartus. Sextus quisque versus dimeter catalecticus vt secundus quisque sextæ eu-

trapeliæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

trapeliç libri primi. Septimus quisque versus vt secũdus. Octauus quisque vt sextus. en tibi quod similes uersus indicat similibus literis, & eorũ ordinẽ, hoc-

-Schema

A ——————
B ——————————
A ——————————
C ——————
C ——————
D ——————
B ——————————
D ——————————

In fine habet hæc chorea epoden, quæ reliquas antecedentes strophas non sequitur. sed quemadmodũ in Hetruscis cantionibus postrema strophe, quam caudam appellant, seorsim habet suos versus, & ordinem à strophis antecedentibus; sic & Author hic in postremà strophe primo loco ponit dimetrum acatalecticum, qui trisyllabum habet in tertià sede, in reliquis disyllabos. Secundus, tertius, quartus versus dimetri sunt acatalectici sine cæsuris è disyllabis. Quintus est catalecticus. Sextus est brachycatalecticus. Eorum leges proportione sunt quæ aliorum è disyllabis in strophis præcedentibus. huius caudæ hoc est-

-Schema

A ——————————
B ——————————
B ——————————
B ——————————
C ——————————
D ——————

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

EVTRAP. XIV.

Dic, Aurora, tam rubentem, &c.

Tota prorsus ut sexta libri primi.

EVTRAP. XXII.

Quid ni diem nox datura? &c.

Vt trigesimaprima libri primi.

IDYLLIVM.

Quà læti colles nitidas vere frontes, &c.

Vt eutrapelia decimatertia huius libri secundi.

LIBER TERTIVS.

EVTRAP. I.

Virgo parens roseum, &c.

Vt octaua eutrapelia libri secundi.

EVTRAP. II.

Nocte vigil intempesta, &c.

Vt sexta libri primi.

EVTRAP. III.

Quid, ò lente, sub vmbrosà, &c.

Item & hæc vt sexta libri primi.

CAN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

CANTICVM.

Cur ab alto lapse tua, &c.

Eſt tetracolon tetraſtrophon. Cuiuſcumque ſtrophes primus, & ſecundus verſus ſequuntur leges eutrapeliæ ſextæ libri primi. Tertius, & quartus ad leges eutrapeliæ octauæ libri primi. In fine habet pro vltimà ſtrophà epoden, in quà omnes dimetri ſunt catalectici, vt ſecundus quiſque cuiuſque ſtrophes antecedentis. vltimus denique verſus eſt vt vltimus cuiuſque ſtrophes præcedentis.

EVTRAP. VIII.

Sic ego dormio, & cor meum vigilat, &c.

Vt primus quiſque eutrapeliæ nonæ libri primi.

CHOREA II.

Quam violentis percita flammis, &c.

Tricolos hexaſtrophos. primus quiſque verſus cuiuſque ſtrophes eſt ut ſecundus in choreà primà libri ſecundi. ſecundus quiſque ut primus in eàdem primà choreà. quartus quiſque ut ſextus in eadem choreà. Sunt uero in ſingulis huius ſecundæ choreæ ſtrophis ſimiles uerſus tertius primo, quintus ſecundo, ſextus quarto iuxta hoc-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Schema

A ———————————

B ———————————

A ———————————

C ———————————

B ———————————

C ———————————

Habet in fine caudā, seu epodē, cuius quatuor uersus nempe primus, secūdus, tertius, quintus dimetri sunt acatalectici ut est secundus quisque præcedentium stropharum; sextus uersus est catalecticus ut quartus quisque præcedentium stropharum. quartus uersus est dimeter acatalecticus admittens sine ullis cæsuris primo, & quarto loco dactylum, secundo spondeum, tertio iambum.

EVTRAP. X.

Qui rutilo, &c.
Modo risu fulguras, &c.

Secundus quisque uersus est ut secundus quisque eutrapeliæ sextæ libri primi.

EVTRAP. XI.

Deque dumis, deque clauis, &c.

Vt sexta libri primi.

EVTRAP. XII.

Cum te mihi hærere ocellis, &c.
Hæc pariter ut ſexta primi libri.

EVTRAP. XVII.

Quis hic, cui ventilatis alte fulgurat, &c.
Iuxta leges decimætertiæ libri primi.

EVTRAP. XIX.

Non tot, ò Cynthie, &c.
Ad Canones octauæ libri primi.

LIBER QVARTVS.

EVTRAP. XVIII.

Cur albentem pallido, &c.
Vt decimanona libri primi, uel octaua ſecundi.

EVTRAP. XXIII.

Oppoſità quid palmulà, &c.
Vide quintam libri ſecundi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

EVTRAP. XXIV.

Nocte puer sub serenà &c.
Vide sextam libri primi.

EVTRAP. XXVII.

Proh, &c. &
Verbum numen verba nescit, &c.
Quatuor hi medij uersus dimetri sunt, acatalecticus primus, catalectici tres reliqui & eiusdem sunt generis cum eutrapelià sextà libri primi.

EVTRAP. XXVIII.

En puellus è puellà, &c.
Reuoca ad toties citatam sextam libri primi.

EVTRAP. XXIX. & XXX.

In pumicis latebris, &c. &
Iam prona tranat flumina
Dimetri cum cæsuris catalectici, & acatalectici mixtim. uide quintam libri secundi.

EVTRAP. XXXII. XXXIII. XL.

An vlla tuas, &c.
Quid rere Damon, &c.
Viden' vt nostris, &c.
Vide nonam libri primi.

LIBER QVINTVS.

Statueram nullas hìc dare leges Metricas eorum, quę in duobus hiſce poſtremis libris canuntur, quoniam eas leges iam abunde habes poſt dramata Authoris, è quibus hæc lyrica electa ſunt: Viſum eſt tamen cōſultius etiam in duobus hiſce libris Metricam authoris artem, præſertim circa cantica, & choreàs nūc breuiter aperire. Sit ergo è-

-Libro quinto

CANTICVM I.

Audin' iliceis abdita ramis, &c.

Eſt tetracolon hexaſtrophon. Primus, & ſecundus quiſque verſus ſequuntur quantitatem eutrapeliæ octauæ libri primi, ſunt enim hic dimetri acatalectici, qui conſtant ex ibi monometris. Tertius quiſque verſus eſt trimeter catalecticus eandem habens metricam quantitatem proportione, quam habet primus quiſque in eutrapelià nonà libri primi, licet ille ibi ſit acatalecticus. quartus quiſque dimeter acatalecticus ſequitur leges primi cuiuſque in eutrapelià ſextà libri primi. Quintus quiſque, & ſextus verſus dimetri catalectici ad leges ſecundi cuiuſque in eutrapelià nonà libri primi, niſi quod ibi ſunt acatalectici dimetri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

A ———————
A ———————
B ———————
C ———————
D ———————
D ———————

CANTICVM II.

Tremulas inter, &c.

Constat tribus strophis, & tribus epodis singulis ad singulas. ac epodæ quidem sunt omnes tres inter se similes versuum & genere, & numero; at strophæ sũt dissimiles solo versuum numero; nam prima strophe est dicolos hexastrophos; secunda monocolos tetrastrophos; tertia dicolos pentastrophos. Igitur primæ strophes primi quinque versus dimetri sunt acatalectici; item & omnes quatuor secundæ strophes; & primi pariter quatuor tertiæ strophes. qui omnes sunt vt secundus quisque cuiusque strophes choreæ primæ libro secundo. Sextus & vltimus versus primę strophes, item & vltimus tertiæ strophes monometri sunt vt secundus quisque in eutrapelià octauà libri primi. Epodes vero cuiusuis primi quique duo versus trimetri sunt catalectici ad leges trimetrorum acatalecticorum in eutrapelià nonà libri primi.

Vltimus singularum epodon uersus est monometer acatalecticus, ut sunt nuper indicati monometri stropharum.

CAN-

CANTICVM IIII.

Exanimes ocelli, &c.

Tetracolon tetrastrophon. Primus quisque uersus dimeter catalecticus; secundus dimeter acatalecticus; tertius trimeter catalecticus, omnes disyllabis pedibus constantes cum suis cæsuris. Quartus quisque monometer acatalecticus priorem trisyllabum, posteriorem dissyllabum pedes admittens, sine cæsuris.

CANTICVM V.

Latice quisquis madet Iacchi, &c.

Monocolon Monostrophon è dimetris acatalecticis, qui quamlibet in sedem, præsertim in secundam, & quartam recipiũt disyllabos, item & trisyllabos, qui mediam habẽt breuem, presertim in primam, & tertiam sedem; fere ut dictum est in eutrapelià octauà libri primi. Sunt aliqui intermixti monometri eiusdem in pedibus symmetriæ cum dimetris, &c.

CANTICVM VI.

Aura leuis, aurà leuis, &c.

Dicolon distrophon ijs uersum, ac peduum generibus constans de quibus dictum in eutrapelià sextà libri primi uide ibi.

CAN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

CANTICVM VII.

Tacità ſyluis rupe latentem, &c.

Habet ſtrophas, & epodas intercalares. in quibus ambabus eſt dicolon diſtrophon. Primus quiſque, & quartus verſus cuiuſque ſtrophes eius quantitatis ſunt, de quà dictum eſt in ſecundo quoque verſu cuiuſque ſtrophes choreæ primæ libri ſecundi. Secundus vero, & tertius quiſque verſus ſtropharum huius hìc cantici ſunt eiuſdem generis cum ſecundo verſu eutrapeliæ nonæ libri primi. Vide ibi. Epodes autem cuiuſque huius cantici tam trimeter catalecticus, quam monometer acatalecticus ſunt, vt dictum eſt paullo āte de epodis cantici primi huius libri quinti reuiſe.

I. FRAGMENTVM SATYRICVM.

Silenum hæc canentem quondam memini, &c.

Omnia prorſus vt in eutrapelià decimatertià libri ſecundi.

II. FRAGMENTVM SATYRICVM.

O fœta dolis aßentantum pectora! &c.

Vt modo dictum eſt de præcedenti primo fragmēto.

CANTICVM VIII.

Dicite, paſtores, alternum &c.

Id canticum quoniam continet alternas prouocatio-

nes

nes de laude musicà contendentium, & vterque varium eius artis præbere specimen, quo aduersarium superet, enititur; ideo varias etiam habet strophas, binas tamen semper similes dum alter alteri se vult non inferiorem. Eæ igitur strophæ partim notis constant versibus, partim alijs non ita vulgatis, sed ad musicam aptissimis. quos nunc hìc tibi per te agnoscendos relinquo, mi lector, ex ijs, quæ iam toties iterata sunt in his legibus metricis. Sunt enim monometri, dimetri, trimetri, catalectici, acatalectici, bracchycatalectici è trisyllabis, disyllabis cum cęsuris, sine cęsuris; tu singillatim agnosce, & præuide.

Similiter cadentia, & desinentia siue rythmicæ cõsonantiæ, quas itali vocant rimas, hìc aliquæ sunt cõsulto, quia sunt hisce harmonicomachijs accomodatissimæ. hoc est scribere poeticas Eutrapelias, & in Parnasso ludere ad honestam delectationẽ, mi lector, ne forte putes hìc agi de reipublicæ occasu, si quis semel tã opportunè, atq; in loco iure poetico vtatur. Nota.

LIBER SEXTVS.

CHOREA I.

Vecta sereno Cynthia cęlo, &c.

Est tricolos pentastrophos. Versus sunt dimetri omnes. Primus, & quintus acatalectici primo, & tertio loco trisyllabum habent, tertius item acatalecticus solis dissyllabis: secundus, & quartus catalectici item solis disyllabis constant. Omnes sine cæsuris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

A ——————————
B ——————————
C ——————————
B ——————————
A ——————————

CHOREA II.

Ergon' agnato fraude puello, &c.

Tetracolos heptastrophos. Primus quisque dimeter acatalecticus è disyllabis secundà, & quartà sede, è trisyllabis, primà, & tertià ut dictum est in eutrapelijs antecedentium librorum. Secundus quisque uersus è solis disyllabis sine cæsuris. Tertius monometer, & pars primi. Quartus dimeter catalecticus eiusdem quantitatis cum secundo, licet ille sit acatalecticus, denique quintus similis tertio, sextus secundo, ultimus primo, vt hic vides.

A ——————————
B ——————————
C ——————————
D ——————————
C ——————————
B ——————————
A ——————————

Habet in fine Chorea hæc caudam, siue epoden diuersam versuum numero, non metro à strophis.

CHOREA III.

Placidi rores matutini, &c.

Est tetracolos octostrophos. Primus quisque versus dimeter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

dimeter acatalecticus trisyllabum admittens primã in sedem, in reliquas solos dissyllabos pedes. Secundus item dimeter acatalecticus solis constans dissyllabis. Tertius, & quartus Monometri acatalectici priore sede trisyllabum, posteriore disyllabum habẽtes. Quintus dimeter catalecticus solis disyllabis, Sextus similis secundo, septimus tertio, & quarto. octauus primo, omnes sine cæsuris.

A ——————————
B ——————————
C ——————
C ——————
D ————————
B ——————————
C ——————
A ——————————

CHOREA IV.

Superas norunt singulas leges, &c.

Tetracolos octostrophos. habet in strophis antistrophas per replicationẽ. sunt enim similes inter se versus quintus quarto, sextus tertio, septimus secundo, octauus primo; factæ sunt strophę, & compactæ ex tali versuum serie, ac formà, vt duas alas imitentur, quemadmodum sunt amoris alæ apud Simmiam Rhodium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

A ————————

B ————————

C ——————

D ————

D ————

C ——————

B ————————

A ————————

Versus hic sunt tam dimetri, quàm monometri è dissyllabis, & trisyllabis sine cæsuris, &c. vide leges Choreæ primæ huius libri sexti.

CHOREA V.

Leniore furens ira, etc.

Tetracolos octostrophos. habet & hæc chorea in strophis antistrophas, & dimidium strophes recurrens opposità vià priori dimidio. Simulant strophæ versuum structurà bipennem è duplicatà securi. Manubrium referunt duo medij versus. ad similitudinē bipennis Metricę, qua Simmias Rhodius bipennem Epei equi Troiani fabricatoris dicauit Mineruæ.

A ————————

B ——————

C ————

D ————————

D ————————

C ————

B ——————

A ————————

Quod ad versuum, & pedum genera, qui hic monometri acatalectici, vel dimetri tum acatalectici, tum catalectici, partim è disyllabis, partim è trisyllabis certam in sedem receptis sine vllis cæsuris, habes iam ex ante positis legibus ad alias choreas vnde te ipse doceas.

CHOREA VI.

Placido tandem aurea nostras, &c.

Est tetracolos heptastrophos. Primus quisque versus est dimeter acatalecticus, qui in primam, & tertiam sedem trisyllabum pedem admittit ita, vt si pes vnico verbo constet, secunda, hoc est media syllaba necessario semper sit breuis. In secundam, & quartam sedem vnum è disyllabis pedibus &c. Secundus quisque versus est item dimeter acatalecticus, sed dissyllabis tantum constans pedibus. Tertius est dimeter catalecticus disyllabis constans. Quartus monometer acatalecticus, priorem trisyllabum, posteriorem dissyllabum habens pedes. Quintus versus similis est secundo, sextus primo, septimus tertio.

Notandum in primis hos uersus nullas admittere cæsuras, ut sibi propriam tueantur harmoniam.

Schema.

A ———————————

B ———————————

C —————————

D —————

B ———————

A ——————————

C ——————

Habet hæc Chorea in fine Epoden diuersà dispositione versuum à præcedentibus strophis.

CHOREA VII.

Sol qui patentis æquora terræ, &c.

Tricolos pentastrophos è versuum, & pedum generibus iam toties indicatis. Reuoca tu singula genera ad leges toties iteratas in antecedentibus. Primus vltimo, secundus penultimo, medius sibi soli similis versus est, sic.

A ————————————
B ——————————
C ————————————
B ——————————
A ————————————

CHOREA VIII.

Medium terens Cyntius axem, &c.

Tetracolos octostrophos. Habet strophas, & antistrophas iisdem versuum generibus constantes, pari etiam versuum numero, sed non pari ordine, vt mox patebit. Primus quisque stropharum versus dimeter acatalecticus primo, & tertio loco trisyllabum postulat, dissyllabum secundo, & quarto. Secundus versus dimeter acatalecticus ex solis disyllabis. Tertius dimeter catalecticus è dissyllabis. Quartus monometer acatalecticus priori sede trisyllabum, posteriore disyllabum habens. omnes sine cæsuris. Pars

altera ſtrophes retrograditur, & habet quintum verſum ſimilem quarto, ſextum tertio, ſeptimum ſecundo, octauum primo.

En ſchema ſtropharum.

A ——————————
B ————————
C ——————
D ——————
D ——————
C ——————
B ————————
A ——————————

Antiſtropharum verſus primus, & octauus ſimiles ſunt quarto, & quinto ſtrophatum; ſecundus, & ſeptimus tertio, & ſexto, tertius, & ſextus ſecundo & ſeptimo; quartus, & quintus primo, & octauo. Antiſtrophæ diuidunt ſtrophas, & diuiſas partes ita replicant, ac committunt, vt medij ſtropharum verſus fiant extremi antiſtropharum, & extremi earundem ſtropharum medij antiſtropharum.

Antiſtropharum ſchema.

A ——————
B ——————————
C ——————————
D ——————————
D ——————————
C ——————————
B ——————
A ——————

Primæ

Primæ ſtrophes initium: *medium terens Cynthius axem*, &c.

Primæ antiſtrophes: *igneus acres*, &c.

Sic deinde procedunt alternis tres ſtrophæ, ac tres antiſtrophæ.

Habet hæc chorea in fine Epoden non eodem quidem ordine, ac numero verſuum cum ſtrophis, & antiſtrophis, ijſdem tamen verſuum generibus conſtantem, dimetris catalecticis, & acatalecticis è triſyllabis, & diſyllabis pedibus, ſine cæſuris, ut dictum eſt ſuperius. Facile tute agnoſces, ac metiere ex prædictis.

CHOREA IX. DITHYRAMBICA.

Age pernix innumerum cohors, &c.

Dithyrambica carmina olim fuere in laudem Bacchi ebrioſi ab ebrioſis cum ſaltu decantata. Pro more ebriorum audacibus uerbis, phraſibus, metaphoris utebantur, & ſubinde uaria uerſuum genera effundebant, nec mente, nec uerſu conſtantes. Vnicum apud latinos, atque inſigne extat exemplum in ſenecæ œdipo, qui chorus eſt poſt actum ſecundum. Author etiam eutrapeliarum cum hanc choream attribuat Satyricis ſaltantibus, diuerſiformibus, atque ebrijs, de more dithyrambico, atque ad rem è uario genere carminum eam conſtruxit. Vix aliquando hìc reperias duos ſimiles uerſus. ſingulorum hìc quãtitates exponere prolixæ, ac non neceſſarij operis eſſet, quoniam ſummà cum curà & quamminutiſ-

ſime,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

ſime, nec ſemel ponuntur ſingulorum ſpecies, pedes, leges, exceptiones in libello de re Metricà ad huius authoris Satyropaſtoralem. Illuc ergo adito; licet hìc etiam per te ipſe aliquas horum verſuum formas facile agnoris.

CHOREA X.

Sat decori iam ſudoris, &c.
Tricolos pentaſtrophos. Dimetri omnes. Primus Acatalecticus è ſolis diſyllabis. Secundus catalecticus. Tertius acatalecticus primà, & tertià ſede triſyllabum &c. Quartus ſimilis ſecundo, quintus primo; omnes ſine cæſuris.

A ————————
B ————
C ——————————
B ————
A ————————

Epode in fine dimetris conſtat acatalecticis, & catalecticis alternis, è ſolis diſſyllabis pedibus, ac ſine cæſuris.

CHOREA XI. CANTICO IMMIXTA.

Tibi grates, tibi laudes, &c.
Tricolos exaſtrophos. Primus quiſque verſus dimeter acatalecticus è diſſyllabis. Secundus monometer acatalecticus priore pede triſyllabo. Tertius dimeter

meter catalecticus ex dissyllabis. Omnes sine cæsuris. Quartus similis tertio, quintus secundo, sextus primo.

A ————————
B ——————
C ————————
C ————————
B ——————
A ————————

CANTICVM.

Eoa parens Memnonis, &c.

Dicolon exastrophon. Dimetri omnes. Primus, secundus, & quintus acatalectici, tertius, quartus, & sextus catalectici. Omnes è dissyllabis tantum, & cum cæsuris.

A ————————
A ————————
B ——————
B ——————
A ————————
B ——————

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

LECTOR,

*Ortabantur aliqui Authorem vt, quoniam tam sæpe vtitur Pythagoricis Philosophis, eorum fragmenta politica (quemadmodum alij eorundem fragmenta ethica in vnum collecta prodiderunt) tum græce, tum latine adderet huic Lyceo, vt hìc ad fontes, si luberet, haurires. Sed cum ob alia, tum ob id præcipue visum est Authori Lycei nullam huic operi addere nunc appendicem, ne voluminis molem affectasse videretur. Ob id etiam omißa sunt scholia, quæ olim eruditus Authoris amicus perscripserat ad Eutrapelias poeticas. Nunc ergo pauca hæc, quæ hactenus tibi dedimus, & sint &, vt opto, faciant satis. Vale.*


Errata	*Corrigite.*
Primæ Partis	
fac.34.lin.4.petes	putes
fac.50.lin.10.sagittamus	sagittarius
fac.54.lin.20.aceat	iaceat
fac.76.lin.9.seruitute	seruitutem
fac.81.lin.6.quid	quod
fac.129.lin.12.agitatas	agitatus
Secundæ Partis	
fac.55.lin.29.rationis	rationes
fac.70.lin.26.fatam	fati
fac.189.lin.20.multa	multo
fac.243.lin.12.ille	illi
fac.261.lin.9.agitur	igitur
Tertiæ Partis	
fac.58.lin.28.conuiuent	conniuent
fac.154.lin.13.inops	impos
fac.155.lin.2.actra	astra
fac.193.lin.5.ymbra	ymbræ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.84